¶ Cum pluries vobis præceperim', quod justè, &c. faceretis habere A. recordum, &c. deducta est, in eadem curia, vel causam nobis significaretis quare mandatum nostrum alias vobis inde directum exequi noluistis vel non potuistis, ac vos spretis mandatis nostris p̄dci's, ut accepimus, prædicto A. recordum & rationale judicium suum de loquela prædicta facere habere, vel saltem causam quare id facere noluistis vel non potuistis, nobis significare hactenus non curaveritis, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen, & nostri ac mandatorum nostrorum p̄dictorum contemptum manifestum de quo miramur quamplurimum & movemur : vobis iteratò præcipimus, firmiter injungentes, quod p̄fato A. recordum & rationale judicium suum de loquela p̄dca' juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorū prius vobis inde directorum habere faciatis, vel vos ipsi sitis coram nobis tali die ubicunque, &c. ostensuri quare mandata nostra p̄dicta toties vobis inde directa exequi contempsistis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c. Regula. Cum pluries inde.

¶ Fiat inde attachiamentum sicut in replegiari, &c. Et possunt brevia p̄dca' dirigi ipsi domino, in casu cum ipse tenet curiam. Regula.

REX, ballivis C. de D. salutem. Cum loquela quæ est in curia prædicti domini vestri de E. per breve nostrum de recto, inter A. petentem, &c. in I. per quasdam cavillationes & exceptiones dilatorias minus justè ex parte ipsius B. propositas, in præfata curia diutinam cepit dilationem, in ipsius A. dispendium non modicum & gravamen : vobis præcipimus quod in loquela illa quantum cum justitia

Recordari secundum

justitia poteritis procedatis, & eidem A. in loquela illa plenā & celerē justitiam exhiberi faciatis : ne clamor ad nos pveniat iteratus. T. &c.

Regula. *✠* Istud breve jacet in brevi de recto clauso tantū scdm' quosdam, eo qd' petēs in brevi patēti potest facere toltā. Sed alii dicūt qd' jacet in utroq; brevi.

Nota. * Et nota quod recordari non datur ad removēdū aliquā loquelā habitam p breve nisi pro tenentibus in brevibus de recto patente & clauso : sed pone per breve, & recordari facias sine brevi.

Aliter sectato-
rib. curiæ quæ
est de antiquo
dñico ubi se-
ctatores hujus-
modi in placit-
is inibi placit-
andis judicis
reddere cōsue-
verunt.

REX sectatoribus curiæ I. manerii de G. qd' est de antiquo domini-
co coronæ Angliæ ut dicitur, salutem. Cum secundum legem &
consuetudinem infra maneria quæ de hujusmodi antiquo dñico coro-
næ Angl' existunt hætenus ut dicitur usitatas, in placitis in curia eo-
rundem maneriorum pendentibus, cum ad iudicium inde reddend'
sit placitatum, sectatores hujusmodi curiæ ad iudicia in placitis illis
inde reddend' licitè procedere debeant & consueverunt totis tempori-
bus retroactis : ac jam ex parte A. datum sit nobis intelligi graviter cō-
querendo, quod licet in quodam placito in curia prædicta pendente
p parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii
pdicti, inter ipsum A. petentem & C. deforc' de &c. cum ptinentiis
in G. ad iudicium inde reddendum à diu fuerit placitatum, vos tamen
iudicium inde reddere hucusque voluntarie distulistis, & adhuc differtis
indebite & injuste, in ipsius A. dispendium non modicum & gravamen,
ac exhæredationis suæ periculum manifestum : nos volentes quoscūque
legios nostros in curiis nostris & curiis aliorum quorumcūq; infra
regnum nostrum Angliæ placitantes in placitis suis hujusmodi, secun-
dum leges & consuetudines curiarum ipsarum debite usitatas & ap-
probatas confoveri, & justitiam sibi in hac parte per iudices curiarum
illarum nullatenus differri : vobis mandamus quod si manerium præ-
dictum de antiquo dominico coronæ Angl' existat, & consuetudo hu-
jusmodi inibi habeatur ut pmittitur, ac in placito p'd' in tantum sit p-
cessum, tunc ad iudicium inde reddend' cū omni celeritate pcedatis, &
ulterius inde fieri, faciatis justitiæ complementum, put in casu consimi-
li ibidem debite & rationabiliter fieri consuevit : ne clamor ad nos ex
hac causa pveniat iteratus. T. &c.

Recordari se-
cundū consue-
tudinē mane-
rii p breve p
tenēte p causā.

REX vicecomiti Lincoln, salutem. Præcipimus tibi quod assumptis
tecum quatuor discretis & leg' militibus de comitatu tuo, in pro-
pria psona tua accedas ad curiam R. de D. & in plena curia illa recor-
dari facias loquelam quæ est in eadem curia p parvum breve nostrum
de recto inter, &c. de tãto cum ptinentiis in I. Et recordum illud ha-
beas corā justitiariis, &c. Et partibus, &c. Et habeas ibi nomina pdict-
orū quatuor hominū, hoc breve, & aliud breve. T. &c.

Causa super
cartā regis.

¶ Quia p'd' A. placitando in curia p'd. protulit cartam dñi E. quō-
dā regis Angl' pgenitoris nostri, p quā idem pavus noster feoffavit W.
patrem p'dicti A. cujus hæres ipse est de mesuagio p'dco' ut dicitur, p
quod idem A. dicit se non debere nec posse sine nobis respondere : quæ
quidem carta alibi quā in curia nostra iudicari non debet, &c. Fiat
executio, &c. si p'dcus' A. hoc petat, & aliter non.

Rex

REX, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum, &c. tunc pone, &c. R. & F. ballivos K. reginæ Angl. de alto pecco, quod sint coram justitiariis nostris apud West. à die sancti Hilarii in xv dies, ad respondendum tã nobis quã præfato A. quare cum nos per breve nostrum tibi præceperimus, quod assumptis tecum quatuor, &c. accederes ad curiam præfatæ reginæ de alto pecco, & in plena curia illa recordari faceres loquelam quæ fuit in eadem curia per parvum breve nostrum de recto, inter W. petentem & prædictum A. tenentem de unomesuagio, &c. in C. & recordum illud haberes corã justitiariis nostris apud E. ad certum diem in brevi illo contentum: & licet tu loquelam illã in curia prædicta virtute mandati nostri prædicti recordari feceris, & processus inde inter ptes prædictas corã præfatis justitiar. nostr. cõtinuatus fuerit, sicut p tenorẽ recordi & processus loquelæ prædictæ corã eisdem justitiariis inde habitorũ (quæ corã nobis in cancellaria nostra venire fecimus) nobis constat, iidem ballivi nihilominus placitum prædict. in præfata curia postmodũ tenuerũt, in nostri ac mādati nostri prædicti cõtẽptũ, & prædicti A. grave damnũ & exhæredatiõis piculum manifest. &c.

Attachiamẽtũ; quando ballivi processerint post se recordari.

Et oportet qd tenor recordari, &c. processus quæ fuerunt recordata, habeatur in cancellaria antequam fiat istud breve.

¶ Si loquela pendeat in curia alicujus, & tenens proferat cartam alicujus regis Angliæ quam habet de terra illa de qua implacitatur, & dicat se don debere respondere sine rege, & postea procedatur ad iudicium in curia illa non obstante allegatione prædicta: habeat breve de falso iudicio, vel potest ante iudicium removere loquelam per causam supradictam in brevi, &c.

Regula.

¶ Quia prædict. A. placitando in curia prædicta, clamat tenere mesuag. prædictum ad comm. legem per finem inde in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, vel sic, in curia domini H. nuper regis Angliæ patris nostri coram justitiariis suis de banco, inter prædictũ A. petentem & I. deforçantem, levatum: propter quod loquela illa in curia prædicta per parvum breve nostrum de recto deduci non debet, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Fiat executio, &c.

Causa per finem levatum de tenemento, &c.

¶ Quia prædictus I. placitando, &c. clamat tenere prædictam terram in liberam, puram, & perpetuam elemosinam p cartam E. quondam comitis Cornub. & confirmationem tam dñi H. &c. patris nostri quam nostram & non secundum consuetudinem manerii: propter quod loquela illa in curia nostra de C. ulterius deduci non debet.

Aliter p cartã comitis & confirmationis regis.

¶ Quia prædictus I. placitando in curia prædicta, clamat tenere tenementa prædicta ad coẽm legem, ut ea quæ idem I. & antecessores sui tenita illa tenentes à tempore cuius contrarii memoria non existit, tenuerunt ad coẽm legem, & non scdm. consuetudinem manerii prædicti: ppter qd loquela illa in eadem curia ulterius deduci non debet. Fiat, &c. vel sic.

Causa p præscriptionẽ tẽporis an. 7.

¶ Quia prædictus A. placitando in curia prædicta, asseruit se & omnes antecessores suos, tenementa illa à tempore cuius contrarii memoria non existat, semper hæctenus ad comm. legem & non secund. consuetudinem manerii de R. tenuisse: propter quod, &c. Fiat, &c.

Causa p eundẽ titulum.

¶ Quia prædictus I. clamat tenere mesuagium & terram prædictam ad coẽm legem per cartam S. quondam domini manerii de B. & non secundum cons. manerii prædicti: propter, &c.

Causa p cartã dñi manerii.

¶ Quia

Recordari secundum

¶ Quia p̄dicta I. asseruit se tenere mesuag', terrā & pratum p̄dicta de honore Penereſ de p̄dicta regina ad coēm legem, & non scdm' cōsuetudinem manerii, de alto pecco, ipsaq; I. & oēs tenentes & mesuag' terræ & prati p̄dictor', ea de nob' & p̄genitorib' nostris ac aliis dñis honoris p̄dicti, à tempore quo non extat memoria, semp' hacten' taliter tenuisse: p̄pter qd' loquela illa in curia p̄dict' p̄ brevem nostrū p̄dictū deduci nō debet, secundū legem & consuetudinem regni nostri ut dicit. Fiat, &c.

¶ Quia p̄dicti R. & A. placitando in curia p̄dicta, clamant tenere p̄dict' mesuag' & sexdecim acras terræ de p̄dictis viginti & sex acris terræ ad comm' legem, p̄ finem inde in curia domini E. quōd' regis Angl' avi nostri corā justitiariis suis de banco, inter A. querentem & R. deforciantem, levatum: & residuas decem acras terræ p̄ cartas Griffini quondam domini manerii p̄dicti ut dicitur: p̄pter quod loquela illa in eadem curia p̄ parvū breve nostrū de recto deduci non debet, scdm' cons. regni p̄dicti. Fiat executio, &c.

¶ Quia p̄dictus I. protestatur se velle prosequi breve suum p̄dictum in natura assisæ mortis antecessoris, partēsq; p̄dictæ in dicta curia ad captionem assisæ p̄dict' placitaverint, & infra dominium manerii p̄dicti non sunt nisi quatuor sectatores ut dicitur: p̄pter quod assisa illa in curia illa capi non debet. Fiat, &c.

** Cōsimilis causā an. 17. R. 2. Termino Trinitatis, ou le teñt fist defaut en bank. Et pur c' q̄ le original ne fuit pas mande, la court ne poet riens recorder de la defaut: mes agardèrent la distres vers le baylifs dau' le original en bank à certain jour.*

REX ballivis K. reginæ Angliæ de N. salutem. Monstravit nobis A. quōd' cum D. petat versus eum in curia p̄dictæ dominæ vestræ de N. per breve nostrum de recto, unum mesuagium cum pertinentiis in N. & idem A. S. per auxilium curiæ p̄dictæ versus p̄dictum D. inde vocaverit ad warrantum, & per breve nostrum de warranto illo habendo coram justitiariis nostris apud W. tali die vicecomiti nostro Essex tulerit versus p̄fatum S. secundum legem & cōsuetudinem regni nostri Angliæ placitandum: vos nihilominus in placito p̄dicto in eadem curia p̄ceditis, contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo vobis p̄cipimus quod si ita est, tunc placito illo coram vobis in curia p̄dicta ulterius tenendo supersedeatis, donec placitum warrantiæ p̄dictæ in curia nostra p̄dicta coram justitiariis p̄dictis inde inter eos secundum legem & consuetudinem regni nr̄i Angliæ terminetur, &c. T. &c.

** Et sciendum quod non debet dici forinsecum nisi antiquis dominicis. Mesme cesty breve eit lieu per tout, ou ils ont tiels franchises de trier garrantie per la ou la garantor ad terre al value deins la franchise sans brief: & auxint en ancient demesne sans la changer de parols al fine. Vel sic.*

¶ R. ballivis suis de N. salut'. Monstraverunt A. & D. uxor ejus, quod cum C. petat versus eos in curia nostra villæ p̄dictæ per nostrum breve de recto, unum mesuagium cum pertinentiis in N. & eadem D. post defaultam quam p̄fatus A. vir suus fecit in eadem curia, versus p̄dictū C. ad jus suum defendend' juxta formam statuti æditi admissa, D. forinsecum, terras vel tenementa in eadem villa unde warrantiam illam facere possit

Causa quia tenentur ad cōmunem legē ut de honore.

Causa quia clamat tenere partem p̄ finem & residuum per cartam domini manerii.

Causa quia non sunt nisi quatuor sectatores.

Nota.

Supersedeas ballivis reginæ Angliæ in brevi de recto patenti.

Nota.

Aliter in villa.

possit ut dicitur non habentē, versus p̄fatum C. per auxiliū curiæ nostræ indē vocaverit ad warratū, & breve nostrū de warrā o, &c. u. sup

¶ Quia p̄dictus A. per cartam bonæ memoriæ domini H. quondā regis Angl̄ progenitoris nostri quam inspeximus, clamat tenere maneriū de C. cū pertin' de nobis in liberā, purā, & p̄petuā eleemosi. ā: p̄ qd' de terris & tenētis suis in eodē manerio existentibus in cur' p̄dict' respondere non debet secundū legē & conf regni nostri. Fiat. &c.

Causa.

REX, vicecom' salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecū, &c. accedas ad curiā W. de C. & decani & capituli eccles. beatæ Mariæ Rothomag. de Killon; & in plena curia illa recordari facias loquelā quæ est in eadē curia sine brevi nostro secundū consuetudinē manerii de Killon. inter, &c. T. apud Wallingford An. viii. E. iii. &c.

Recordari secundum consuetud' manerii sine brevi.

¶ Quia p̄dicti D. & C. placitando, &c. clamāt tenere p̄dictā terrā ad cōmunē legē p̄ finē, &c.

Causa quia tenementa sunt in manu domini manerii. Per feloniam tenentis.

¶ Quia p̄d' T. placitando in curia p̄dict', clamat tenere tenementa p̄d' ad cōmunē legē & non secundū consuetud' manerii p̄d', eo qd' H. qui eadem tenementa de p̄fato T. ut de manerio suo tenuit de D. feloniam fecit p̄ qua suspensus fuit, idemq; T. de tenementis p̄dictis post annū diē & vastū p̄ breve domini H. nuper Regis Angl' patris nostri seiscitus est ut dicitur: p̄pter quod, &c. T. apud E. anno xi.

¶ Quia p̄d' C. placitando in curia p̄d', asseruit se quandam assisam no. diss. corā R. & sociis suis nuper iustitiariis nostris ad assisas in comitatu Lincoln' capiendas assignatis per breve nostrū versus p̄fatos F. & M. de tenementis p̄d' aliās arrainasse, in qua quidē assisa compertum fuit per recognitionē assisæ p̄d', quod tenementa p̄dicta fuerunt liberum feodū, & tenta ad cōmunem legē: & super hoc vocat rotulos iusticiariorū ad warrantū, &c.

Causa quia alias compertum fuit p̄ assisam, quod tenementum sit liberum feodū ad cōmunē legem.

* Nota que un tenant en Bedford quest del ancien demesne, demanda sans breve un tenement en m̄ le ville, & pleda en nature de fresh force. Et le parole fuit remue lan xvi. p̄ recordari facias loquelam quæ est in eadem curia sine brevi nostro secundum consuetudinem manerii p̄dict', inter A. petentem & B. tenentē de tanto, &c. in D. & ne dit my de quadam friska forcia. Et la causa fuit, pur ceo q̄ launcester le tenant porta un assise de no. diss. devers launcester le demaundant de m̄s les tenements devaut certains Justices, & le tenant en lassise dit que les tenements fuerunt del ancien demeane, & demaund judgesint si assise deveroit estre de ceux tenets: & le plaintiff dit que fuerunt frank fee & tenus à la comen ley, & de ceo soy mist en lassise: p̄ que fuit trove que ils fuerunt frank fee & tenus à la comē ley.

Nota.

* Nota que A. 3. H. 6. terr̄ Pasche, un petit b̄r de droit fuit sue en la court, &c. Et puis le parol fuit remue p̄ un recordari. Et le cause ē le brief fuit pur ceo que le baily de la court maintient le plee en la dit suit. Et per agard de Markham le parol fuit remand, pur ceo que si le ple fuiffē cients p̄ cel cause, le aancien demene ferr̄ ouste de iurisdicc', & le tenements ferront devenus frāk fee à tous jours. Et auxi tout soit que le baily fuit m̄ le partie, unc' le parol ferra remand, p̄ Thyming.

Nota.

¶ Quia p̄dictus A. placitando in curia p̄dict', asserit se tenere terrā p̄dictā sibi & hæredibus suis, per certū servitium ad Scaccarium nostrū annuatim reddendū, de arrentatione dilectorum & fidelium nostrorū R. & sociorum suorū ad vasta nostra in com' p̄dicto arrentandum nū p̄ assignatorū: propter quod loquela illa, &c.

Causa quod clamat tenere sibi & hæredibus p̄ certum servitiū ad scaccarium.

¶ Quia

Supersedeas quia tenens vocat forinsecum, &c.

Causa quia unus clamat tenere ut jus & hæreditatē, & alius clamat de feoffato ejusdē antecessoris. ¶ Quia prædictus A. placitando, &c. asserit se inde tenere unū mesuagium cum pertinentiis, ut jus & hæreditatem suam post mortem B. patris sui cujus hæres ipse est : & eadem D. similiter placitando in curia præd' asserit se inde tenere unam virgatā terræ cum pertinentiis de feoffamento præd' B. qui quidem B. mesuagium & terrā prædicta in curia domini E. quondam regis Angliæ, &c. coram S. & sociis suis nuper justitiariis dicti patris nostri ad assisas in comitatu tali capiend' assignatis p breve suum apud W. recuperavit versus Laurentium per recognitionem assisæ novæ disseisinæ ibi inter eos captæ, ut jus suum coram præfatis justitiariis discussum, & iidem A. & D. recordum & pcessum assisæ prædictæ inde vocaverunt ut dicitur propter quod, &c.

Causa quia &c. in dominico p cartā præpositi. ¶ Quia prædictus A. placitando in curia prædicta, asserit se tenere mesuagium & terram prædicta in dominico ad cōmunē legem p cartam prædicti præpositi, qui illa tenet in servitio p cartam domini H. quondam Regis Angliæ pgenitoris nostri quam inspeximus : quæ quidem carta alibi quàm in curia nostra judicari non debet. Fiat, &c. vel p cartam præpositi hospitalis sancti Benedicti de H. qui illa, &c.

Causa in recordari ad sectā petentis & fuit consideratum Anno xviii. ¶ Quia p'd' I. protestatur se velle psequi breve suū in natura assisæ mortis antecessoris, partesq; p'd' in dicta curia ad captionē assisæ præd' placitarūt, & infra dominiū manerii præd' nō sunt nisi quatuor sectatores ut dicit : ppter qd' assisa illa capi nō potest. Fiat, &c. si præd. I. &c.

Regula de parvo brevi de recto in antiquo dominico. ¶ Nullum breve implacitatur in dominicis dñi Regis excepto parvo brevi de recto clauso, & brevi cum quis queritur sibi justitiam differri, vel quando quis petit record' & rationabile iudicium, vel de falso iudicio, vel qd' executio iudicii in tali curia redditi fiat, vel quòd vicecomes assumptis secū quatuor discretis & legalibus militibus de com' suo in ppria psona sua accedat ad curiā talis ad videndum quòd plena justitia partibus exhibeatur, tūc ad ipsas curias scribitur sicut alias. Nec debet loquela q̄ est in hujusmodi curiis poni corā justic' per le pone, neq; loquelæ q̄ sunt in aliqua curia Baron' : nisi tantum loquelæ quæ sunt in comitatu p breviam originalia. Sed possunt poni corā justitiariis p le recordari p bonam causam, &c.

Supersedeas quia tenens vocat forinsecum ad warrantum. ¶ **R**EX ballivis suis de D. & R. salutem. Monstravit nobis W. de C. quod cum H. & I. fratres ejusdem W. de C. petant versus eum in curia nostra de D. & R. unam acram terræ cum pertinentiis in R. per parvum breve nostrum de recto, & idem W. de C. per auxilium curiæ nostræ, R. de C. forinsecum qui terras seu tenementa infra dictum manerium non habet unde warrantiam illam facere possit ut dicitur, versus prædictos H. & I. inde vocaverit ad warrantiam, & breve nostrum de warranto illo habendo coram justitiariis nostris apud W. à die sancti Michaelis proximo futuro in xv dies vic' nostro Rotel' tulerit placitand' : vos nihilominus in placito illo in eadem curia proceditis contra legem & consuetudinem Regni nostri Angliæ. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis in curia p'dicta ulterius tenend' supersedeatis, donec placitum warrantiæ illius coram justitiariis nostris p'dictis inde inter eos secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ terminetur, &c.

Aliter quando uxor admittitur ad jus suū defendendum. ¶ Monstravit nobis B. uxor C. quod cum D. petivisset versus eos in curia prædicti domini vestri de C. unum mesuagium cum pertinentiis in

in F. per parvum breve nostrum de recto, & eadem B. propter defaltam quam prædictus C. vir suus fecit in curia prædicta, versus prædictum D. ad jus suum in eadem curia juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde p̄visi defendendum admiffa sit: & W. forinsec', &c.

REX, vicecomiti Lincoln' salutem. Si P. & I. uxor ejus fecerint, &c. tunc pone, &c. L. & I. ballivos nostros de B. quod sint, &c. ostēsurī quare cum H. peteret versus præfatos P. & I. in curia nostra de B. unum mesuagium cum pertinentiis in W. per parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii de B. & iidem P. & I. S. filium & hæredem M. forinsec. qui terras vel tenementa infra manerium prædictum non habet unde warrantiam illam facere possit ut dicitur, versus præfatum H. per auxilium curiæ nostræ inde vocassent ad warrantum, & breve nostrum de warranto illo habend' coram præfatis justitiariis apud W. in crastino animarum proximò præterito tibi tulissent versus præfatum M. secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ placitandum, præfatisq; ballivis nostris præceperimus quòd si ita esset, tunc placito illi in curia prædicta ulterius tenendo superfederent, donec placitum warrantiæ prædictæ in curia nostra prædicta coram justitiariis nostris prædictis inter partes prædictas secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ terminaretur: iidem ballivi pendente placito warrantiæ prædictæ coram præfatis justitiariis nostris, tenuerunt placitum in curia de B. inter partes prædictas de tenementis prædictis contra legem & consuetudinem prædictas, & contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c. T. &c. An. vii.

Attachiamētum super ballivos qui processerunt pendente placito warrantiæ.

REX, dilecto & fideli suo W. de B. salutem. Cum A. nuper implacitasset B. in curia C. de D. per parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii de D. de octo acris terræ cum pertinentiis in D. & idem B. per auxilium curiæ nostræ F. forinsecum qui terras vel tenementa infra manerium prædictum unde warrantiam illam facere possit non habet ut dicitur, versus prædictum A. inde vocavit ad warrantum, & breve nostrum de warranto illo habendo coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris de banco in octavis sancti Martini pximo præterito vic' nostro tali tulerit, versus præd' F. secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ placitand', p̄ qd' ad p̄secutionem ipsius B. mandavimus ballivis præd' C. curiæ suæ præd', quòd si ita esset tunc placito illi coram eis ulterius tenendo superfederent omnino, donec placitum warrantiæ illius coram vobis & sociis vestris prædictis inter partes prædictas secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ terminaretur, quo prætextu ballivi præd' hætenus superfederent: ac jam ex parte ipsius A. nobis est ostensum, quòd loquela warrantiæ præd' coram vobis & sociis vestris præd' per non sectam ipsius B. jam est discontinuata: nos certiorari volentes utrum loquela præd' pendeat coram vobis & sociis vestris præd', vel sit discontinuata, ut est dictum, vobis mandamus quòd scrutatis rotulis vestris,

De certificatione si loquela warrantiæ sit discontinuata in brevi de recto p̄ non sectam.

Breve ad nullandum finem, &c.

nos inde sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes: ut nos inde per vos certiorari ulterius in pmissis fieri facias, quod de jure & scdm' legē & cōsuetud' p'dictas fuerit faciendū. T. &c.

Aliter de eodē
secundum W.
Ayrcmya.

¶ Volentes certis de causis certiorari, utrum aliquod placitum warrantiæ cartæ pendeat coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris de banco, inter A. petentem & B. tenentem de tanto cum pertinentiis in I. an discontinuatum sit per nonsectā ipsius A. vel alio modo, & si alio modo, tunc qualiter, & quo modo: vobis mandamus quod scrutatis rotulis, &c.

Breve regis ad
nullandum fi-
nem levatum
de tenemento
quod fuit de
antiquo dñico
coronæ Angl'.

REX, dilectis & fidelibus suis W. & sociis suis justitiariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Cum p' finem in curia nostra corā dilecto & fideli nostro W. & sociis suis justitiariis nostris de banco, anno regni nostri primō inter A. de B. & D. uxorem ejus querentes, & I. de W. & I. de S. deforciantes, de uno mesuagio, decem acris terræ, & decem & octo toftis, triginta solidatis redditus, cum pertinentiis in B. levatum: iidem A. de B. & D. recognovissent tenementa prædicta cum pertinentiis esse jus ipsius I. de W. ut illa quæ iidem I. de W. & I. de S. habeant de dono prædictorum A. de B. & D. dictique I. de W. & I. de S. subsequent' concessissent prædictis A. de B. & D. prædicta tenementa cum pertinentiis, & illa eis reddidissent in eadem curia, habēda & tenēda eisdē A. de B. & D. & hæredibus ipsius A. de corpore suo procreatis de capitalibus dominis feodi illius per servitia quæ ad prædicta tenementa pertinent imperpetuum, prout per tenorem pedis finis prædicti quem coram nobis in cancellariam nostram venire fecimus plenius apparet: ac jam ex parte dilecti & fidelis nostri H. comitis Lanc' domini manerii de P. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, nobis sit supplicatum, ut, cum sexdecim tofta, duodecim bovata, & quadraginta acra terræ, sex acra prati, & triginta solidati redditus, de prædictis tenementis in dicto fine contentis sint parcella manerii prædicti, & à tempore, cujus contrarii memoria non existit, usque ad levationem finis illius fuerint in curia manerii illius secundum consuetudinem ejusdem manerii placitabilia, ac eadem sexdecim tofta, duodecim bovata & quadraginta acra terræ, sex acra prati, & triginta solidati redditus, jam per finem prædictum ad communem legem ponantur, in ipsius comitis grave damaum ac hæredationis suæ periculum manifestum: velimus pro ipso comite super præmissis de remedio congruo providere, nos quod justum fuerit fieri volentes in hac parte, mittimus vobis sub pede sigilli nostri tenorem supradictū, mandantes quod viso tenore illo, & vocatis coram vobis quos fore videritis evocandos, auditisque hinc & inde partium rationibus: ulterius super adnullatione finis p'd' quoad p'd' sexdecim tofta, &c. fieri facias, quod de jure & scdm' legem & consuetud. regni nostri Angl' fore videritis faciendum. T. &c. Anno 17.

¶ Pemynng tunc Cancellario.

¶ En

* En launcien demeane que font en les mains d'atiers per graunt du roy ou de ses pgenitours, si auters services ou custumes soient demaundes des tenaunts quils ne soloiet faire quant celles demeanes fuerunt en la main le roy ou ses pgenitours : ils averont tiel briefe.

Nota.

REX, Abbati de N. salutem. Monstraverunt nobis homines tui, vel A. B. & C. homines tui de manerio de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, quod tu exigis ab eis alias consuetudines & alia servitia quàm facere debent, & antecessores sui tenentes de eodem manerio facere consueverunt, temporibus quibus manerium illud fuerit in manibus progenitorum nostrorū quondā regū Angliæ, vel in manu nostra. Et ideo tibi præcipimus quod à præfatis hominibus non exigas aut exigi permittas alias cōsuetudines vel alia servitia quam facere debent, & antecessores sui prædicti facere consueverunt tēporibus prædicti. Et nisi ad mandatū nostrū hoc feceris: A. vic' nostro Lincoln' id fieri præcipiemus. T. &c.

Monstraverūt p hominibus de antiquo dominico.

¶ Non dicitur in isto brevi, ne amplius inde &c. Sed in sequenti sic.

Regula.

¶ Rex, vic' Lincoln' salutem. Monstraverunt nobis homines Abbatis de N. vel A. B. & C. homines Abbatis de N. de manerio de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, quod idem Abbas exigit ab eis alias consuetudines, &c. usque ibi in manu nostra. Per quod eidem Abbati præcepimus, quod à præfatis hominibus non exigeret vel exigi permetteret alias consuetudines vel alia servitia quam facere debent, & antecessores sui prædicti facere consueverunt temporibus prædicti. Et ideo tibi præcipimus, quod nisi idem Abbas ad mandatum nostrum hoc fecerit, tu id fieri fac' : ne amplius, &c. p defectu iustitiæ. T. &c.

De eodē, vice comiti.

¶ Si autem homines huiusmodi per breviam prædictam pacem vel iustitiam exequi non possunt tunc ad eorum querimoniam attachietur dominus hoc modo, & inferantur nomina singulorum tenentium in brevi sic.

Regula.

REX. Si A. B. & C. homines Abbatis de N. de manerio de I. quod est de antiquo dominico, &c. ut dicitur, fecerint te securum de clāore &c. tunc pone, &c. prædictum Abbatem, quod sit, &c. coram nobis, &c. ostensurus quare exigit à præfatis hominibus suis alias consuetudines & alia servitia quam facere debēt & antecessores sui tenentes de eodē manerio facere consueverunt, temporibus quibus maneriū illud fuit in manibus pgenitorū quōdā regū Angl' vel in manu nostra (si casus fuerit) cōtra phibitionē nostram. Et habeas, &c.

Attachiamētū inde. Conceditur sine fine & indorsetur.

* Nota quod attachiamētū istud potest fieri coram iustitiariis nostris de banco, &c. Si dicatur (in manibus pgenitorum nostrorū) omittatur (in manu nostra) & è cōverso in casu. Et potest fieri breve de attachiamēto prædicto corā iustitiariis nostris de banco, &c. Si A. B. &c. usq; ibi, quod sit coram iustitiariis nostris, &c.

Nota.

¶ Rex, iustitiariis suis de banco salutem. Sciatis quod A. B. & C. homines Abbatis de N. &c. ut dicitur, attornaverunt coram nobis loco suo K. & S. ad lucrādum, &c. in loquela quæ est corā vobis per breve nostrum de recto, &c. de eo quod idem Abbas exigit à præfatis hominibus alias consuetudines, &c. ut supra usque ibi, regum Angl' vel in manu nostra (si casus fuerit). Et ideo vobis mandamus quod ipsos

De attornā in brevi de attachiamēto.

Ad Attachiandum dominum, &c.

K. & S. vel alterum ipsorum si ambo interesse nō possunt, loco ipsorum A. B. & C. ad hoc recipiatis. T. &c.

Regula.

Billa de attorney nato faciēdo.

☞ Et potest fieri coram rege.

☞ A. po. lo. suo R. ad lucrādum, &c. coram ipso rege per breve suum de recto inter ipsum A. &c. usque ibi in manu nostra. T. R. &c. Et non dicatur, & ideo, &c.

Regula.

Pro hominibus de hameletto.

☞ Et fiat ista billa clausa ad modum brevis.

☞ Monstraverunt nobis B. & C. hōines tui de hāletto de I. quod est mēbrum de manerio de B. quod est de antiquo dominico coronæ Angl' ut dicitur, quod tu exigis ab eis, &c. ut supra. Eodem modo fiet vic'. mutatis mutandis.

Ad attachiādū dūm quia bōa abstulit, &c. pēdente attachiamento.

REX, vic'. Lincoln' salutem. Si A. & B. homines Abbatis de C. de manerio de N. quod est de antiquo, &c. fecerunt, &c. pone, &c. p̄dict' Abbatem, &c. coram nobis, &c. vel corā iustitiariis, &c. ostensus quare cum nuper ad prosecutionem p̄dict' hominum nobis suggerentium, p̄fatum Abbatem ab eis exigisse alias cōsuetudines & alia servitia quam facere debent, & antecessores sui tenētes de eodē manerio, &c. usq; regum Angliæ, tibi p̄ceperimus quod poneres p̄ vad' &c. p̄dictum Abbatem quod esset coram nobis à die Paschæ proximo p̄terito in xv dies ubicunq; &c. ad rēspōdendum p̄fatis hominibus de p̄missis: idem A. pendente coram nobis placito attachiamenti p̄dicti, p̄dictos homines eo gravius distrinxit, & omnia bona & catalla ac averia sua in eodem manerio vel hameletto inventa eis abstulit, & ea eis adhuc detinet, quo minus ipsi placitum attachiamēti p̄dict' p̄æ paupertate prosequi possunt, in nostri ac mandatorum nostrorum p̄dictorum contemptum, & p̄dictor' hominum dispēdium nō modicum & gravamen, & p̄secutiōis juris sui retardatiōem, & status sui depreffionē manifestā: & averia bona & catall' p̄dict' eisdē hominibus p̄ sufficiētē securit' interim deliberari fac'. Et habeas ibi nomina pleg' &c.

De certiorādo utrū manerliū sit de antiquo dominico, &c.

REX, Thef. & Cam'. suis salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, utrum māerium de S. in comitatu N. sit de āntiquo dominico coronæ Angl' necne: vobis mandamus quod scrutato libro nostro qui vocatur Domesday, de eo quod inde inveneritis nos in cācellar' nostrā sub sigillo Scaccarii nostri distincte & aperte sine dilatiōe reddatis certiores, hoc breve nobis remittētes. T. &c.

Conceditur fine sine & indorfetur.

Nota.

* Fait assavoir q̄ le liure de Domesday fuit fait en tēps de seint Edw. le Roy, & tous les terres que furent en le main le dit saint E. all tēps que le liure fuisit fait sount aūcien demene, & les terres q̄ furent adōques en auter main sount frank fee.

Aliter de certiorādo p̄ quæ servitia tenet.

☞ Rex, eisdem, &c. salutē. Volētes, &c. certiorari p̄ quæ servitia manerium de S. in comitatu N. cum p̄tin' tenetur: vobis mādamus quod scrutati tam libris feodorū quā libro vocato Domesday, & aliis memorandis de Scaccario p̄dict', p̄missa t̄gētibus in Thef. nostro sub custodia vestra existētibus ut dicitur, de eo quod, &c. ut supra.

Quādo mulier admissa propter defaltā viri sui, vocat iorinsecum ad warrantum.

REX, ballivis Will' Kynwoln' p̄positi Ecclesiæ Collegiatæ sancti Johannis Beverlaci de Beverlaco, salutē. Cum W. de D. & M. uxor ejus, nuper petierint in curia Roberti Mansfeld' clerici tunc p̄positi Ecclesiæ

Ecclesiæ prædictæ prædecessoris ipsius nunc præpositi de Beverlaco, p breve nostrum de recto versus I. & K. uxore ejus, unum mesuagiū cum pertin' in G. ac eadem K. propter defaultam quam prædict' I. vir suus fecit in curia prædicta versus præfatos W. & M. ad jus suum in eadem curia juxta formam statuti de cōmuni consilio regni nostri Angl' provisum defendend' admittenda fuerit, & P. de D. filium L. de O. qui terras aut tenementa infra libertatem præpositi Ecclesiæ prædictæ non habet ut dicitur, per auxilium curiæ nostræ in comitatu Eborum summonendum inde vocaverit ad warrantum, quæ quidem warrantia in curia prædicti domini vestri de Beverlaco ex causa præmissa terminari non potest, in ipsorum W. & M. damnum non modicum & gravamen unde nobis supplicarunt sibi de remedio provideri: nos qui singulis de regno nostro in exhibitione justitiæ sumus debitores, volentes eisdem W. & M. in hac parte fieri quod est justum: vobis præcipimus quod si in dicta curia præfati nuper præpositi taliter sit processum, tunc in plena curia illa recordari fac' loquelam prædictam, & recordum & processum ejusdem loquelæ cum omnibus ea tangentibus justitiariis nostris apud Westm' sub sigillo vestro distincte & aperte mittatis, & hoc breve: ita quod ea habeatis in Octavis sancti Michaelis, partibus prædictis eundem diem præfigentes, quod tunc sint ibi facturi & recepturi quod curia nostra prædicta consideraverit in hac parte, ut terminata warrantia illa coram præfatis justitiariis nostris, eadem recordum & processum vobis remittamus, ad procedendum in loquela prædicta prout de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' ac consuetudinē libertatis prædictæ fuerit faciendum. T. &c.

☞ Si faux judgement soit done en county, court Baron, ou autre court nient enfranchise que ont conisauncé de plee, celui contre qui judgement est done poet aver brief de recorder la parole devant Justices en banc ou en eire. Et cest rule sextende auxibié en autre briefe come en briefe de droit, & la ou la parole est p briefe ou sauns briefe. Mes en ville ou citee enfranchisee, home avera en cest cas briefe derror & nemie brief de faux judgement. Regula.

REX, vicecomiti Eborum salutem. Si A. fecerit, &c. tunc in pleno comitatu tuo recordari facias loquelam quæ est in eodem comitatu per breve nostrum de recto, inter ipsum A. petentem & B. tenentem de uno mesuagio cum pertin' in G. unde idem A. queritur falsum sibi factum fuisse judicium in eodem comitatu. Et recordum illud habeas coram justitiariis nostris apud Westm' tali die, sub sigillo tuo & p quatuor legales milites ejusdem comitat' ex illis qui recordo illi interfuerunt. Et summ' p bonos suūmōitores prædict' D. qd' tūc sit ibi ad audiendum recordū illud. Et habeas ibi summ' nomina prædict' quatuor militū & hoc breve. T. &c.

* Nota que cest brief ferra sine.

☞ Si tenens alienaverit tenementū, tunc sic.

☞ Et summ' &c. D. & C. qui mesuagium illud vel terram illam nunc tenent quod tunc sint ibi ad audiendum, &c. Et si dicatur in brevi (p parvum breve nostrum de recto) tunc dicatur, Et habeas ibi nomina prædi-

Nota.
Regula.

De falso judicio in comitatu.
Nota statutū de Marlebr. cap. xxlij.
Cōceditur pro fine vi s. viij d.

De falso Judicio.

prædictorum quatuor hominum, hoc breve & aliud breve.

Nota.

* Et nota quòd in brevi de falso judicio dicit, sub sigillo tuo & p quatuor legales homines, pur ceo quil coviét q̄ les sutours veignēt à tesmoigner leur record, &c.

Nota statutū.

* Nota q̄ per le statut fait lan primer du Roy E. 3. cap. 4. ordines est & estably que countre recorde de la Court, le quel recorde vient en la Court le Roy per brieve de faux judgement, en cas ou la partie dit q̄ le recorde est auter que la courte ne recorda : soit receu all averment de bon pais, & de ceux qui feurent present en la court quant la recorde se fist, si iceux veignent ove les auters du pais p retourne de viscount : & fils ne veignent soit lenquest pris p bone pais.

Aliter in cur'.

¶ Si A. fecerit te, &c. tunc assumptis tecum quatuor discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in ppria psona tua accedas ad curiā B. de C. & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in eadē curia p breve nostrum de recto inter ipsum A. petentē & B. tenentē de tanto, &c. unde idem A. queritur falsum sibi factum fuisse judiciū in eadem curia. Et recordū, &c. sub sigillo tuo & sigillis quatuor legal' hominum ejusdem curiæ ex illis qui recordo illi interfuerunt. Et summonneas, &c. Et habeas ibi summonitorū nomina p̄dictorū quatuor hominū, & hoc breve. T. &c.

De attornato inde.

¶ Rex, justitiariis suis de Banco salutem. Sciatis quod A. attornavit coram nobis loco suo R. & S. ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum, inter ipsum A. & B. de recordo loquelæ quæ fuit in curia D. de E. p breve nostrū de recto, inter ipsum A. petentem & p̄dictum B. tenentem de uno mesuagio cū p̄tin' in N : unde idē A. queritur falsum sibi factum fuisse judicium in eadem curia, Et ideo, &c.

Aliter in curia sine brevi.

¶ Recordari facias loquelam quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro inter ipsum A. & B. de quadam transgressione eidem A. p p̄fatum B. illata ut dicitur : unde idem A. queritur falsum sibi factum fuisse judicium, &c.

Aliter de conventionione in hundredo.

¶ Accedas ad hundredū A. de B. & in pleno hundredo illo recordari facias loquelam, quæ fuit in eodem hundredo per breve nostrum vel sine brevi nostro inter A. & B. de eo quod idem B. teneret p̄fato A. cōvētionē inter eos factā de uno mesuagio cum p̄tinentiis in F. unde idem A. queritur, &c.

Aliter pro Abbate.

¶ Si Abbas de I. fecerit, &c. tunc accedas ad curiam N. de K. & in plena curia illa recordari facias, &c. inter S. petentem & G. tenentem de tanto, &c. in K. de quo quidem, &c. idem Abbas curiam suam sibi petiit liberari quæ sibi denegata fuit ut dicitur : unde idem Abbas queritur falsum, &c.

Regula.

¶ Fait assavoir que le brieve de faux judgement la ou un seignour demande sa court de son seignour en auter courte, ne poet jammes estre forsq; la ou ill y ad chiefe seignour mean & tenaunt, & le chiefe seignour distreine le tenaunt deins son fee quest per my & per tout à respoudre en sa court des choses des queux le seignour mean doit aver conisaunce : donques la mean purra demaunder sa court de son tenaunt hors de la court son seignour peramount, pur ceo que ambideux les seignours purront avower sur le tenaunt en leur fee. Mes un estraung seignour ne purra demaunder sa court dun auter estraung seignour pur ceo que l'acion en ceo cas est tout al tenaunt &c.

¶ Accedas

Accedas ad curiam nostr' Cantuar', & in plena curia illa recordari facias loquelam, &c. inter N. de C. petentem & T. & Dionisiam uxore ejus tenentes de tanto, &c. unde iidem T. & Dionisia queruntur eidem Dionisiam (quæ post defaltam quam prædictus T. vir suus inde fecit in eadem curia versus præfatum N. admissa fuit ad jus suum in hac parte defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisum) falsum factum fuisse judicium in eadem curia. Et recordum, &c. Et summonedas, &c. Et habeas, &c.

Aliter in curia qd' uxor admittitur ad jus suum defendendum, juxta formam statuti. W. 2. cap. 3.

Rex vicecomiti Lincolnæ salutem. Si I. quæ fuit uxor I. fecerit te, &c. tunc assumptis, &c. ut in recordari fac', &c. p. breve nostrum de recto inter I. de A. petentem & E. de B. tenentem de duodecim acris terræ cum pertinentiis in C. quæ quidem I. & prædictus I. quondam vir suus in loquela prædicta, pro eo quod prædicta E. prædictam terram tenuit in dotem de hæreditate ipsius I. & defaltam fecit in eadem curia, petierunt se admitti ad jus ipsius I. defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisum: unde prædicta I. queritur sibi falsum factum fuisse judicium in curia prædicta. Et recordum, &c.

De falso judicio p. eo qui petit se admitti ad jus suum defendendum.

Rex, vicecomiti Lincoln' salutem. Si A. fecerit, &c. tunc assumptis, &c. accedas ad curiam K. reginæ Angliæ de P. & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in eadem curia p. retornum brevis nostri inter ipsum A. & B. & C. executores testamenti F. de eo quod iidem executores redderent, &c. T. apud Helmesley anno 10.

Quando loquela fuit in curia p. retornum brevis. Et est contra registrum.

Et eodem modo eodem anno fuit confirmabile breve configni, rege existente apud Keynesch. Regula.

Rex, vicecomiti Lincolnæ salutem. Si I. quæ fuit uxor I. de H. fecerit, &c. tunc assumptis, &c. accedas ad curiam H. fil' H. de P. de C. & in plena curia illa, &c. loquelam quæ fuit in eadem curia de C. dum in manu A. quæ fuit uxor H. de P. quæ manerium de C. nuper tenuit in dotem de hæreditate prædicti H. fil' H. extitit per breve nostrum de recto inter I. de A. petentem & præfatos I. de H. & I. & Helenam quæ fuit uxor S. & Margaretam quæ fuit uxor C. de B. tenentes de uno mesuagio, triginta tribus acris terræ, & medietate unius acræ prati cum pertinentiis in C. in qua quidem loquela prædicti I. de H. & I. quoad undecim acras terræ, unam acram & tertiam partem unius mesuagii, quas præfata Helena in dotem, & quod ad alias undecim acras terræ, & unam acram & tertiam partem medietatis unius acræ prati & tertiam partem unius mesuagii, quas prædicta Margareta in dotem inde tenuerunt de hæreditate ipsius I. propter defaltam quam eadem H. & Margareta fecerunt in eadem curia, petierunt se admitti ad jus I. in hac parte defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisum, & quoad prædicta terram pratum & tertiam partem unius mesuagii quæ prædicta M. sic tenuit admissi fuerunt, sed ejusdem petitionis admissio quoad prædicta terram pratum & tertiam partem mesuagii, quæ prædicta H. tenuit ut prædictum est, per præfatum I. de A. extitit ut dicitur contraplacitata, unde eadem I. queritur falsum sibi & præfato

De falso judicio in curia hæredis, de loquela quæ fuit in curia nostra tenet, in dotem, &c. quæ petit se admitti.

De Errore corrigendo.

& p̄fato I. quōdā viro suo factū fuisse judiciū in eadē curia: Et recordū illud, &c. Et sūmoneas, &c. Et habeas, &c. T. &c.

De falso judicio in curia quæ habet re-
turna brevium.

¶ Rex, &c. Accedas ad curiā Abbatis btē Mariæ Eborū de E. & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in comitatu tuo p̄ breve nostrū inter C. & D. &c. quæ quidem loquela juxta libertates eidem Abbati p̄ cartā p̄genitorū nostrorum, &c. cōcessas, corā ballivis ejusdē curiæ p̄ te retornata fuit placitand': unde idem C. queritur, &c. T. anno 17. apud Westm' Pernyng Canc'.

Aliter sine brevi scdm' consuetud. civitatis A. 17. apud Westm.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Si T. filius & hæres R. fecerit, &c. tunc assūptis tecū quatuor discretis & legalibus militibus, &c. accedas ad curiā nostrā Winton', & in plena curia illa recordari facias loquelā quæ fuit in eadē curia sine brevi nostro scdm' cons. civitatis p̄dict' inter A. de T. petētē & p̄dict' T. tenētē de uno mesuagio cum p̄tinentiis in W. unde idē T. queritur falsum sibi fact' fuisse judicium in eadē curia, &c. Et recordū, &c. T. apud W. 17.

Nota.

* Nota quod breve de falso judicio nō jacet in assisā de frisca forcā, sed breve de errore corrigendo quo casu factū fuerit breve sequens anno vii. E. apud Eborū.

De errore corrigendo in assisā friscæ forcæ.

REX, ballivi, suis Oxoniæ salutem. Quia in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii assisæ friscæ forcæ, quæ inter W. & M. uxorem ejus & S. fil' I. C. summonita fuit & capta, coram vobis in curia nostra Oxoniæ sine brevi nostro secund' consuetudinem civitatis p̄dictæ de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia, error intervenit manifestus, ad grave damnum ipsius W. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus p̄dictis plenam & celerem justitiam fieri volentes in hac parte: vobis præcipimus qd' si judicium inde redditum sit, tunc recordū & processum assisæ p̄dictæ, cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillis vestris distincte & aperte mittatis, & hoc breve: ita quod ea habeamus à die sancti Martini in xv dies ubicunque, &c. ut inspectis recordis & proc' p̄dictis, ulterius in præmissis fieri faciamus quod de jure & secundum legē & cons. regni nostri Angl' fuerit faciendum. T. &c.

Nota.

Cum pluries inde.

* Eodem anno factum fuit inde sicut alias.

¶ Rex, ballivis suis Oxoniæ salutem. Cum nos nuper ad prosecutionem S. accipientes, quod in recordo, &c. usq; ibi uxorem ejus & p̄dictum S. summonita fuit, &c. manifestus: & nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus p̄dictis plenam & celerem justitiam fieri volentes in hac parte, vobis pluries præceperimus, quod si judicium inde redditum esset, tunc recordum & processum assisæ p̄dictæ cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillis vestris distincte & aperte mitteretis, & breve nostrum quod vobis inde venit, vel causam nobis significaretis quare mādato nostro alias vobis inde directo minime parvultis: ac vos spretis mandatis nostris p̄dictis ut accepimus, rec' & proc' p̄dicta nobis in cancellariam nostram p̄dictā mittere, vel saltem causam quare id facere noluitis, vel non potuistis, nobis significare hætenus nō curaveritis, in nostri ac mandator' nostrorum

nostrorū p̄dictorū contemptum manifestū, & ipsius S. damnum non modicū & gravamen, de quo miramur quā plurimū & movemur : vobis adhuc p̄cipimus firmiter injungentes quod si judiciū, &c. sit, tunc recor' & proc' p̄dicta cum omnibus ea tangent', &c. mittatis, juxta tenorē mandatorū nostrorū prius vobis inde directorū: vel vos ipsi sitis coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensuri quare mādati nostris p̄dict' toties vobis inde directis parere contēpsistis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

* Fiat inde attachiamentum sicut in brevi replegiari recitando breve p̄dictum, mutatis mutandis.

Nota.

REX justituario suo Cestriæ vel ejus locum tenenti ibidem salutem. Quia in recordo & p̄cessu, ac etiam in redditione judicii loquelæ, que fuit coram vobis (p̄sate justitariè) per breve nostrum de errore secundū consuetudinem comitatus p̄dict' inter W. de B. & I. uxorem ejus, & R. filium R. defuncti ut dicitur, de recordo & p̄cessu assisæ novæ disseisinæ, quæ inter ipsum R. & p̄dictos W. & I. & alios in brevi nostro originali comitatus p̄dicti contentos sūmonita fuit & capta coram vobis per breve nostrum comitatus p̄dicti de ten' in S.) error intervenit manifestus, ad grave damnum R. fil' & hærdis p̄dicti R. sicut ex querela sua accepimus : nos eriores si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus p̄dictis plenam & celerem justitiā fieri volentes in hac parte : vobis mandamus quod si judiciū inde redditum sit, tunc tam recordū & processum loquelæ p̄dictæ quā recordum & processum dictæ assisæ coram vobis sic habita cū omnibus ea tangentib', nobis sub sigillo vestro distincte & aperte mittatis, & hoc breve : ita quod ea habeamus à die sancti Michaelis in xv dies ubicunq; &c. ut inspectis recordis & p̄cessibus p̄dict', ulterius fieri faciamus quod de jure & scdm' legem & cons. regni nostri Angl' fuerit faciendū. T. &c.

De errore in comitatu Cestriæ, in recordo & p̄cessu alterius loquelæ de errore, &c.

* Nota que en brief derrour en le County de Chester jour sera done per si longe tēps que trois countees purront estre tenus la devant le jour de returne de mesme le b̄r en le banc le Roy, p̄ quel temps le Justices ou lieutenant deins m̄ le countee purront redresser l'error s'ils voylent : & ceo p̄ les usages de mesme le countee. Mes en b̄r derrour sur error ils n'averont nul tiel poyer. Mes les rēcorde & p̄ces doivent estre mandes à la primer countee cy en banc le Roy. Et p̄ le usage de m̄ le coūtee, neuf coūtees serroient ten' la en un an, & huit ē autre & è cōverso, &c.

Nota.

REX, di. & fi. suo R. C. salutem. Quia in recordo & p̄cessu acetiā in redditione judicii loquelæ quæ fuit coram vobis & sociis vestris justitariis nostris de banco, p̄ breve nostrū inter H. & I. de eo qd' idem I. reddat p̄fato &c. rationabilem computū suū de tempore quo fuit ballivus suus in L. & receptor denariorū ipsius H. error intervenit manifestus ad grave damnum ipsius I. sicut ex querela sua accepimus : nos errorē si quis fuerit modo debito corrigi, & eidem I. plenam & celerem justitiā fieri volentes in hac parte : vobis mandamus quod si judicium inde redditum sit, tunc recordum & p̄cessum loquelæ p̄dictæ cum omnibus ea tangentibus, nobis sub sigillo vestro distincte & aperte mittatis, & hoc breve : ita quod ea habeamus, &c.

De errore corrigendo facto coram justitariis de cōmuni bāco in brevi de compoto

¶ Rex;

De Errorē.

De errore corrigēdo p parliamentum.

fuisse, petéd' cum instantia ut clericum ipsius E. hac vice ad dictā tertiam partem admitteretis juxta formam cōcordiæ supradictæ, vos tamē asserētes manus vestras prætextu prohibitionis nostræ p̄dictæ, ligatas, clericū ipsius E. admittere recusasse, & nobis supplicantium ut sibi nē collatio tertiæ partis prædictæ ad vos per lapsum tēporis qui in proximum ut dicitur imminet, hac vice devolvatur, vellemus de congrui appositione remedii in hac parte facere provideri, mandaverimus dilecto & fideli nostro Roberto de Morle quod ipse cognitiones quas præfati E. & M. coram ipso facere vellent, utrum videlicet ipsi super jure præsentandi ad dictam tertiam partē cōcordati essent in forma prædicta, & si prædicta Matilda vellet quod clericus per ipsum E. ad dictam tertiam partem præsentatus hac vice admitteretur ad eandem, & si dicta scripta essent facta ipsorum E. & M. & nos inde in cancellaria nostra sub sigillo tuo distincte & aperte redderet certiores: & quia præfatus Robertus nos ad mandatum nostrum certificavit, quod concordatum est inter præfatos E. & M. quod prædictus E. hac instanti vacatione præsentabit clericum suum ad dictam tertiam partem, & præfata Matilda in proxima vacatione sequente clericum suum præsentabit ad tertiam partem prædictam, & sic prædictus E. & hæredes sui & prædicta M. & hæredes sui ad tertiam partē p̄dictam alternatim imperpetuū p̄sentabunt, & quod ad cōventionē illam firmiter observandam scripta p̄dicta inter partes p̄dictas sunt confecta: vobis mandamus quod idoneam p̄sonam ad p̄dictam tertiam partem ad p̄sentationem p̄fati E. hac vice admittatis, & ulterius quod vestro incumbit officio in hac parte faciatis, prohibitione nostrā p̄dicta non obstante. T. Anno 24. Ed. 3. apud Londoni.

✠ Per consilium.

Prohibitio de
advocatione
ecclesiæ judici
p̄ alio quam p̄
rege.

REX, Venerabili in Christo Patri A. eadem gratia Episcopo Winton' & ejus officiali ac eorum commissario salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia Christianitatis, de advocacione ecclesiæ de N. vel medietatis, vel tertiæ partis, vel quartæ partis, ecclesiæ de N. unde G. & F. uxor ejus queruntur, quod R. episcopus Sarū trahit eos in placitum coram vobis in curia Christianitatis: quia placita de advocacionibus ecclesiarum spectant ad coronam & dignitatem nostram. T. &c.

Inde parti ne
sequatur.

☞ Rex, A. salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitum in curia Christianitatis de advocacione ecclesiæ de B. unde C. queritur quod tu trahis eum in placitū in curia Christianitatis: quia placita de advocacionibus ecclesiarum spectant ad coronā & dignitatem nostrā, T. &c.

Attachlamente
tum inde.

☞ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum, &c. tunc pone &c. H. episcopum H. vel E. officialem, vel C. commissarium, quod sint, &c. apud W. tali die, ostensuri quare tenuerunt placitum in curia Christianitatis de advocacione ecclesiæ de N. contra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadium & salvos pleg' I. quod tunc sit ibi, ostensurus quare secutus est idem placitum in eadē curia, contra prohibitionem

bitionem nostram, Et habeas ibi nomina pleg', & hoc breve. T. &c.

¶ Ad lucrandum vel perdendum, &c. quæ est, &c. inter A. & B. de eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum in curia Christianitatis de advocatione ecclesiæ vel capellæ, vel præbendæ, vel hospitalis beatæ Mariæ de N. vel vicariæ ecclesiæ de N. contra prohibitionem nostrâ. Et ideo, &c.

De attorâ

* Nota que si ascun clerk, come persone, Chapeleyne, ou autre hōme d'ordre que soit fourth dascun order, soit empledè en court chriften de chose dount la conyfaunce appēt a la Court le Roy : homme avera cest brief que ensuit.

Nota.

¶ Rex, A. salutē. Cum placita de advocationibus ecclesiarū in regno nostro ad coronā & dignitatem nostrâ specialiter pertineāt, actu C. psonā eccl' de I. su p advocatione quartæ partis eccl' de I. trahas in placitū in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus : tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, maxime cum hujusmodi placita ad nos & non ad aliū pertineant in eodem regno. T.

Prohibitio p rege de ecclesia.

¶ Eodem modo scribendum est de advocationibus capellarum, vicariarum, præbendarum, & cantuarum, &c.

Regula.

¶ Rex custodi spiritualitatis Archiepiscopatus Cantuar' sede vacante & ejus commissariis salutem. Cum placita de advocationibus hospitalium in regno nostro ad nos & coronam & dignitatem nostram specialiter pertineant, ac S. Archidiaconus Surr' magistrum & fratres hospitalis sancti Thomæ Martyris de S. super advocatione hospitalis prædicti trahat in placitum, &c. vobis prohibemus, &c. maxime cum hujusmodi placita &c. T.

Pro rege de hospitali.

¶ Cum placita de advocationibus præbendarum in regno nostro, &c. ac tu C. clericum pbandariū pbandæ de C. in ecclesia beatæ Mariæ de Southwel', su p advocatione ejusdem præbendæ trahas, &c. tibi prohibemus, &c. maxime cum hujusmodi, &c.

Pro rege de præbenda.

¶ Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium, &c. S. clericum quod sit coram iustitiariis nostris, &c. ostensurus quare, cum placita de advocationibus ecclesiarum, vel præbendarum, sive hospitalis in regno nostro, ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium ptineant in eodem regno : idem S. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit vel secutus est placitum in curia Christianitatis de advocatione ecclesiæ de B. vel præbendæ de C. in ecclesia tali, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi, &c.

Attachiam pro rege.

¶ Et si dicatur præbendæ : tunc addatur in ecclesia tali, &c.

Regula.

REX, officariis episcopi Lincolnæ & ejus cōmissariis salutem. Prohibemus vobis, ne teneatis placitum in curia Christianitatis de catallis & debitis, unde A. queritur quod B. trahit eum in placitum coram vobis in curia Christianitatis, nisi catalla illa vel debita sint de testamento vel matrimonio : quia placita de catallis & debitis, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, spectant ad coronam & dignitatem nostram. T. &c.

Prohibitio de catallis & debitis.

¶ Rex

Prohibitio de laico feodo.

- Inde parti.** ¶ Rex B. salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitū in curia Christianitatis de catallis vel debitis, unde A. queritur quod tu trahas eum in placitum in curia Christianitatis, nisi catalla illa, &c. ut supra.
- Attachiamētum inde.** ¶ Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc pone, &c. quod sit coram iustitiariis nostris apud E. &c. ostensus quare tenuit placitū in curia Christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio contra prohibitionem nostram. Pone etiam p̄ vadia &c. I. quod tunc sit ibi, ostensus quare secutus est idem placitum ut de advocacione in eadem curia contra prohibitionē nostrā. Et habeas ibi nomina pleg' &c. T. &c.
- De actorā inde** ¶ In loquela quæ est corā vobis p̄ breve nostrum inter A. & B. de eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum in curia Christianitatis, de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, cōtra prohibitionem nostrā, Et ideo vobis mandamus, &c. Eodem modo p̄ pte secutus est.
- Aliter p̄ rege, iudici & pti.** ¶ Rex officariis, &c. vel I. salutem. Cū placita de catallis & debitis in regno nostro quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronam & dignitatem nostram specialiter pertineant, ac tu W. capellanum sive clericum super huiusmodi catallis & debitis trahas in placitum in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus: vel sic, ac magister W. præcentor talis ecclesiæ W. capellanum super huiusmodi catallis & debitis trahat in placitum coram vobis in curia Christianitatis, sicut ex relatu, &c. tibi prohibemus vel vobis, ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis vel teneatis, maxime cum huiusmodi placita ad nos & non ad alium pertineant in eodem regno. T. &c.
- Non cōceditur nisi impetrans fuerit ad minus infra sacros ordines.**
- Attachiamētū inde p̄ rege.** ¶ Rex vicecomiti salutem. Pone per vadia, &c. quod sit coram iustitiariis, &c. ostensus quare cum placita de catallis & debitis in regno nostro quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronā & dignitatem nostram & non ad alium pertineāt in eodem regno: idē B. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit placitum in curia Christianitatis de catallis & debitis B. personæ ecclesiæ de C. quæ non sunt de testamento vel matrimonio, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & cōtra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadia, &c. quod tunc sit ibi ostensus quare secutus est idem placitum in eadem curia in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitionē nostrā. Et habeas ibi, &c.
- Prohibitio de laico feodo.** ¶ REX officariis salutem. Prohibemus vobis, &c. Christianitatis de laico feodo R. in S. unde queritur quod L. trahit eum in placitū coram vobis in curia Christianitatis quia huiusmodi placita spectant ad coronā & dignitatem nostrā. T. &c.
- Regula.** ¶ Eodem modo fiat prohibitio parti ne sequatur, mutatis mutandis.
- Attachiamētum inde.** ¶ Ostensus quare tenuit placitū in curia Christianitatis de laico feodo p̄dicti A. in N. contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c. Similiter versus partem quare secutus est.
- De actorā inde** ¶ In loquela, &c. de eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum

in curia Christianitatis de laico feodo ipsius A. in C. contra prohibitionē nostrā. Et ideo, &c.

☞ Rex T. personæ Ecclesiæ de B. salutem. Cū placita de laico feodo in regno nostro ad coronam & dignitatem nostrā specialiter ptineāt, ac tu Abbatē de S. su p laico feodo suo de N. trahas in placitum in curia Christianitatis in læsionem, &c. sicut ex relatu, &c. tibi phibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, maxime, &c.

Aliter p clericis.

☞ Eodem modo fiat iudici.

☞ Rex vicecomiti salutem. Pone, &c. ostensurus quare cum placita de laico feodo in regno nostro ad nos & coronā & dignitatē nostram, & non ad aliud pertineant in eodem regno: idem A. sicut ex relatu, &c. tenuit placitum vel secutus est placitum in curia Christianitatis, de laico feodo T. personæ Ecclesiæ de I. in F. in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c.

Regula, Attachiamen- tum inde.

☞ Si ille qui impetrat breve de prohibitionē velit, potest attachiare iudicem & retrahere se versus partem & cōtra, vel ambo attachiare in uno brevi. Et si iudex sit in uno comitatu, & pars sequens in alio: tunc fiant duo brevia de attachiamento.

Regula.

☞ Pone, &c. ostensurus quare cum idem R. præfato I. breve nostrū de prohibitionē ne teneret placitum in curia Christianitatis de catallis & debitis, &c. vel de laico feodo, vel de advocatione ecclesiarum, &c. & aliis his similibus put moris est in regno nostro, porrexisset: idem I. mādatū nostrū in hac parte parvipēdēs, breve illud admittere recusavit, in ipsius R. damnum non modicū & gravamen, & nostri ac mādati nostri p- dicti cōtemptū manifestum. Et habeas, &c. T. &c.

Attachiamen- tum super iudicē, qñ recusat ad- mittere phi- bitionem.

☞ Rex officario curiæ Cantuar' & ejus commissariis salutē. Cum placita de collationibus scholarum in regno nostro Angliæ ad coronam & dignitatem nostrā specialiter ptineant, ac Abbas & conventus de Bello, Wilhelmū Pipard' clericum super collatione scholarum Grammaticali- um de Ferēdoñ trahant coram vobis in placitum in curia Christiani- tatis, sicut ex relatu pluriū accepimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, maxime cū hujusmodi placita ad nos & non ad aliud ptineant in eodem regno T. custode anno Ed. 3. Angliæ 17. & Franciæ quarto. Parning Canc'.

Prohibitio p rege de colla- tione scholarū Grammaticaliū.

☞ Et facta fuit alia prohibitio Abbati & conventui ne sequerentur, &c.

Regula.

REX venerabili, &c. salutem. Cum placita de transgressionibus cō- tra pacem nostram factis in regno nostro, ad coronā & dignitatem nostram specialiter pertineant, ac A. de B. C. de D. sup hujusmodi transgressione trahat in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnum ipsius C. si- cut ex querela sua accepimus vobis prohibemus ne placitum illud tene- atis in curia Christianitatis, maxime cum hujusmodi placita ad nos & non ad aliud pertineant in eodem regno, ac nos super his & aliis quorū cognitio ad nos ptinet, parati sumus eidem A. & aliis quibuscunque in curia nostra plenam & celerem justitiam exhibere. T. &c.

Prohibitio de transgressione.

☞ Rex I. salutem. Cum placita, &c. ac tu A. super hujusmodi trans- gressione

Prohibitio de transgressione.

gressione trahas, &c. tibi prohibemus ne placitum illud sequaris, &c. maxime, &c. usq; ibi, parati sumus tibi & aliis quibuscunq; &c.

Attachiamen-
tum inde.

☞ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. magistrū R. canonicum talis ecclesie, qd' sit coram iustitiariis nostris, &c. ostensurus quare cum placita de transgressionib' contra pacē nostram factis in regno nostro, ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad aliū ptineant in eodem regno: idem R. tenuit placitum in curia Christianitatis de huiusmodi transgressionib', in læsionē coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnū ipsius A. & cōtra prohibitionē nostram. Et habeas, &c.

Pro rege.

☞ Cum placita de transgressione, &c. ac I. H. psonam de K. vel H. capellanū super huiusmodi transgressione trahit in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, sicut ex relatu, &c. vobis prohibemus, &c.

Attachiamētū.

☞ Rex, &c. pone, &c. quod sit, &c. ostensurus quare cum placita de transgressione, &c. (ut supra in alio attachiamento) idem A. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit placitum in curia Christianitatis de quadam transgressione I. p F. capellanum illata ut dicitur, vel sic, de huiusmodi transgressionibus factis C. de Q. Capellano, vel C. personæ ecclesie de N. ut dicitur, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & cōtra prohibitionē nostram. Et habeas, &c.

Attor.

☞ In loquela, &c. de quadam transgressione eidem A. per talem vel B. personæ ecclesie de N. contra pacem nostram illata ut dicitur, contra prohibitionem nostram. Et in loquela quæ est coram vobis per idem breve nostrum inter prædictum A. & I. de eo quod, &c. secutus est idē placitum in eadem curia contra prohibitionem nostram. Et ideo vobis mandamus, &c.

De attorū inde
attachiamēto
prohibitionis de
transgressione.

☞ In loquela, &c. de quadam transgressione eidem A. per talem vel B. personæ ecclesie de N. contra pacem nostram illata ut dicitur, contra prohibitionem nostram. Et in loquela quæ est coram vobis per idem breve nostrum inter prædictum A. & I. de eo quod, &c. secutus est idē placitum in eadem curia contra prohibitionem nostram. Et ideo vobis mandamus, &c.

Regula.

☞ Istud breve fit pro querente. Sed si iudex & pars velint facere attornatos, oportet illos habere duo brevia, &c.

Regula.

☞ Breve quod dicitur indicavit, fit inter quatuor personas, de quibus oportet quod duo sint patroni & duo clerici: unde unus clericus clamat tenere ecclesiam vel partem alicujus ecclesie de advocatione unius patroni, & alter clericus de advocatione alterius patroni. Et si advocatio aliquarum decimarum petatur in curia Christianitatis, & decimæ illæ non attingant valorem quartæ partis ecclesie illius: non habet locum prohibitio indicavit.

Nota W. 2. cap.
5. in fine con-
iunctim feoffa-
tis.

* Et nota quod p statutum de cōiunctim feoffatis in fine, istud breve quod vocatur indicavit, alicui de cetero non concedatur, antequam lis in curia Christianitatis inter partes prædictas fuerit contestata, & quod per inspectionem libelli, cancellarius super hoc certioretur.

Indicavit.

REX, venerabili in Christo Patri A. eadem gratia Wintonien' Episcop' & ejus officiali ac eorum commissar' salutem: indicavit S. quod cum A. de B. teneat Ecclesiam de N. de advocatione sua, C. de D. clamans eam de advocatione E. de F. trahit eum inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis. Quia vero manifestum est, quod prædictus S. jaçturam advocationis suæ incurreret, si prædictus C. in causâ illa obtineret: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, donec discussum fuerit in

in curia nostra ad quem illorum ptineat ejusdem ecclesie advocatio. Vel sic si plures fuerint, utrum ad pdictos A. & B. an p̄fatū C. &c. & e converso. Quia placita de avocationibus ecclesiarum spectant ad coronam & dignitatem nostram. T. &c.

☛ Rex, C. salutem. Indicavit nobis S. quòd cum A. de B. clericus teneat ecclesiam de N. de avocatione sua : tu clamans eam de avocatione E. de F. trahis eum inde in placitum in curia Christianitatis. Quia verò manifestum est quòd pr̄dictus S. jacturam avocationis suæ incurreret, si tu in causa illa obtineres : tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia, &c. donec discussum fuerit in curia nostra ad quē illorū ptineat ejusdem ecclesie advocatio. Quia placita de avocationibus, &c.

☛ Et fiat inde attachiamentum eodem modo quo supra de avocatione, &c.

☛ Indicavit nobis I. quòd cum F. teneat ecclesiam de N. de avocatione sua : prior de L. clamans tertiam partem ejusdem ecclesie de avocatione sua p̄pria, trahit, &c. Quia verò manifestum est, &c. vobis p̄hibemus, &c. usq; ibi, ad quem eorum ptineat ejusdē tertie partis avocatio. Quia placita de avocatione, &c.

☛ Et fiat inde parti.

☛ Eodem modo potest fieri de vicariis, p̄bendis, & aliis similibus.

☛ De eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum in curia Christianitatis de avocatione ecclesie de N. vel tertie partis, vel quartæ ptis ecclesie de N. vel p̄bendæ, vel hospitalis de N. &c. vel capellæ de N. cōtra p̄hibitionem nostrā. Et ideo vobis mādāus, &c.

☛ Et fiat inde attachiamētū ut de attinctis mutatis mutandis, &c.

☛ Rex, A. salutem. Cum R. clericus teneat ecclesiam de N. vel p̄bendam de T. in ecclesia tali de avocatione nostra : tu clamans eam de avocatione H. trahis eum inde in placitum in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus. Quia verò manifestum est quod nos jacturam avocationis nostræ incurreremus, si tu in causa illa obtineres : tibi p̄hibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, donec discussum fuerit in curia nostra utrū ad nos, an ad p̄dictum H. ptineat ejusdem ecclesie vel p̄bendæ avocatio. Quia placita de avocationibus, &c.

☛ Et fiat judici mutatis mutandis.

☛ Cum A. clericus teneat vicariam ecclesie de N. de avocatione H. personæ ecclesie de N. F. clamans eam de avocatione G. trahit eum inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus. Quia verò manifestum est, &c. vobis p̄hibemus, &c. Quia placita, &c.

* Fiat inde parti, &c.

☛ Et nota quod le indicavit potest fieri de vicaria, licet non sit in usu, &c.

REX, officiali Episcopi Lincolnie & ejus commissariis salutem. Cum A. de B. persona ecclesie de W. teneat omnes decimas p̄venientes de marisco de S. de avocatione nostra : Abbas de Bello clamās eas pertinere ad ecclesiam suam de I. quam in proprios usus tenet, trahit eum inde in placitū, &c. Quia verò manifestū est qd' nos jacturā avocationis

Aliter.

Aliter inde parti.

Regula. Aliter.

Regula.

Regula.

De attorney inde.

Regula.

Indicavit p̄ rege.

Regula.

Aliter p̄ clericis.

Nota.

Regula.

Prohibitio p̄ decimis separatis p̄ rege.

Prohibitio de decimis.

vocationis decimarum prædictarum incurreremus, si prædictus Abbas, &c. vobis prohibemus, &c. utrum ad nos an ad prædictum Abbatē pertineat earundem decimarum advocatio. Quia placita de advocacionib' decimarum, &c.

Prohibitio de decimis separatis p alio quam p rege.

¶ Rex, tali judici salutem. Monstravit nobis venerabilis pater H. Lincoln' Episcopus, quod cum I. præcentor Ecclesiæ beatæ Mariæ Lincoln', teneat de dono suo oēs decimas dominicarum terrarum suarū, vel dominici sui de N. quas idem Episcopus & predecessores sui Episcopi loci prædicti liberè conferre consueverunt: Prior beatæ Katerinæ extra Lincoln' clamās decimas illas pertinere ad Ecclesiā suā de B. trahit eū inde in placitum, &c. Et quia placitum prædictum tægit coronā & dignitatem nostrā, præsertim cum collatio earundem decimarum ad nos possit devolvī ratione custodiæ vel escaetæ, quia etiam consimiles decimas conferimus in quibusdam dominicis, & similiter quàm plures magnates regni nostri in dominicis suis: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, nec aliquid quod in derogationē regiæ dignitatis nostræ cedere valeat, in hac pte attentetis, seu p alios attentari faciatis quovis modo. T. &c.

¶ Et fiat inde parti mutatis mutandis.

Regula.

Prohibitio ne laici ad citationem episcopi conveniant ad recognitionem faciendā. Attachiamerū inde.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd non pmittas quòd aliqui laici ad citationem talis Episcopi, aliquo loco conveniāt de cætero ad aliquas recognitiones fac' vel sacramētū p'stād' nisi in casibus matrimonialibus & testamentariis, T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Pone p vadium, &c. talem Episcopum, quòd sit corā iustitiariis nostris, &c. ostensurus quare fecit summoneri, & per censuras ecclesiasticas distringi laicas p'sonas, vel laicos homines & fœminas, ad comparandum coram eo ad præstādum juramentum pro voluntate sua ipsis invitis, in grave præjudicium coronæ & dignitatis nræ regiæ, necnon contra consuetudinem regni nostri. Et habeas ibi nomina pleg', &c. T. &c.

Prohibitio de recognitione debitorum in curia Christianitatis.

¶ Rex, officariis salutem. Cùm recognitiones debitorum quæ nō sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronam & dignitatem nostram, & non ad alium pertineant in regno nostro, executionesq; earundem recognitionum per nos & ministros nostros & non per alios fieri debeant, ac jam ex querela I. acceperimus quòd vos ipsum I. ad viginti solidos, quos coram vobis nuper in curia Christianitatis recognovit se debere A. eidem A. solvendum infra certum tempus jam præteritum monuistis, & in ipsum I. pro eo quòd prædictos viginti solidos infra tempus prædictæ admonitionis vestræ solvere recusavit, quanquam huiusmodi recognitio testamentum vel matrimoniū non tangat, nec ad curiam Christianitatis aliquo modo pertineat, sententiam excommunicationis fulminastis, in læsionē coronæ & dignitatis nostræ, & status ejusdem I. depressionem manifestam: nos qui ad illasam observationem jurium coronæ & dignitatis nostræ vinculo juramenti astringimur, nolentes talia tolerare: vobis prohibemus ne quicquam in præmissis attentare præsumatis, per quòd juri coronæ & dignitatis

dignitatis nostræ derogari valeat quovis modo. Et si quid per vos in hac parte minus rite attentatum fuerit, id sine dilatione aliqua revocari faciatis: ne ad vos tanquam ad jurium coronæ & dignitatis nostræ violatores graviter capere debeamus. T. &c.

Clausula ad revocandū indebitè attēpt. &c. Et nota qd' curia noluit concedere istā clausulam in prohibitione de catallis & debitis. Sed concessit clausulā ad revocandū sententiam excommunicationis, &c. Attachiamētum inde.

¶ Rex, vicecomiti Notingh. salutem. Si Johannes le Ward de Kingston' fecerit te, &c. tunc pone Radm' de Yarawall', quod sit coram justitiariis nostris, &c. ostēsurus quare cum recognitiones debitorum, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronam & dignitatem nostram, & non ad alium in regno nostro pertineant, executionesque earundem recognitionum per nos & ministros nostros, & non per alios fieri debeant: nosque pro eo quod idem Radulphus, ipsum Johannem septem marcas quas ipse coram præfato Johanne in cur' Christianitatis recognovit se debere magistro Rogero de Lenton', eidem Rogero infra certum tempus solvendas (quanquam hujusmodi recognitio testamentum vel matrimonium non tangat, nec ad cur' Christianitatis aequaliter pertineat) sub pœna recognitionis solvere monuit, eidem Radulpho prohibuerimus ne quicquam in præmissis attentare præsumeret, per quod juri coronæ & dignitatis nostræ derogari valeret quovis modo, & id qd' p ipsum Radm' in hac parte minus rite attentatum fuisset, sine dilatione aliqua revocari faceret: idem Radulphus executionē dictarum septem marcarum super ipsum I. per coercionē ecclesiasticā fieri fecit, & id qd' per ipsum in præmissis minus rite attentatum fuit, revocare recusavit, in nostri contemptum & juris coronæ & dignitatis nostræ derogationem, & præd' I. & status sui dispendium & depressionem manifestā, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi, &c.

¶ Rex, Richardo de C. & Johanni de I. salutem. Cum recognitiones debitorū, &c. usq; ibi, in regno nostro ptineant, ac G. magistrum I. occasione cujusdam recognitionis centum marcarum eidem G. per præfatum I. coram vobis ut asseritur factæ, quæ quidem recognitio non est de testamento vel matrimonio, trahat in placitum coram vobis in curia Christianitatis, & vos ipsum Johannem ad prædictas centum marcas eidem G. solvendas sub pœna excommunicationis monueritis, ad grave damnum ipsius I. sicut ex querela sua acceperimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam in hac parte attentetis seu attentari faciatis, quod in coronæ & dignitatis nostræ præjudicium cedere valeat quovis modo: sententiam excommunicationis, si quam in ipsum occasione prædicta fulminaveritis, sine dilatione revocari facientes. T. &c.

Aliter. Prohibitio de recognitionibus debitorum, &c. Inde judici.

Clausula ad revocandū sententiam.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si I. fecerit te, &c. tunc pone, &c. ostēsurus quare cum recognitiones debitorum, &c. in regno nostro pertineant: iidem R. & I. tenuerunt placitum in curia Christianitatis de quadam recognitione centum macarum G. per præfatum I. facta, quæ quidem recognitio non est de testamento vel matrimonio, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnum ipsius I. & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina pleg. &c. T. &c.

Attachiamētum inde contra judicem.

G

¶ Rex,

Prohibitiones.

Aliter. Prohibi-
bitio de recog-
nitionibus de-
bitorum, &c. ¶ Rex, magistro I. & W. de K. salutem. Cum recognitiones debitorū,
&c. in eodem regno, ac G. magistrum T. personam ecclesiæ de S. occa-
sione cujusdam recognitionis centum marcarum eidem G. per præfatum
T. &c. ut supra usque ibi, monueritis, sicut ex relatu plurium acce-
pimus: vobis prohibemus, &c. ut supra.

Aliter. ¶ In curia Christianitatis, &c. vos sententiã excōmunications in ipsum
S. p̄ eo quod ipse diem solutionis pecuniæ non observavit, fulminave-
ritis, in nostri & coronæ p̄judic', sicut ex relatu pluriū accepimus, &c.

Prohibitio quã
debitum quod
non est de te-
stamento vel
matrimonio,
recuperatur in
curia Christia-
nitatis.

¶ Rex, archidiacono Tanton' & ejus officiali & eorum commissariis sa-
ludem. Monstravit nobis T. de O. quod cum R. prior Tanton' & frater
I. de A. concanonicus ejusdem prioris, nuper implacitassent coram
vobis in curia Christianitatis, prædictum T. de debito viginti marca-
rum, quod non est de testamento vel matrimonio, & debitum illud
coram vobis in eadem curia versus præfatum T. recuperassent, ac vos
in ipsum T. pro eo quod ipse prædictas viginti marcas ad monitionem
vestram solvere recusavit, sententiam excommunicationis fulminaverit-
is, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & damnum ipsius T. non
modicum & gravamen: nos qui ad illæsam observationem, &c. ut su-
pra usque ibi, tolerare, maxime cum placita de hujusmodi debitis in
regno, &c. ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium
pertineant in eodem regno: vobis prohibemus ne quicquam in præ-
missis attentare præsumatis, per quod juri coronæ & dignitatis nostræ
derogari valeat quovis modo. Et si quid per vos in hac parte minus
rite attentatum fuerit: id sine dilatione aliqua revocari faciatis: ne
ad vos tanquam ad jurium coronæ & dignitatis nostræ violatores gra-
viter capere debeamus, &c.

Aliter de re-
cognitione de-
bitorum.

¶ Rex, officiali episcopi Karl' & ejus commissariis salutem. Cum re-
cognitiones debitorum quæ non sunt de testamento vel matrimonio
& condemnationes eorundem, ad nos & coronam & dignitatem no-
stram & non ad alium pertineant in regno nostro, executionesque ea-
rum recognitionum & cōdemnationū p̄ nos & ministros nostros & non
p̄ alios fieri debeāt: & non nu p̄ post mortē I. de G. qui in diversis com-
putis & debitis nobis tenebatur, omnia bona & catalla quæ fuer' ejus-
dē I. in manū nostrā capi, & ea, I. quæ fuit uxor p̄d' I. & W. de H. exe-
cutoribus testamenti ejusdē I. p̄ manucaptionē de reddendo nobis cō-
putos & debita præd': vel sic, computos præd' & de satisfaciendo no-
bis de debitis præd' fecerimus liberari: jamque ex insinuatione prædi-
ctorum I. & W. nobis conquerendo graviter sit intimatum, quod vos
ipfos I. & W. vel ipsos executores ad octo libras quas asseritis ipsos
coram vobis recognovisse se debere Radulpho de W. de bonis & ca-
tallis quæ fuer' præd' I. & in quibus ipsos executores condemnastis eidē
Radulpho infra certū terminum solvend' (quanquam ipsi nobis de de-
bitis præd' nondum satisfecerint) monuistis & moneri fecistis, ac ipsos
p̄ eo qd' prædictas octo libras ad monitionē vestram solvere recusarunt
(quanquam dicta recognitio testamentū vel matrimonium non tangat)
in cur' Christianitatis inquietastis multipliciter & gravastis, ac sententiã
excommu-

excōmunicationis in ipsos ea occasione fulminare intenditis, in nostri præjudiciū & coronæ & dignitatis nostræ regiæ læsionē, & status eorundē I. & W. vel executorum depressionem manifestā: nos hujusmodi præjudicio nostro præcavere, & indēnitati nostræ p̄spicere, ac jura coronæ nostræ illæsa conservare volentes ut tenemur: vobis prohibemus ne placitū de hujusmodi recognitione & condemnatione in curia Christianitatis teneatis, nec quicquam in hac parte quod in nostri p̄judiciū seu coronæ & dignitatis nostræ regiæ læsionē cedere valeat aliquāter attentetis, seu p̄ alios attentari faciatis. Et si quid per vos seu ministros vestros in hac parte minus rite fuerit attentatū: id faciatis sine dilationis incommodo revocari, taliter vos habentes in hac parte, ne ad vos tanquā ad jurium nostrorum violatores & mādatorum nostrorum contemptores materiam habeamus graviter capiendi T. anno xiii. E. iii.

¶ Rex, archidiacono Midd' & ejus officariis ac eorum cōmissariis salutem. Cum placita de redditibus annualibus in regno nostro Angliæ, ad nos & coronā & dignitatem nostrā specialiter pertineant, ac P. R. W. de C. super hujusmodi annuis redditibus trahit in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionē coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnum ipsius W. sicut ex querela sua accepimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, maxime cum hujusmodi placita ad nos & non ad alium pertineant in eodem regno, ac nos super his & aliis quorum cognitio ad nos pertinet, parati sumus eidem P. & aliis quibuscunq; in curia nostra plenam & celerem justitiam exhibere. Et sententiā excōmunicationis, si quam in ipsum W. occasione prædicta fulminari feceritis, sine dilatione revocari faciatis. T. &c.

Aliter de annualibus redditibus.

Clausula ad revocand' sententiam, &c.

¶ Rex, venerabili in Christo patri E. eadem gratia episcopo Winton' & ejus commissariis salutem. Cum placita de detentionibus scriptorum in regno nostro Angliæ ad coronam & dignitatem nostram specialiter pertineant, ac A. B. super hujusmodi detentione scriptorum trahat in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, sicut ex relatu plurius accepimus: vobis prohibemus, &c. ut supra.

Prohibitio de detentionibus scriptorum.

¶ Rex, officariis, &c. salutem. Monstravit nobis prior de B. quod cum ipse implacitet in curia nostra coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum W. de C. de quadam transgressione eidem priori per præfatum W. illata ut dicitur, vos præfatum Priorem pro eo quod ipse persona ecclesiastica existens, placitum suum hujusmodi, (cujus cognitio ad nos & dignitatem nostrā regiam in regno nostro de jure pertinet, & non ad alium) versus præfatum W. personam ecclesiasticam similiter existentem in curia nostra prædicta coram iudice seculari prosequitur, ad respondendum coram vobis in curia Christianitatis in hac parte citari fecistis, in nostri contemptum & juris coronæ nostræ læsionem manifestam: vobis prohibemus ne quicquam in præmissis, quod in juris coronæ nostræ enervationem cedere valeat, attentetis, seu attentari faciatis quovis modo. Et si quid per vos minus rite in hac parte attentatum fuerit, id sine dilatione revocari faciatis. T. &c.

Prohibitio. Nota bene.

Prohibitiones.

Prohibitio de
reditibus feo-
dalibus.

¶ Rex, priori de C. salutē. Cum placita de reditibus feodalibus, theoloniis, & aliis consuetudinibus secularibus ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium pertineant in eodem regno, ac tu R. ballivum nostrum de C. pro eo quod idem ballivus hujusmodi consuetudines à tenentibus tuis de T. nobis debitis exigit, trahas in placitum coram officiar' episcopi Lincoln' in curia Christianitatis, in coronæ & dignitatis nostræ præjudicium manifestum: tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, &c. maxime, &c.

Prohibitione
de feodalibus
& libertatibus
feodalium.

¶ Rex, venerabili, &c. Archiep. Cantuar' &c. salutem. Ostensum est nobis ex parte H. ballivi nostri de C. quod cū singuli tenētes, vestri exceptis tantūmodo illis habitantibus infra muros civitatis nostræ Cantuar', p negotiationibus suis quas infra villā nostrā de W. exercere solent, theolonium hætenus sicut alii præstare consueverint, & idem ballivus jam per septēnium illud in eadem villa nomine nostro & juris nostris regii & coronæ nostræ, à dictis tenentibus percepit, prout alii ballivi nostri illud in reliquis temporibus solent continue percipere: vos ipsum à dicta perceptione hujusmodi consuetudinum nobis debitarū per censuras & coerciones ecclesiasticas, intenditis coercere, & quod nostrum est & hætenus existit, p hujusmodi coerciones vobis conamini usupare. Et cum placita de feodalibus, & libertatibus feodalium ac rerum seculariū in quibuscūq; personis seu dignitatibus à nobis seu progenitoribus nostris in regno nostro concessis, sint & esse consueverunt jurisdictionis nostræ, nosq; vobis parati sumus in hac parte, si fortè de dicto ballivo aut aliis conqueri volueritis, plenā & celerē justitiā exhibere: vobis sub debito fidei, qua nobis tenemini, districtè prohibemus, ne p sentētiās aliquas aut coerciones, dictum ballivum aut alios ministros nostros super pmissis in causam vel in placitū trahatis in curia Christianitatis. Quia hujusmodi placita pertinent ad coronam & dignitatem nostram T. &c.

Prohibitio
quadam con-
ventionone, qd'
patronus sic
quietus de de-
cimis vitulorū
& lacticianorū,
juxta formam
indenturæ.

¶ Rex, tali judici salutem. Monstravit nobis A. tenens quandam partē manerii de D. quod licet E. nuper dominus manerii p'dicti per quoddā scriptum indentatum dedisset & concessisset F. nuper personæ ecclesiæ de D. quatuor acras terræ cum pertinentiis in eodem manerio, habend' & tenendum eidem F. & successoribus suis personis ecclesiæ prædictæ imperpetuum, & idem F. per prædict' scriptum de assensu & voluntate episcopi Lincoln' diocesani loci prædicti & I. tunc patroni ecclesiæ prædictæ, concessisset pro se & successoribus suis, quod idem E. hæredes & assignati sui imperpetuum essent quieti de decimis vitulorum & lacticianorum in manerio suprascripto, pro dictis quatuor acris terræ sic sibi datis & concessis, idēque E. hæredes & assignati sui semper hætenus à tēpore concessionis prædictæ de decima vitulorum & lacticianorū infra manerium p'dict' quieti esse consuevissent: G. tamē nunc persona ecclesiæ prædictæ tenens p'dictas quatuor acras terræ, prædict' A. assignatum prædicti Edwardi, super decimam hujusmodi vitulorum & lacticianorum in eodem manerio sibi præstandam, trahit in placitum coram, &c. Christianitatis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietat, in enervationem concessionis & donationis prædictarum, & prædicti

prædicti A. dispendium non modicum & gravamen. Et quia discussio hujusmodi donationis & concessionis de laico feodo in regno nostro in curia nostra, & non alibi tractari & fieri debet: vobis prohibemus ne placitum aliquod laicum feodum in regno nostro tangens teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam in hac parte, quod in enervationem dicti scripti aut donationis & concessionis prædictarum quæ in curia nostra & non alibi tractari debent, sicut prædictum est, cedere poterit, attentetis seu attentari faciatis quovis modo. T. &c.

¶ Vel potest dici sic, tali cond. & conventionem in dicto scripto adjectis quod idem hæred' & assignati sui imppetuum essent quieti de decima lacticioniū, &c. ut supra. Regula.

¶ Rex, conservatoribus privilegiorum prioris & fratrum hospitalis sancti Johannis Hierusalem in Angl' & eo um commissariis salutem. Monstravit nobis Johannes Brauncest', quod cum prædictus Prior nuper implacitasset ipsum I. coram vobis in curia Christianitatis de quibusdā cōsuetudinibus de teñ ipsius I. in K. faciend', & nos pro eo quod hujusmodi placita ad nos & non ad alium pertinēt in eodem regno, vobis p diversa brevia nostra phibuerimus, ne placitū teneretis de laico feodo ipsius I. in K. unde prædict' prior traxit eum in placitū corā vobis in curia Christianitatis: ac vos asserentes prohibitiones nostras prædict' per ipsum I. in libertatis ecclesiasticæ læsionem impetratas & vobis porrectas fuisse, ipsum inde trahatis in placitū corā vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & damnum ipsius I. non modicum & gravamen. Et quia non est juri cōsonum, quod aliquis trahatur in placitū in curia Christianitatis, pro eo quod hujusmodi brevia in cancellaria nostra impetrat & prosequitur secundum legem & consuetudinē regni nostri: vobis phibemus ne placitū illud teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam quod in derogationē regis dignitatis nostræ cedere valeat, in hac parte attentetis seu p alios attentari faciatis quovis modo. Et si quid p vos, &c. revocari faciatis. T. &c.

¶ Rex, vicecomitibus London salutem. Si I. de B. &c. tunc ponite, &c. priorem sancti Bartholomei de Lōdoñ quod sit, &c. ad respondendū tam nobis quam pfato I. quare cum nos nu p pfato P. phibuerimus ne placitum teneret in curia Christianitatis de laico feodo prædicti I. in K. unde prior sancti Johānis, &c. traxit eum in placitum in curia Christianitatis, ac postmodū ad psecutionem prædicti I. nobis suggerentis pfatum priorem asseruisse prohibitiones nostras prædictas p præfatum I. in libertatis ecclesiasticæ læsionem impetratas, & eidem P. porrectas fuisse, ipsumque I. inde traxisse in placitum in curia Christianitatis in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitiones nostras prædictas, eidem B. prohibuerimus ne placitum illud teneret, &c. (mutatis mutandis) revocari faceret: idem P. tenuit placita prædicta in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ & contra phibitiones nostras prædictas, & ea quæ p ipsum in pmissis minus rite attentata fuerant, revocare recusavit in nostri contemptū & prædicti I. grave damnum. Et habeatis ibi nomina pleg'. &c. T. &c.

¶ Rex, officariis cur' Cantuar' & ejus commissariis salutem. Monstravit

Prohibitio quando judex implacitat in curia Christianitatis aliquē deferentem sibi regiam phibitionem. W. ij. c. xvij.

Attachiamen- tum inde.

Prohibitiones.

Prohibitio de laico feodo, fermata quando aliquis legaverit aliquod tenementum ad inveniendum capellanū post statutum de terris ad manum mortuam non ponendis & sine licētia regis, & postea rex perdonavit transgressionem.

Monstravit nobis I. le Benster, quod cum Walterus de Hendoñ nuper civitatis nostræ Londoñ, post publicationē statuti de terris & tenementis ad manū mortuā nō ponendis editi, in testamento suo in ultima voluntate sua legasset tria mesuagia, viginti & septē shopas, unum gardinū & sexdecim solidatos redditus cum p̄tinēt' in civitate p̄dicta & suburbio ejusdem, ad inveniendum & sustentādum tres capellanos, divinus singulis diebus in ecclesiis sancti Johannis Zacariæ London, & sancti Andreæ in Holborn', pro anima ipsius Walteri, & anima Gilberti de Clare quondam comitis Glouc' & Hertford', ac animabus parentum & benefactorū p̄dicti Walteri & Eliæ de la forde celebratur' imp̄petuum, licentia dñi E. quondam regis Angliæ avi nostri, aut dñi E. nuper regis Angl' patris nostri, aut nostra nō obtenta: quæ quidē mesuagia, shopæ, gardinū, & redditus, ad manus Johannis Knych', R. de B. & A. de C. jam devenerunt, & occasione transgressionis illius p̄ R. de R. nuper escaetorem ipsius patris nostri capta fuerūt in manum suā ut dicebatur: ac idē pater noster de gratia sua speciali p̄donasset transgressionem factam in hac parte, & concessisset pro se & hæredibus suis quantum in ipso fuit, p̄fatis I. R. & A. quod ipsi p̄dicta mesuagia, shopas, gardinum, & redditum cum pertin', rehaberent, & tenerēt sibi & hæredibus suis ad inveniendum & sustentandum capellanos p̄dict' imperpetuum, statuto p̄dicto non obstante: jamq; R. de K. capellanus cantariæ in ecclesiæ sancti Andreæ p̄dicta, implacitet p̄fatā I. nunc tenentem tertiæ partis mesuagiorum, shoparum, gardinorum, & redditus p̄dict', coram vobis in curia Christianitatis de tertia parte p̄dicta, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & status ipsius Isabellæ depressionem manifestā. Et quia placitum p̄dict' eo qd' tangit laicum feodum, ad nos & coronam & dignitatem nostram, & nō ad alium pertinet in regno nostro: vobis p̄hibemus ne placitū illud teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam in p̄missis attentetis quod in læsionem coronæ & dignitatis nostræ cedere valeat quovis modo. Et si quid per vos minus rite attentatum fuerit in p̄missis, sine dilatione aliqua revocari faciatis, T. &c.

Prohibitio ne aliquis trahatur in placitū in curia Christianitatis, pro eo quod sequitur jus suum in curia regis.

¶ Rex, Archidiacono, &c. salutem. Monstravit nobis M. de B. qd' cum ipsa implacitet coram nobis in curia nostra p̄ breve nostrum W. de E. & H. de O. de eo qd' iidem W. & H. ipsam M. apud S. cepissent, imprisonassent & male tractassent, & bona & catalla sua ad non modicam valentiam ibidem inventa cepissent, & asportassent: vel sic, p̄ breve nostrum W. de E. & H. de O. de quadam transgressionem eidem M. p̄ p̄fatos W. & H. illata ut dicitur: iidem W. & H. p̄secutionem placiti ipsius M. in hac parte callide machinātes enervare, asserentēque ipsos in hac parte p̄ ipsam M. diffamari: trahant eam in placitum coram vobis in curia Christianitatis, sicut ex querela sua accepimus. Et quia non est consonum rationi qd' quis p̄ aliquibus q̄ in curiis nostris rite p̄sequitur, trahatur in placitum in curia Christianitatis, seu aliquo modo p̄gravetur: vobis p̄hibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, nec quicquā in hac parte attentetis, qd' in læsionē coronæ & dignitatis nostræ cedere valeat quovis modo. Et si quid minus rite attentatum

tatū fuerit in hac parte : id sine dilatione aliqua revocari faciatis. T. & c.

¶ Rex, vic' Warr' salutem. Si Margareta le Baxt' fecerit, &c. tunc pone, &c. quod sit coram iustitiariis, &c. ostensur' quare cum nos nuper ad prosecutionem præfatæ M. nobis suggerentis, Will' Erueis & Henr' Ode, pro eo quod ipsa præfatos W. & H. de quadam transgressione eidem Marg' per præfatos W. & H. illata ut dicebatur, coram nobis implacitaverit, asserentes se p præfatam Margaretam ea occasione diffamari, ipsam inde traxisse in placitum coram præfato R. in curia Christianitatis, eidem R. per breve nostrum prohibuerimus ne placitum illud teneret in curia Christianitatis, nec quicquam in hac parte attentaret, quod in læsionem coronæ & dignitatis nostræ cedere valeret quovis modo, & si quid minus rite per ipsum attentatum foret in hac parte, sine dilatione revocari faceret : idem R. tenuit placitum in curia Christianitatis, &c. & id quod p ipsum in hac parte minus rite attentatum fuerit revocare recusavit, in nostri contemptum & coronæ & dignitatis nostræ læsionem, dictæque Margaretæ damnum, non modicum & gravamen, & contra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadium & salvos plegios prædictos W. & H. quod tunc sint ibi ostensuri quare sequuti sunt idem placitum in eadem curia, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnum ipsius M. & contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c.

Attachiamen-
tum inde.

¶ Rex, offic' cur' Cantuar' & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis dilectus & fidelis noster H. comes Lanc', quod cum nuper inter W. de Ferrar' dudum comitem Derb' dominum honoris de Tuttebury ex una parte, & abbatem & capitulum sancti Petri super Dinam unde prioratus de Tuttebury cella existit ut dicitur, ex altera, super advocacione prioratus prædicti per quoddam scriptum indentatum inde inter eos confectum conventum fuisset, quod in singulis vacationibus dicti prioratus, abbas loci prædicti qui pro tempore foret de assensu capituli sui, tres personas de conventu suo, præfato Will' & hæredibus suis dominis honoris prædicti nominaret, de quibus idem W. & hæredes sui prædicti unum quem voluerint eligerent, & ad prioratum prædictum loci diocesano præsentaret : & licet abbates loci prædicti qui p tempore fuerint, hujusmodi personas eidem W. & hæredibus suis dominis honoris prædicti, & postmodum Edmundo dudum comiti Lancast', cui dominus H. nuper rex Angl' proavus noster, ad cujus manus honor prædictus certis de causis devenit, honorem illum concessit, habendum eidem Edmundo & hæredibus de corpore suo exeuntibus, necnon Thomæ filio & hæredi ejusdem Edmundi fratris prædicti Henri' cujus hæres ipse est, & etiam idem Henr' in singulis vacationibus dicti prioratus virtute scripti prædicti a tempore confectionis ejusdem nominaverint, idemque W. & hæredes sui prædicti necnon præfati E. T. & H. illos quos de eisdem personis elegerunt ad prioratū prædicti loci diocesanis qui p tempore fuerint, successive præsentaverint, & ipsi sic præsentati ad prioratū illum ad præsentationē hujusmodi admissi fuerint & instituti in eodem, supprior tamen & cōventus loci prædicti machinantes præfatum comitem

Prohibitio de
quadam con-
ventione eli-
gendi priorē.

Prohibitiones.

comitem de jure suo advocacionis p̄dictæ defraudare, p̄tendentēq; jam de novo electionem de hujusmodi priore in vacationib' hujusmodi ad ipsos p̄tinere debere: fratrem Alex' de portu p̄fato comiti p̄ nūn abbatē loci p̄dicti ad prioratū p̄dict' nuper per resignationem I. de sancto Albano ultimi prioris ejusdē vacantē, inter alios nominatū & p̄ eundem comitem electum, & loci diocesano p̄sentatū, & in priorem loci illius p̄ dictum diocesanum admissum, necnon p̄fatum abbatem & fratrem Wil. de Escaiolo super impedimento p̄sentationis hujusmodi & aliorum p̄missorum trahūt in placitum coram vobis in curia Christianitatis. Nos ad hoc qd' p̄sentatio p̄dicta ad nos & hæredes nostros, si p̄fatus comes sine hærede de corpore suo exeunte obierit, reverteretur, quodque placitum illud pendet in curia nostra corā justitiariis nostris de banco per breve nostrum inter ipsum comitem & p̄fatos sup̄iorem & conventum super advocacione prioratus p̄dicti, sicut p̄ certificationem dilecti & fidelis nostri Joh. de Stonore capitalis justitiarii nostri de banco, quam coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, nobis constat, considerationem habentes, volentesque tam nostræ quā p̄fati comitis exhæredationi in hac parte prout convenit p̄cavere: vobis prohibemus ne quicquam quod in nostri p̄judicium vel exhæredationem in hac parte cedere valeat attentetis, seu attentari faciatis quovis modo: maximè dum placitum p̄dictum de advocacione illa inter partes p̄dictas coram p̄fatis justitiariis nostris pendet indiscussum. T. &c. Ed. iij. Anno. xvij.

Prohibitio ne quis visitet hospitale de fundatione regis & progenitorū suorum

¶ Rex venerabili, &c. episcopo Karliol' salutem. Cum cancellarius noster qui pro tempore fuerit seu deputandus ab ipso, omnia hospitalia in regno nostro de fundatione seu patronatu nostro aut progenitorum nostrorum quondam regnam Angl' existentia visitare debeat, & omnes cancellarii nostri & progenitorum nostrorum p̄dicti seu deputandi ab eisdem, ea à tempore quo non extat memoria semper hætenus visitare consueverint, absq; eo quod aliquis alius officium visitationis in eisdem exercere debeat, seu hætenus consueverit: vos nihilominus officium visitationis in hospitali sancti Nicholai extra Karliol', quod Marger' de Gold' tenet ex concessione nostra, quod de fundatione progenitorum nostrorum existit, vobis attrahitis, & illud visitare intenditis jam de novo, sicut ex relatu plurium accepimus, quod si tolleretur, in nostri ac coronæ nostræ p̄judicium & exhæredationem cederet manifeste: nos hujusmodi p̄judicio & exhæredationi obviare volentes ut tenemur, vobis prohibemus ne quicquam quod in nostri aut coronæ nostræ p̄judicium in hac parte cedere valeat attentetis, seu attentari p̄sumatis quovis modo, scientes quòd si secus feceritis, ad vos tanquam ad juris nostri regii violatorem non immeritò graviter capiemus. T. &c.

Ne quis intrumittat se de libera capella regis prohibitio.

¶ Rex abbati sancti Jacobi Northampton salutem. Cum ecclesia sanctæ Cædde de Salop. per progenitores nostros quondam reges Angliæ fundata, & variis libertatibus & privilegiis communita, capella libera dictorum progenitorum nostrorum à primeva sua fundatione continue

nuè fuerit, & sic nostra sit in præfenti, nobisq; & ministris nostris solis & insolidum omni jure subjecta, & ab omni provisione de decanatu, canonicalibus, & præbendis, ac officiis quibuscunque dictæ capellæ, auctoritate sedis apostolicæ seu quavis alia concedenda vel facienda exempta penitus & immunis, quibus quidem privilegiis & libertatibus, exemptione & immunitate dicti progenitores nostri & nos, ac etiam dicta capella nostra libere, pacifice, & quiete absq; interruptione qualibet prout de jure coronæ ad nos pertinere dignoscitur, usi sumus hæctenus & gavisi, ac jam intellexerimus quòd vos privilegiorum, libertatum, exemptionum, & immunitatum prædictarum considerationem non habentes, sub colore quorundam mandatorum seu commissiõnum vobis in hac parte factorum, processus & executiones facere nitimini, in derogationem privilegiorum, libertatum, exemptionis & immunitatis prædictorum, quæ si fierent, in nostri juris coronæ nostræ præjudicium ac exhæredationis nostræ periculum cederent manifestum: nos conservationi jurium nostrorum volentes prospicere ut debemus, vobis prohibemus ne quicquam in præmissis quod in nostri vel dictæ capellæ nostræ præjudicium, seu jurium nostrorum cedere valeat quovis modo, attentetis indebite seu per alios attentari faciatis. Et si quæ per vos in hac parte perperam attentata fuerint, ea sine dilatione revocari faciatis. T. &c.

¶ Rex, Archidiacono Tantoñ & ejus officiali ac eorù cõmissariis salutem. Ex parte M. quæ fuit uxor I. nobis est ostensum, quod cū hospitale sancti Egidii leproforum de B. p antecessores R. filii & hæredis præd' I. ad sustentationem leproforum & aliorum pauperum & infirmorum ibidem, totum in temporalibus & nihil in spiritualibus fundatum existat, idemq; hospitale cujus advocatio ad præfatam M. tanquam pertinens ad manerium de B. qd' eadem M. tenet ad terminum vitæ suæ de hæreditate prædicti R. in singulis vacationibus dicti hospitalis per ipsam M. conferri, & illi quibus hospitale illud sic conferri contigerit in corporalem possessionem ejusdem per ballivos & ministros præfatæ M. induci debeant, ac omnes antecessores prædicti R. à tempore fundationis hospitalis prædicti, hospitale illud in singulis vacationibus ejusdem conferre, & per ballivos & ministros suos illis quibus idem hospitale sic collatum fuerit inducere consueverint, absque hoc quod aliquis Archidiaconus Tantoñ vel ejus officialis seu commissarius eorùdē, seu quivis alius ordinarius, officiũ inductionis seu visitationis in eodē exercere, seu in aliquo se inde intrõmittere debeãt, seu hæctenus consueverunt: vos nihilominus in hospitali prædict' qd' de patronatu p'd' Marg' & totũ in temporalibus & non aliqualiter in spiritualib' fundat' existat, officiũ visitation' jam de novo nitimini exercere, & R. de S. R. de K. & I. de B. homines & pauperes hospiti' præd', trahitis inde in placitũ in curia Christianitatis: & in ipsos pro eo qd' mandatis vestr' in hac parte parere noluerit, sētētiã excommunicationis fulminastis & eis diversa gravãina & oppression' p citatiões & alias censuras ecclesiasticas ex causã prædicta diversimode intulistis & indies inferre non desistitis in læsionem

Prohibitio ne quis ordinarius se intrõmittat de hospitali eo quod cõsistit totum in temporalibus & nihil in spiritualibus pro aliquo quam rege.

Prohibitiones.

læsionem coronæ & dignitatis nostræ, ac præfatæ M. & hominum ac pauperum prædictorum damnum non modicum & præjudicium manifestum : nos pro eo quod placitum prædictum tangit nos & coronam & dignitatem nostram, præsertim cum collatio dicti hospitalis ad nos ratione custodiæ posset devolvi, vobis prohibemus ne quicquam in hac parte attentare præsumatis, seu per alios attentari faciatis, quod in nostri præjudicium seu coronæ prædictæ læsionem cedere valeat quovis modo. Et omnia quæ per vos in hac parte minus rite attentata fuerint : sine dilatione aliqua revocari faciatis : ne ad vos tanquam ad jurium coronæ nostræ violatores & contemptores mandatorum nostrorum graviter capere debeamus. T. &c.

Prohibitio pro terminariis quæ provisor implacitat clericum suum super advocacione ecclesiæ.

¶ Rex offic' curiæ Cantuar' & ejus commissar' salutem. Querelâ W. & G. receperimus continentem, vel querentem, quod cum venerabilis pater T. episcopus Hereford' manerium suum de H. cum pertinentiis, unâ cum advocacione ecclesiæ ejusdem manerii per scriptum suum indentatum, præfatis W. & G. ad certum terminum nondum præteritum dimisisset & concessisset, iidemq; W. & G. de eodẽ manerio virtute dimissi. & concessi. prædicti seisiiti fuissent pacifice & quiete, ac pro eo quod dicta ecclesia de H. post dimissionem & concessionem prædictas, durante termino prædicto per mortem magistri E. ultimi rectoris ejusdem vacavit, & dñs episcopus ipsos W. & G. super præsentatione sua ad ecclesiam prædictam impedivit : iidemq; W. & G. per breve nostrum versus præfatũ episcopum, pro eo quod ipse permetteret ipsos præsentare idoneam personam ad ecclesiam prædictam, coram justitiariis nostris de banco tulissent placitandum. Et licet ipsi præsentationẽ suam prædictam ad dictam ecclesiam versus præfatum episcopum per considerationem curiæ nostræ prædictæ recuperassent, & nos per breve nostrum mandaverimus præfato episcopo quod non obstante reclamacione sua ad præsentationem prædictorum W. & G. idoneam personam admitteret ad ecclesiam supradictam, sicut per tenorem recordi & processus loquelæ inde coram præfatis justitiariis habitæ, quæ corâ nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, plenius apparet, idemq; episcopus virtute considerationis & brevis nostri prædictor' R. de F. clericum per ipsos W. & G. ad ecclesiam prædictam præsentatum admisisset & ipsum personam in eadẽ canonice instituisset : magr' tñ S. de P. clericus, prætedens dictam ecclesiam tempore mortis prædicti E. fuisse de advocacione seu collatione prædicti episcopi cum nõ fuerit, & ipsum S. prætextu cujusdam provisionis per curiam Romanam de ecclesiastico beneficio ad collationem seu provisionem dicti episcopi spectante sibi ut dicitur factæ, dictam eccle' acceptasse, & executores provisionis prædictæ eandem eccleã eidem S. contulisse, seu sibi de eadem providere fecisse, ad amovendũ prædictum R. de possessione ecclesiæ suæ prædictæ quæ de advocacione prædicti W. & G. tẽpore mortis prædicti E. extitit & adhuc existit : secutus est placitũ corâ vobis in curia Christianitatis & sic in eadem curia discussionem de advocacione eccles' prædictæ fieri nititur cum effectu. Quæ si procederent, in nostri & juris nostri regii.

regii præjudicium, & ipsorum W. & G. damnum non modicum ac considerationis prædictæ enervationem cederent manifestè: nos hujusmodi præjudicio præcavere, & jura coronæ nostræ illæsa conservare volentes prout astringimur vinculo juramenti: vobis districtè prohibemus ne placitum inde in nostri præjudicium teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam in hac parte attentetis seu attentare aliqualiter præsumatis, quod in nostri seu juris nostri regii præjudicium seu considerationis prædictæ enervationem cedere valeat quoquo modo. T. custode Angl' &c. Anno xiii. Ed. iii.

¶ Rex, &c. & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis dilectus clericus noster S. de N. quod cum venerabilis pater R. quondam Norwic' episcopus, ipsum ad præsentationem nostram ad ecclesiam de C. tunc vacantem, & ad nostram donationem spectantem ratione terrarum & tenementorum H. fil' & hæ'r' G. in manu & custodia nostra existentium admiserit, & ipsum perpetuum rectorem instituerit in eadem ecclesia: I. clericus asserens N. quondam Norwic' episcopum sibi eam contulisse per lapsum temporis, præfatum clericum nostrum trahat inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis. Quia verò de hujusmodi præsentationibus ad ecclesias ex consuetudine hæctenus obtenta in regno nostro & approbata nobis non currit tempus, & tam nos ratione custodiæ nostræ quam prædictus hæres in custodia nostra existens jacturam advocationis nostræ incurreremus, si prædictus I. in causa illa obtineret: vobis districtè prohibemus, ne causam illam ulterius teneatis in curiam Christianitatis: quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronam, &c.

Prohibitio formata de advocatione ecclesiaz.

¶ Rex, offic', &c. salutem. Ex relatu plurium intelleximus, quod cum G. persona ecclesiæ de N. per breve nostrum de banco implacitasset abbatem de Melsa de debito centum librarum, in quibus idem abbas per scriptum suum obligatorium præfato G. tenebatur, ac frater Richardus de B. commonachus ejusdem abbatis machinans præfatum G. ab actione sua in hac parte fraudulenter & subdole impedire, sigillum ipsius G. ad acquietantias inde nomine ipsius G. in enervationem actionis suæ prædictæ consignandas apud Eborum contrefecisset, prædictusque G. præmissa perpendens præfatum fratrem Richardum de B. in domo W. de Boshale de Eborum selegraver cum hujusmodi sigillo contrefacta per ballivos civitatis nostræ Eborum ibidem secundum legem & consuetudinem regni nostri attachiari fecisset, prædictus abbas & conventus loci prædicti ea occasione asserentes præfatum G. manus violentas in præfatum fratrem Richardum injecisse seu injeci procurasse vel fecisse: præfatum G. trahunt inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & ipsius G. damnum non modicum & gravamen. Et quia non est juri consonum, quòd quis pro eo quod negotia sua super hiis quorum cognitio ad nos pertinet in curia nostra, modo debito prosequitur, trahatur, &c. vobis prohibemus, &c. ne quicquam, &c. ut supra.

Prohibitio quæ aliquis trahatur in curia Christianitatis, eo quod asseruit ipsum contrefecisse sigillum suum, & ipsum ea occasione fecerit arrestari.

¶ Rex,

Prohibitiones.

Prohibitio pro eo quod asseruit se diffamari, quia aliàs perhibuit testimonium veritati in quadam inquisitione, &c.

Prohibitio quā iudex facit excommunicari partem quæ impetravit prohibitionē nomine proprio.

Prohibitio ne episcopus conferat ecclesiā per lapsum temporis ante lapsum temporis sex mensium.

Prohibitio quod

¶ Rex, &c. salutem. Monstravit nobis M. de H. minister noster Cambii Eborum, quod cum ipse una cum aliis ad hoc electis testimonium perhibuisset veritati in quadam inquisitione, quam nuper fieri fecimus de ministris & statu Cambii nostri prædicti, & nos per inquisitionem illam H. de B. & quosdam alios tunc ministros Cambii prædicti amoveri fecimus ab eodem : idem H. asserens super hoc personam suam diffamari, trahit eum inde in placitum, &c. Et quia non est juri consonū, &c. vobis prohibemus, &c. ne teneatis in curia Christianitatis, &c. T. &c. in forma communi.

¶ Rex, offic' episcopi E. & ejus commissario seu commissariis quibuscunq; salutem. Ex parte W. nobis est ostensum quod cum L. nup corā vobis in curia Christianitatis traxisset in placitum ipsum W. de catallis, &c. vel matrimonio, & p eo quod cognitiones hujusmodi placitorum ad nos & coronam nostram & non ad alium in regno nostro ptineant & ptinuerunt ab antiquo : præfatus W. ad cancellariā nostram accedens, quandam prohibitionem nostram, nomine suo proprio in eadem cancellaria nostra impetravit, & eam vobis, ne placitum illud teneretis in eadem curia Christianitatis ut dicitur, liberavit, cujus prohibitiones nostræ vobis p eundem W. pro seipso, ut præmittitur, liberatæ prætextu, vos asserentes eundem W. sanctam ecclesiam in hoc graviter offendisse : ipsum W. absq; dilatione ulteriori ipso facto fore excommunicatum decrevistis, & in eundem W. excommunicationis sententiam publice in ecclesiis parochialibus decanatus de E. pullatis campanis & candelis accensis fulminari fecistis, in nostri & dictæ coronæ nostræ præjudicium manifestum, & status ejusdem læsionem manifestam, nos nolentes aliquos de eodem regno super aliquibus quæ in curia nostra rite impetraverunt, & quorum cognitio ad nos ptinet, aliquo modo prægravari, sed eos potius in hujusmodi impetrationibus quatenus poterimus confovere ut tenemur : vobis mandamus quod si ita est, tunc sententiam prædictam in ipsum W. ex causa præmissa fulminatam, ac alia quæ in hac parte in nostri & coronæ nostræ præjudicium attemptari feceritis, sine dilatione aliqua revocari faciatis. Taliter super hiis vos habentes, ne ad vos tanquam ad juris nostri & coronæ nostræ violatores graviter capere debeamus. T. &c.

¶ Rex, venerabili in Christo patri R. episcopo London' & ejus offic' ac eorū cōmissar' salutem. Quia secundū legē & cons. regni nostri Angl' episcopi seu alii diocesani ecclesias seu alia beneficia de quorumcunque patronatu existunt, infra diocesanā suam vacantia, per lapsum temporis ante sex menses à tempore vacationum eorundem transactas conferre non debent, nec conferre consueverunt aliquibus temporibus retroactis : vobis præmissa significamus, ut ulterius in causa quæ est coram vobis inter I. præsentatum ad ecclesiam de M. per B. & dilectum clericum nostrum R. de W. archidiaconum, & Rich. & S. de B. cui prædictus archiepiscopus dictam ecclesiam per lapsum temporis contulit, ut dicitur, securius procedere valeatis. T. &c.

¶ Rex, majori & ballivis suis civitatis Eborum salutem. Cum cognitiones

tiones placitorum de transgressionibus, clericis nostris & pgenitorum nostrorum de cancellar' aut eorundem clericorum servientibus & ministris in locis ubi cancellar' moram fecerit illatis, vel quas iidem clerici nostri, ministri, vel servientes sui secum in locis illis morantes aliis ibidem fecerint, ad cancellarium vel ad custodem sigilli qui p tempore fuerit pertineant, & hactenus pertinere consueverint, ac vos ad psecutionem W. de S. & quorundam aliorum de civitate p'dicta, asserentium diversas transgressiones sibi apud Eborum, ubi cancellaria nostra jam existit, p B. & C. dilecto clerico nostro I. de T. uni clericorum nostrorum de canc' deservientes & cum eo morantes, illatas esse, placita inde p diversas querelas inter p'afatos W. & alios, ac p'adictos B. & C. teneatis cogniciones hujusmodi, quæ ad custodem sigilli nostri ipso ibidem existente, & non ad alium pertineant, vobis attrahendo contra consuetudinem p'dictam: nos nolentes clericos nostros de cancellaria nostra aut eorum servientes vel ministros, aliter in hujusmodi causa, quam temporibus retroactis fieri consuevit, pertractari: vobis p'ecipimus, quod placitis illis coram vobis ulterius tenendis supersedeatis omnino, p'afato W. & aliis conquerentibus dicentes ex parte nostra, quod ad dictum custodem accedant, justitiam de transgressionibus p'dictis in cancellaria nostra psecuturi si sibi viderint expedire. T. xii. die Decembris Anno viii. Ed. iii.

Clerici de cancellaria & ministri sui non respondeant coram aliquo nisi coram cancellario de transgressionibus, &c.

¶ Rex, &c. salutem. Monstravit nobis Matilda quæ fuit uxor R. quod cum illa implacitet coram justitiariis nostris de banco p breve nostrum I. de una acra prati cum pertinentiis in N. eidem I. per p'afatum R. quondam virum suum in vita sua dimissis, idemq; I. prosecutionem p'afata M. callide machinans impedire asserensq; p'afatum M. sacramentum corporale quod ipsum I. post mortem p'adicti R. quondam viri sui de prato p'adicto non implicaret p'astitisse, ipsamq; Matildam dictum I. de prato p'adicto contra sacramentum suum hujusmodi sic implacitare: eandem M. super læsionem fidei suæ in hac parte trahit eam in placitum coram vobis in curia Christianitatis, ut ipsa M. coram vobis laboribus & expensis diversimode fatigatam, a prosecutione juris sui in curia nostra perquirendi taliter impediatur, in ipsius M. dispendium non modicum & gravamen, & exhæredationis suæ periculum manifestum. Et quia non est juri consonum, quod quis pro eo quod pro jure & hæreditate sua secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ recuperandis in curia nostra rite prosequitur, trahatur in placitum in curia Christianitatis: vobis districtè prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianitatis, nec quicquam, quod in legis & consuetudinem p'dictarum derogationem cedere valeat, aliquialiter attentetis. T. &c.

Prohibitio quæ mulier petit hæreditatem post mortem viri sui qui alienavit, & implacitatur de læsione fidei, eo quod p'astitit juramentum.

¶ Rex, Archidiacono Lincoln' & ejus offic' ac eorum commissar' salutem. Cum hospitale nostrum sanctorum Innocentium juxta Lincoln', de fundatione pgenitorum nostrorum regum Angl' & de advocacione nostra & ad collationem nostram spectans, de terris & possessionibus pro sustentatione pauperum & infirmorum in eodem hospitali degentiũ

Prohibitio p hospitali regis, ne visitetur p ordinarium.

Prohibitiones.

dotatum existat, & licet magistri hospitalis prædicti qui pro tempore fuerint, in corporalem possessionem ejusdem, p vic' nostrum Lincoln' & non p loci ordinar' totis temporibus retroactis induci consueverunt & debeant hiis diebus, dictumq; hospitale per cancellarium nostrum, qui pro tempore fuerit vel per alios quos per literas nostras patentes sub magno sigillo nostro ad hoc deputaverimus, visitari debeat, tam in capite quam in membris, absque eo quod aliquis ordinarius officium visitationis seu aliam jurisdictionem ordinariam, in dictum hospitale seu magistrum, fratres, sorores, aut ministros hospitalis illius exercere consueverit, seu de eodem hospitali in aliquo se intromiserit: vos tamē jurisdictionem ordinariam in hospitale prædictum, magistrum, fratres, sorores, & ministros exercere intenditis, ipsosque magistrum, fratres sorores, & ministros; præmissa occasione per diversas citationes fatigatis jam de novo, in nostri & juris nostri regii præjudicium, ac coronæ & dignitatis nostræ læsionem manifestam. Nos igitur jura coronæ nostræ illæsa observare, & hujusmodi præjudicio volentes præcavere: vobis prohibemus ne quicquam in hac parte quod in nostri & juris nostri regii præjudicium, ac coronæ & dignitatis nostræ læsionē cedere valeat in præmissis, attentare præsumatis quovis modo. Et si quid in hac parte p vos fuerit attentatum, id sine dilatione aliqua revocetis, ne ad vos tanquam ad jurium nostrorum violatores graviter capere debeamus. T. &c.

Prohibitio quæ
quis appellat
de non admis-
sione post re-
cuperationem
factam in curia
regis & profe-
quitur appel-
lationem in
curia Christiani-
tatis.

¶ Rex, Johanni Brok salutem. Cum A. in quadam assisa ultimæ præsentationis quam B. de C. arrain' coram justitiariis nostris de banco, p breve nostrum versus prædictum A. de ecclesia de Lalleford, recuperasset præsentationem suam ad ecclesiam prædictam p consideratione curiæ nostræ prædictæ, p quod mandavimus episcopo L. quod ad præsentationem ipsius A. ad ecclesiam præd' idoneam psonam admitteret, non obstante reclamatione ipsius B. sicut per tenorem recordi & processus assisæ prædictæ (quem coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, quem tibi significamus) nobis constat: at jam intelleximus quod tu asserens te ad ecclesiam prædictam per præfatum B. esse præsentatum, & à præfato episcopo de non admissione ad curiā Cantuar' appellasse, appellationis illius negocium coram officiali curiæ Cantuar' & ejus commissariis in curia Christianitatis, ad amovendum I. de B. clericum ad dictam ecclesiam p præfatum A. præsentatum, & in eum virtute recuperationis & considerationis prædictarum p præfatum episcopum institutum psequeris cum effectu: quæ quidem appellatio si procederet, in nostri præjudicium & recuperationis & considerationis prædictarum enervationem cederet manifestè. Et quia judicia in curia nostra rite reddita in suis roboribus manteneri volumus & defendi, prout ad hoc vinculo juramenti astringimur & tenemur: tibi phibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, nec quicquam, quod in nostri pjudicium seu enervationem recuperationis & considerationis p'dictarum cedere valeat, aliquo modo attentari fac'. T. &c.

¶ Rex,

☉ Rex, officiali curiæ Cantuar' & ejus cōmissar' salutem. Cum ut accepimus I. de W. persona ecclesiæ de B. traxerit W. de C. in placitum in curia Christianitatis de laico feodo suo in I. & licet idem W. quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum illud sequeretur in curia Christianitatis, præfato I. porrexerit: idem tamen I. prædictum mandatum nostrum parvi pendens, dictum placitum contra eundem W. in dicta curia Christianitatis ulterius prosequeretur, per quod ipsum per aliud breve nostrum fecerimus attachiari, essendi coram justitiariis nostris apud West. ad certum diem in dicto brevi contentum, ostensurum quare secutus est idem placitum in eadem curia Christianitatis contra prohibitionem nostram prædictam: præfatus I. machinans præfatum W. super prosecutione sua attachiamenti prædicti in curia nostra prædicta callidè impedire, ipsum ratione impetrationis & porrectionis dicti brevis nostri de prohibitione excommunicari, & ipsum tanquam excōmunicatū capiet imprisonari procuravit, & nihilominus præfatum W. occasione impetrationis & porrectionis dictæ prohibitionis nostræ trahat iteratò in placitum coram vobis in curia Christianitatis, & ipsum coram vobis ea occasione multipliciter fatigat ex hac causa, in nostri contemptum ac legum & juriū coronæ nostræ enervationem, & ipsius W. grave damnum. Et quia non est consonum rationi, quòd quis pro impetratione brevium nostrorum pro juriū nostrorum defensione & eorundem brevium deliberatione excommunicetur, nec in placitum in curia Christianitatis ea de causa trahatur, seu aliquo modo prægravetur: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis coram vobis in curia Christianitatis, nec quicquam in hac parte attentetis, quòd in nostri contemptum aut coronæ & regiæ dignitatis nostræ læsionem vel prosecutionis ipsius W. super jure nostro & suo in hac parte impedimentum cedere valeat, aliquo modo attentetis, donec placitum attachiamenti prædicti in dicta curia nostra inter partes prædictas terminetur. T.R. Anno xxii. E. iii.

Aliter de laico feodo.

REX, officiali curiæ Cantuar' & ejus commissariis salutem. Monstravit nobis I. persona ecclesiæ de B. quòd cum ipse in quadam causa curiæ Cantuar' legitime devoluta implacitasset coram vobis in curia Christianitatis A.B. & C. de eo quòd ipsi decimas de sylva cædua infra fines & limites Parochiæ dictæ ecclesiæ & loca decimabilia ejusdem notorie provenientes, & ad dictum I. tanquam rectorem ecclesiæ prædictæ pertinentes, abduxerunt, occupaverunt, & detinuerunt: prædicti A.B. & C. cognitionem quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte machinantes impedire asserentesque placitum illud esse in curia Christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio: quandam prohibitionem nostram ne hujusmodi placitum in curia Christianitatis teneretis, vobis dirigi procurarunt, cujus prætextu vos in causa illa hucusque procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius I. grave damnum & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia in articulis, &c. continetur, quòd in causis de decimis, oblationibus & obventionibus, quando sub istis nominibus pro-

Consultatio de sylva cædua.

Consultationes.

ponuntur, prohibitioni regie non est locus: vobis significamus, quod in causa predicta quatenus de decimis sylve cedue infra fines & limites Parochie ecclesie predictae & loca decimabilia ejusdem provenientius coram vobis duntaxat agitur, dum tamen de grossis arboribus in hac parte non agatur, licite procedere, & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione nostra non obstante. T. &c.

Aliter in violatione sequestri.

¶ Rex, officiali episcopi Eliensis & ejus commissariis salutem. Cum ut accepimus, I. de H. pro eo quod sequestrum per vos de sylva cedua infra Parochiam de S. Eliensis diocesis excisa, ratione decimae dictae sylve cedue, rectori dictae ecclesie de S. non solutae & injuste detentae, interpositum violavit, coram vobis super violatione sequestri predicti responsurum citari feceritis: predictus I. cognitionem quae ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte machinans impedire, asserensque in curia nostra, vos pro eo quod idem I. decimam de grossis arboribus suis in bosco de T. solvere recusavit, sententiam excommunicationis in ipsum I. ad prosecutionem personae ecclesie predictae minus juste fulminasse, quandam prohibitionem ne in hujusmodi causa procederetis vobis porrigi procuravit, quo praetextu in causa predicta in curia Christianitatis procedere distulistis. Et quia in articulis de clero per dominum Ed. nuper regem Angli concessis continetur, quod in causis decimarum quando sub illo nomine proponuntur, prohibitioni regie non est locus: vobis significamus quod in dicta causa quatenus de violatione sequestri dictae sylve cedue excisae ratione decimae inde rectori ecclesie predictae debitae, injuste detentae & non solutae per vos sic impositae, tantummodo agitur licet procedere & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione nostra non obstante.

Consultatio ad procedendum contra parochianos in causa super emendatione defectuum corporis ecclesiae, &c. ubi prohibitio de laico feodo prius porrecta fuit iudicibus curiae Christianitatis.

De forma concedendi ista brevia, vide quoddam statutum editum tempore E. primi. Et qualiter procedendum est in causa vide statutum Ed. iii. An. l. cap. iii.

¶ Rex, venerabili in Christo patri H. eadem gratia Lincolnensi episcopo & ejus commissariis salutem. Ex parte vestra nobis est intimatum, quod cum vos nuper ad corrigendum crimina & excessus subditorum vestrorum juxta officii vestri debitum procedentes, R. de C. militi & Parochiano ecclesie Parochialis de C. vestrae diocesis objeceritis, quod ipse Parochianus dictae ecclesie existens, imminentes & notabiles defectus in navi seu in corpore ejusdem ecclesie Parochialis & capella beatae Mariae eidem annexa, quorum defectuum emendatio & reparatio ad ipsum & ceteros Parochianos de consuetudine notoria & approbata pertinere dignoscitur, una cum certis Parochianis, prout ad ipsum pertinet, emendare & reparare non curavit, quin potius recusavit & expresse contradixit, in animae suae periculum, aliorumque exemplum perniciosum, ecclesiaeque predictae damnum non modicum & gravamen, volentes contra eundem R. ad correctionem animae suae in praemissis procedere, statuere, & facere quod justum foret, & animae suae salutis expediens juxta canonicas sanctiones: predictus R. cognitionem vestram & correctionem animae suae in hac parte fatagens declinare, ac suggerens in cancellaria nostra ipsum tractum fuisse in placitum coram vobis in curia Christianitatis de laico feodo suo in C. breve nostrum de

de prohibitione, ne placitum illud sequeremini in curia Christianitatis, vobis dirigi procuravit : quo prætextu vos in correctione prædicta procedere distulistis, ad grave periculū animæ suæ & læsionem libertatis ecclesiasticæ manifestā. Et quia nolumus cognitionē ecclesiasticam in iis quæ ad forum ecclesiæ & maxime ad correctionem animæ pertinent, contra justitiam impediri : vobis significamus quod super reparatione & emendatione defectuū corporis ecclesiæ juxta consuetudinē approbatam faciend' procedere poteritis, & ea facere quæ ad forū ecclesiasticū noveritis pertinere, dicta prohibitione non obstante. T. &c.

¶ Rex, officiali curiæ Cantuar' & ejus cōmissar' salutem. Monstravit nobis A. quod cū ipsa petat coram vobis in curia Christianitatis executionem cujusdā sententiæ in causa testamentaria, p ipsa A. & contra T. executorem testamenti B. matris prædictæ A. super quadraginta libris in testamēto prædictæ B. eidem A. legatis, per offic' episcopi London' lata, & postmodum per vos confirmatæ : dictus T. executionem sententiæ prædictæ satagens impedire, breve nostrum de prohibitione, ne placitum de catallis & debitis quæ, &c. matrimonio in curia Christianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit : cujus brevis prætextu vos executioni sententiæ memoratæ supersedistis hucusq; ad grave damnum ipsius A. & præjudicium manifestum. Et quia per dictum breve nostrum non prohibetur, quin de catallis in testamento legatis agi possit in curia Christianitatis, nolentes jurisdictionem quæ ad forum ecclesiasticū pertinet taliter impediri : vobis significamus, quod in causa, ubi petitur ab executore legatum sub nomine legati in testamento relictum, procedere poteritis, & ea facere quæ ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendū in causa testamentaria.

Ista clausula non utitur.

* Nota q̄ Anno l. regis E. iii. ordines est q̄ lou consultacion est un foits duement graunte, sur prohibicion fait à judge de seint esglise : que mesme le judge de seint esglise poet proceder in la cause per vertue de mesme la consultacion, nient obstant aucun autre prohibicion sur ceo a luy baillē. Purveu tous foits que la mater de la libel de dicte cause ne soit ingrosse ne enlarge, ou en autre manere chaūge.

Nota bene.

¶ Rex, arch' Lincoln' & ejus offic' ac eorum commissar' salutē. Querelā vestram recepimus continētē, quod cū vos T. de W. capellano ex officii vestri debito objeceritis, quod ipse C. carnaliter cognovit & in concubinam publice tenuit in animæ suæ periculum & scandalum aliorum, unde contra eundē ad correctionem animæ suæ tendere dignoscuntur : præfatus T. in hac parte cognitionē vestrā satagens declinare, ac suggerens in cancellaria nostra ecclesiam beatæ Mariæ Warr' quæ est de patronatu T. filii & hæredis H. nuper comitis Warr' infra ætatem & in custodia nostra existentis, cum omnibus capellis eidem ecclesiæ annexis, liberam esse à tempore foundationis ejusdem, & ab omni jurisdictione ordinaria penitus exemptam & immunem, vosque in ecclesia & capella prædictis jurisdictionē Archidiaconalem velle exercere jam de novo, in læsionem libertatis ecclesiasticæ ecclesiæ & capellæ prædictarū, ac dicti T. exhæredationis periculū manifestum, breve nostrum de prohibitione, ne jurisdictionē aliquā ordinariā in ecclesia seu

Consultatio ad procedendū contra capellā, ad correctionē animæ suæ, eo quod teneat concubinam.

Consultationes.

capella prædictis aliter quàm temporibus progenitorum dicti T. fieri consuevit, exercere præsumeretis, vobis dirigi procuravit : cujus brevis prætextu vos in correctione prædicta superfedistis hucusque, in gravem libertatis ecclesiasticæ læsionem. Et quia nolumus quod p hujusmodi excogitatum malitiam & suggestam falsitatem, cognitioni ecclesiasticæ, & maxime in correctionibus animarum derogetur : vobis significamus quod in correctione prædicta quatenus ad pœnitentiam corporalem & non pecuniariam pro peccato imponendam agitur, procedere poteritis prohibitione priore non obstante.

Nota bene.

* Nota quod pro eo quod in articulis cleri inter cætera continetur, quod si prælatus imponat alicui pœnam pecuniariam pro peccato, & repetat illam : locum habet regia prohibitio. Veruntamen si prælati imponant pœnitentias corporales, & sic puniti velint hujusmodi pœnitentias pro pecunia sponte redimere : non locum habet regia prohibitio, sed coram prælatis pecunia ab eis exigatur. Ideo ista clausula videlicet (quod in correctione prædicta quatenus ad pœnitentiam corporalem & non pecuniariam pro peccato, &c.) in illo brevi inseritur.

Consultatio ad procedendū in causa de decimis & mortuariis.

¶ Rex, offic' &c. salutem. Monstraverunt nobis dilecti nobis in Christo Prior & conventus de B. quod cum ipsi implacitent corā vobis in curia Christianitatis magistrum I. personā ecclesiæ de N. de eo quod idē I. ipsos priorem & conventum & ecclesiam suam de B. prædictam, de quibusdā decimis & mortuariis ad dictam ecclesiam suam pertinentibus ut dicitur spoliavit, in quarum quidem decimarum & mortuorum possessione, iidem Prior & conventus & prædecessores sui ac ecclesia sua prædicta, à tempore cujus contrarii memoria non existit, extiterunt sicut dicunt, quousq; per præfatum Joannem de eisdem, ut præmittitur fuerant spoliati : Abbas Westmonasterii prosecutionem ipsorum prioris & conventus machinans enervare, suggestit in cancellaria nostra præfatum Joannem dictam ecclesiam de N. de advocatione sua tenere, & præfatos priorem & cōventum tertiam partem ejusdem ecclesiæ de advocatione sua propria clamare, sicq; per ipsum jacturā suæ advocacionis incurrere, si prædicti prior & conventus in causa illa obtinerent, prohibitionem nostrā quæ dicitur Indicavit, ne placitum illud teneretis in curia Christianitatis, vobis porrigi fecit : cujus prohibitionis prætextu, vos in placito illo procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsorum prioris & conventus grave damnum, & ecclesiæ suæ prædictæ exhæredationis periculum manifestū. Et quia in articulis, prælatis & clero regni concessis continetur, quod in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quādo sub istis nominibus proponuntur, prohibitioni nostræ non est locus : vobis significamus, quod si corā vobis inter ipsos priorem & conventum & præfatum I. actio super hujusmodi decimis & mortuariis movetur, & actio illa sub hujusmodi nominibus proponatur : tunc non obstante prohibitione nostra prædicta, in dicto negotio procedere poteritis, prout de jure & secundum forum ecclesiasticum fore videritis faciendum. T. &c.

Itē cōsultatio ad pcedendū in causa de decimis.

¶ Rex, venerabili, &c. salutem. Ex parte dilectarum nobis in Christo priorissæ & cōventus de S. ecclesiam de H. in proprios usus obtinentium, nobis

nobis est ostensum qd' cum ipsæ petant coram vobis in curia Christianitatis versus H. personam ecclesiæ de B. restitutionē medietatis decimarum garbarum provenientium de quatuor bovatis terræ & dimidio in B. quas M. N. & R. tenent, quas quidem decimas ipsæ & prædecessores sui nomine suo & ecclesiæ suæ de H. prædicta, cōtinuè & pacificè à tempore cujus contrarii memoria non existat, perceperunt & possesserunt, de quibus per eundē H. spoliata existunt: T. de W. processum prædicti placiti corā vobis inchoati nitens pro viribus impedire, ac suggerens in cancellaria nostra præfatum H. clericum tenere ecclesiā de B. de advocacione sua, dictāmq; priorissam clamantē quartā partē de advocacione sua propria, ipsum H. inde in placitū corā vobis in curia Christianitatis trahere: breve nostrum, ne placitum illud teneretis in curia Christianitatis, donec discussum esset in curia nostra ad quem illorum pertineret dictæ quartæ partis advocatio, vobis dirigi procuravit, quo prætextu, &c. ut supra, manifestum. Nos jurisdictioni ecclesiasticæ derogari nolentes, vobis significamus qd' in placito prædicto, quatenus de spoliacione & nō de advocacione alicujus partis ecclesiæ prædictæ coram vobis agitur, procedere poteritis, & ulterius facere quod ad forum ecclesiasticum pertinet, prohibitione nostra non obstante. T. &c.

¶ Rex officiali Archidiaconi de B. & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis M. nuper persona ecclesiæ de T. Oxon' dioc', qd' cum tam de jure cōmuni quā de cōsuetudine laudabili de Parochia de T. à tempore cujus contrarii memoria non existit, visitata, observata, & legitime præscripta, jus percipiendi & habēdi omnimodas decimas tam reales quā psonales de fundis, terris, & agris de I. infra fines, & limites ac loca decimabilia Parochiæ ecclesiæ prædictæ notorie situatis & jacentibus pvenientes, ad rectorem dictæ ecclesiæ qui pro tempore fuerit nomine ejusdem ecclesiæ pertineat & pertinere debeat, præfatusque M. & omnes prædecessores sui rectores ecclesiæ prædictæ suis temporibus successivis de hujusmodi decimis nomine dictæ ecclesiæ possessionati extiterint pacifice & quiete, ac idem M. nuper petierit corā vobis in curia Christianitatis versus T. dioc' prædictū quasdam decimas garbarū, frumenti, hordei, filiginis, fabarū, pisarū, vescarū, avenarum, foeni, & porcellorū, de fūdis, terr' & agris prædict' pvenientes, ad ipsum M. nomine dictæ eccle' de jure & cōsuetud' prædictis ptenentes, & p præfatum T. subtractas & detentas indebite & injuste: idem T. cognitionē quæ ad forū ecclesiasticū ptinet in hac pte, machinans impedire, asserensq; ipsum corā vobis in curia Christianitatis de catall' & debitis, quæ non sunt de testamēt' vel matrimōn, p præfatum M. molestari, quandā prohibitionē nostram ne hujusmodi placitum in eadem curia Christianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit, cujus prætextu vos in placito illo hucusq; pcedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius M. grave damnum & ecclesiæ prædictæ exhæredationis periculum manifestum. Et quia in articulis prælatis & clero regni nostri per dominum E. nuper regem Angliæ progenitorem nostrum concessis, continetur, quod in causis de decimis, oblationib', & obventionibus, quādo sub istis nominibus proponuntur

De decimis
bladorum.

prohi-

Consultationes.

prohibitioni regiae non est locus: vobis significamus quod in causa p̄dicta quatenus de decimis garbarum frumenti, hordei, filiginis, fabarū, pisarū, vescarum, avenarum, fœni, & porcellorum de fundis, terr' & agris p̄dictis infra fines & limites ac loca decimabilia parochiæ prædictæ situatis p̄venientibus, & per ipsum T. indebite & injuste subtractis & detentis, ut p̄mittitur, corā vobis tantummodo agatur, licite p̄cedere ulteriusq; facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum dignoscitur pertinere, dicta p̄hibitione nostra non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendum, quia pecunia petitur ratione matrimonii contracti.

☞ Rex Priori sanctæ F. Oxon' & ejus cōmissar' salutē. Mōstravit nobis Thomas le Berl' qd' cū ipse implacitet, &c. A. & M. executores testamēti Roberti de Arderū, nuper executoris testamenti Feliciæ de A. de quadraginta marcis quas dicta F. eidē T. causa matrimonii cum A. filia p̄dicti F. cōtrahendi fide media solvere p̄misit, & quāquā matrimonium postmodū inter ipsum T. & p̄fatā A. in facie eccle' prout moris est solēnizatum fuisset, eidem tñ T. de p̄dicta pecuniæ summa per p̄fatam F. vel p̄fatam R. dum vixerunt non extitit satisfactum, nec adhuc existit, petēdo ipsos executores testamenti p̄dicti R. ad solutionem dictæ pecuniæ per vos judicialiter condemnari: iidem executores cognitionem quæ, &c. (ut in communi consultatione usq; ibi,) grave damnum & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia placita testamentum vel matrimonium concernentia, coram iudice ecclesiastico per hujusmodi prohibitionem nostram teneri non prohibentur: vobis significamus, quod si dicta pecunia ratione matrimonii inter præfatos T. & A. contrahendi, per præfatam F. promissa fuerit, & idem matrimonium postmodum inter eos solēnizatum fuerit ut est dictum, tunc in eadem causa licitè procedere & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione non obstante. T. Anno x.

Consultatio ad procedendum, ubi rector implacitat parochianum impediens ipsum curiare decimas.

☞ Rex venerabili, &c. salutem. Monstravit nobis A. persona ecclesiæ de B. qd' cum ipse nuper implacitet C. Parochianum suum coram vobis in curia Christianitatis, de eo quod postquam & ubi constitutio in consilio Provinciali London' contra impediens ecclesiarum rectores, quo minus decimas sibi nomine ecclesiarum suarum debitas, à prædiis & per prædia, de quibus hujusmodi decimæ proveniunt, curiare poterunt, impediens hujusmodi efficialiter arctavit: idem C. dictæ consuetudinis non ignarus, sed conscius & scienter contemptor, præfatum A. quo minus ipse per se & suos, decimas ecclesiæ p̄dictæ, de p̄diis dicti C. necnon aliorum Parochianorum ecclesiæ dictæ A. infra fines & limites, notorie constitutis provenientes, à p̄diis & p̄ prædia prædicta cum libero ingressu ad eadē, & egressu ab eisdem curiare potuit, p̄ se & suos maliciose impedivit, in sententiā excommunicationis majoris à dicta constitutione contra omnes hujusmodi impediens latā incidendo, ipso facto petendo ipsum C. excommunicatum esse publice pronuntiari, & ulterius fieri quod justitia suaderet: dictus C. cognitionem quæ, &c. impedire, ad cancellariam nostram accedens, prohibitionem nostram de catallis & debitis quæ, &c. procuravit, quo prætextu, &c. præjudicium

cium manifestum, nos nolentes qd' per huiusmodi breve nostrum, cognitio, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet, impediatur : vobis significamus, quod in dicto placito, quatenus de excommunicatione, occasione impedimenti de decimis colligendis & cariandis p loca debita & consueta, agitur, licite pcedere poteritis in curia Christianitatis, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

¶ Rex officiali cur' Cantuar' & ejus commissariis salutem. Ex parte doctorum nobis in Christo abbatis de Lira & conventus ejusdem loci nobis est ostensum, qd' cū ipsi in quodā tuitorio appellationis negotio, quod occasione spoliationis cujusdam annuæ pensionis quinquaginta & trium solidorum & quatuor denariorum de ecclesia de N. & rectore ejusdem qui pro tempore fuerit, pfatis abbati & conventui ut de jure ecclesiæ suæ beatæ Mariæ de Lira in Normanum debitæ, in dicta curia inter præfatos A. & conventum, ac Nicolaū de la Flode personā dictæ ecclesiæ de N. vertebatur, petant coram vobis in curia Christianitatis se ad possessionē percipiendī pensionē p̄dictam, de qua per præfatum Nicolaū fuerant, ut asserunt, spoliari, restitui, & ipsum Nicolaum ad solutionem pensionis illius & arreragiorum ejusdē præfatis abbati & conventui compelli : quidā cognitionem quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, impedire nitentes, asserentesq; præfatum abbatem ipsum Nicol' traxisse in placitū corā vobis, &c. vel matrimonio : quandā prohibitionem nostrā ad suggestionē huiusmodi nomine nostro impetratā vobis dirigi procurarūt, quo p̄textu, &c. & adhuc differtis : super quo iidem abbas & conventus nobis supplicaverūt, ut eis subvenire velimus remedio opportuno. Nos nolentes cognitionem, quæ ad forum eccle' pertinet, per huiusmodi brevia nostra de p̄hibitione aliquo modo impediri : vobis significamus qd' in negotio p̄dicto, quatenus de spoliatione seu subtractione pensionis p̄dictæ corā vobis agitur, in curia Christianitatis ulterius pcedere poteritis, prout ad forū eccle' pertinere noveritis, dicta p̄hibitione nostra non obstante. T. an. vii.

Consultatio ad procedendū in causa de subtractione pensionis.

¶ Rex officiali, &c. salutem. Mōstravit nobis dilectus nobis in Christo magister hospitalis sancti Joh. juxta W. qd' cum ipse petat corā nobis in curia Christianitatis versus W. personam ecclesiæ de H. quæ est de advocacione dicti magistri, quandam pensionē annuam quadraginta solidorum dicto hospitali debitā de jure, à tēpore cujus contrarii memoria non existit : quidā tamen malevoli cognitionem, quæ ad forum eccle' pertinet in hac parte, impedire nitentes, asserentesq; placitum p̄dictum in curia Christianitatis esse de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, quoddam breve nostrum de p̄hibitione nomine nostro in cancellaria nostra impetrarunt, & vobis, ne huiusmodi placitū de catallis & debitis in curia Christianitatis teneretis, liberarūt, p̄textu cujus vos in dicto placito de p̄sione prædicta superse-distis : su p̄ quo dictus magister nobis supplicavit sibi remedium adhiberi. Et quia nolum' qd' p̄ huiusmodi brevia nostra cognitio quæ ad forū eccle' ptinet, indebite impediatur : vobis significamus, qd' si p̄dictū placitū coram vobis sit de huiusmodi p̄sione de eccle' p̄dicta hospitali p̄dicto

Item de annua pensione.

Consultationes.

prædicto de jure & de antiquo debita, ut prædictum est, tunc non obstante prohibitione nostra prædicta, ulterius in præmissis facere poteritis, qd' ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere. T. &c.

Consultatio de
spoliatione
decimarum.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Monstravit nobis prior & conventus ecclesiæ de T. quòd cum ipsi implacitent coram vobis in curia Christianitatis Thomam personam ecclesiæ de E. dictæ dioc', de eo quòd ipse præfatos Priorem & conventum de quibusdam decimis de certis terris & locis de dominico, quod quondam fuit A. inter villam de E. & quoddam brachium maris La pole nuncupatum pvenientibus, quas quidem decimas iidem Prior & conventus & omnes prædecessores sui nomine suo & dictæ ecclesiæ de T. à tempore & per tempus pacifice habere & percipere consueverunt ut dicunt, spoliaverat, petendo restitutionem decimarum earundem per vos sibi adjudicari, & statum suum & ecclesiæ suæ de T. supradictæ super hoc reformari: quidam pcessum placitum prædicti machinantes impedire, asserentesq; præfatum T. tenere dictam ecclesiã de E. de advocacione sua propria, ipsumq; T. tractum esse coram vobis in curia Christianitatis super advocacione dictæ medietatis: quoddam breve nostrum de prohibitione inde nomine nostro in cancellaria nostra impetrarunt, & vobis, ne hujusmodi placitum de advocacione teneretis in curia Christianitatis, dirigi procurarunt, quo prætextu vos in dicto placito de spoliacione ulterius procedere distulistis, & adhuc differtis, in ipsorum prioris & conventus grave damnum, & ecclesiæ suæ de T. supra dictæ exhæredationis periculum manifestum. Et quia nolumus qd' cognitiones, quæ ad forum ecclesiæ in hujusmodi causis pertinent, per hujusmodi prohibitionem nostram indebite impediatur: vobis significamus qd' in placito prædicto coram vobis in curia Christianitatis, quatenus de spoliacione decimarum prædictarum, necnon de jure patronatus nec de advocacione dictæ medietatis inter partes prædictas agitur, ulterius pcedere, & id qd' ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, facere poteritis, prohibitione nostra non obstante. T. &c.

Consultatio de
decimis lana-
rum.

¶ Rex, Luca personæ ecclesiæ sancti Vigoris de Fulburum salutem. Cum tu nuper ut accepimus, petivisses in curia christianitatis versus Wilhelmum Ace parochianum tuum, decimam lanæ provenientem de centum bidentibus infra parochiam tuam per unum annum depascentibus & cubantibus, tibi & ecclesiæ tuæ prædictæ subtractam: idem W. cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, machinans impedire, asserensq; ipsum per te implacitatum fuisse in curia Christianitatis de catallis & debitis quæ, &c. matrimonio, quandam prohibitionem, ne placitum illud sequereris in curia Christianitatis, tibi dirigi procuravit, quo ptextu tu placitum illud psequi distulisti, in ecclesiæ tuæ prædictæ pjudicium manifestum. Et quia in articulis, p'lati & clero regni nostri p dominum E. nuper regem Angliæ patrem nostrum concessis plenius continetur, qd' in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quando sub istis nominibus pponuntur, prohibitioni regie non est locus: tibi significamus, quòd placitum illud, quatenus de subtractione decimæ prædictæ agitur, licite psequi poteris, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, Roberto de Valens salutem. Cùm tu nuper, ut accepimus, coram decano & capitulo beati Petri Eborum, quinquaginta & quinque libras & viginti & duos denarios, ad quos defectus reperti in cancella, libris, & aliis ornamentis ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum, necnon in maneriis, domibus, & aliis ad ecclesiam præd' & portionem ejusdem tangentibus, de tempore quo magister Robertus de Pykering nuper decanus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum ecclesiam prædictam habuit, taxantur, sicut per inquisitionem ad mandatum ipsorum decani & capituli inde factam, plenius ut dicitur, poterit apparere, quæ quidem ecclesia cum suis portionibus ad te tanquã ad antiquiorem canonicum dictæ ecclesiæ Eborum juxta consuetudinem ejusdem jam devenit ut dicitur, versus executores testamenti ejusdem decani nomine eorundem defectuum petivisses: iidem executores, &c. (ut in communi consultatione) quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum illud sequeris in curia Christianitatis, tibi dirigi procurarunt, cujus prætextu tu negotium illud versus eosdem executores ulterius psequi distulisti. Et quia cognitionem, &c. impediri: tibi significamus quod negotium prædictum versus eosdem executores quatenus pecunia illa occasione hujusmodi defectuum petitur, licite psequi poteris in curia Christianitatis, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendum quia pecunia petitur ratione defectuum in rectoria rectorum.

¶ Rex, offic' &c. salutem. Monstravit W. de la Blount psona ecclesiæ de P. quòd cùm ipse nuper petivisset coram vobis in curia Christianitatis Edwardum executorè testamenti Johannis Golde ultimi rectoris ecclesiæ præd' in quindecim libris p defectibus in cancella, libris, & ornamentis ecclesiæ præd', ac in ædificiis & manso rectoriæ ejusdem repertis, post mortem ejusdem Johannis legitime taxatis condemnari: idem E. cognitionem, quæ, &c. impedire, asserensq; &c. vel matrimonio: quandam prohibitionem nostram, &c. & gravamen. Et quia nolumus, &c. vobis significamus quòd in causa illa quatenus de damnis pro defectibus hujusmodi taxatis coram vobis agitur, ulterius licite pcedere poteritis, put ad forum ecclesiasticum noveritis ptinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Item consultatio de defectibus in rectoria repertis

¶ Rex, &c. Monstravit nobis R. de Onedon' vicarius ecclesiæ de E. quòd cùm ipse petat, &c. versus A. & B. executores testamenti Simonis de Eldelington nuper Parochiani ecclesiæ prædictæ, decimam lanæ provenientem de quater viginti bidentibus, quæ fuerunt ipsius Simonis, infra Parochiam prædictam per medietatem unius anni depascentibus & decubantibus, quam quidem decimam idem S. dum vixit eidem R. detinuit, & iidem executores ei adhuc detinent: præfati executores cognitionem quæ, &c. (ut in illa consultatione de decimis, &c.)

Consultatio ad procedendum quia petitur decima lanæ de bidentibus in parochia p medietatem unius anni depascentibus.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Monstravit nobis R. psona ecclesiæ de D. quòd cùm ipse nuper implacitaverit corã vobis in curia Christianitatis A. E. & C. Parochianos suos, de decima vitulorum, lanarum, & lacticiniorum proveniente, de quater viginti animalibus depascentibus in quadam pastura vocata C. infra limites Parochiæ prædictæ singulis annis à festo

Item consultatio de decimis vitulorum, lanarum, & lacticiniorum, ovium occisarum & morientium, & mellis & cere aplum,

Consultationes.

a festo sanctæ Trinitatis usque ad festum sancti Petri quod dicitur ad vincula, & de decima lanæ provenientis de ovibus eorundem parochianorum infra eandem parochiam occisis & morientibus a festo sancti Michaelis usque ad festum Paschæ singulis annis, & de decima mellis & ceræ provenientium de apibus & alveis apium infra limites parochiæ supradictæ a tempore cujus contrarii memoria non existit, in eadem parochia usitatis: iidem parochiani cognitionem quæ, &c. de laico feodo ipsorum A.E. & C. in D. quandam prohibitionem, &c. Et quia in articulis, &c. non est locus, etiam si propter detentionem illorum diutina ad æstimationem eorum pecuniariam perveniatur: vobis significamus quòd in causa prædicta, si de decima, ut præmittitur, agatur, ulterius licite procedere poteritis, prout, &c.

Consultatio de legatis & de decimis.

¶ Rex, offic' salutē. Monstravit nobis, &c. quòd cum ipse, &c. Christianitatis versus G. & H. executores testamenti W. decem solidos, quos idem W. in testamento sua fabricæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de B. legavit, ut dicitur, & duo quarteria bladi de decimatione duorum molédinorū quæ fuerunt ipsius W. anno tali pvenientia: prædicti executores processum placiti illius coram vobis inchoati impedire fraudulenter machinantes, asserentesque placitum illud, &c. in ipsius A. & ecclesiæ suæ præd' dispendium & jacturam. Et quia placita de catallis & debitis quæ sunt de testamento & matrimonio ad forū ecclesiæ specialiter dignoscimus pertinere, ac etiā in articulis clero regni nostri, &c. concessis continetur, quod in causis de decimis, quando sub isto nomine pponuntur, prohibitioni nostræ non est locus: vobis significamus, quod in placito prædicto, quatenus de legatis & decimis hujusmodi coram vobis agitur, in curia Christianitatis procedere, &c.

Item consultatio de decimis.

¶ Rex, tali judici salutem. Monstravit nobis, &c. quòd cum ipse nup petivisset coram vobis, &c. versus H. parochianum ecclesiæ prædictæ, quasdam decimas fabarum & avenarum, pvenientes de aliquibus locis infra limites parochiæ prædictæ ecclesiæ existentibus, quas quidem decimas idem vicarius & prædecessores sui vicarii ecclesiæ præd' a tempore quo memoria non existat semper hactenus percipere & habere consueverunt: idem H. cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte, machinans impedire, asserensq; placitum, &c. (ut in brevi de diffamatione usq; ibi) & adhuc differtis, in ipsius vicarii dispendium & ecclesiæ suæ præd' exhæredationis periculum manifestum. Et quia in articulis, &c. continetur, quòd in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quando sub istis nominibus pponuntur, prohibitioni regis non est locus: vobis significamus quod in placito præd' si mere de decimis agatur, & decimæ illæ quartam partem ecclesiæ prædictæ non attingant, tunc non obstante prohibitione nostra prædicta ulterius facere poteritis, quod secundum forum ecclesiasticum ac formam articulorum prædictorum fore videritis faciend'. T. &c.

Consultatio de mortuario.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Ex parte R. psonæ ecclesiæ de S. nobis est ostensum, ut cum ipse nup petierit, &c. versus I. & W. executores testamenti H. nup defuncti, secundū melius animal quod fuit ejusdem H.
nuper

nuper Parochiani dictæ ecclesiæ nomine mortuarii ecclesiæ suæ prædictæ debiti: præfati executores cogn' &c. periculū manifestū. Et quia in articulis, &c. ut supra, &c.

¶ Rex, officiali episcopi Cicestr' & ejus commissario salutē. Monstravit, &c. I. persona ecclesiæ de T. quod cum ipse petivisset, &c. versus Nicolaum Vilers dominum manerii de B. Parochianum ecclesiæ suæ præd', decimas de pannagio de bosco suo & de sylva sua cædua infra dictam Parochiam renovata & excisa, infra Parochiam ecclesiæ præd' situato provenientes, & de pullanis pvenientibus de equitio suo, necnon de butyro, caseo & lacticio tempore hyemali sibi & ecclesiæ suæ prædictæ debitas, & p præfatum Nicolaum p quinque annos præteritos injuste detentas: idem Nicolaus cognitionem, quæ, &c. de laico feodo ipsius Nicolai in N. &c. & gravamen. Et quia in articulis, &c. (ut in communi consultatione de decimis, &c.)

Consultatio de pannagio de pullanis, butyro, caseo & lacticio.

* Herlaston. Concordatum fuit coram consilio Regis in Parlamento apud Sarum, quod consultationes fieri debent de sylva cædua, eo non obstante quod non renovatur per annum. Et super hoc facta fuit quædam consultatio pro Abbate de Notley de sylva cædua, &c.

Nota.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Monstravit nobis A. quod cum ipsa implacitasset coram vobis in curia Christianitatis L. de eo quod ipsa præfatam A. apud bonos & graves, penes quos prius non extiterat diffamata, maliciose & odii causa diffamavit, crimen falsi & adulterii eidem A. imponendo, per quod in excommunicationis sententiâ incidit ipso facto: eodem L. cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, machinans impedire, asserensq; placitum illud in curia Christianitatis esse de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, quandam prohibitionem nostram, ne hujusmodi placitum in curia Christianitatis teneretis, vobis porrexit, cujus prætextu vos in causa illa hucusq; pcedere distulistis & adhuc differtis, in status ipsius A. scandalum & læsionem libertatis ecclesiasticæ manifestâ. Et quia in articulis, &c. continetur, quod in causis diffamationis, de quibus agitur ad pœnam canonicam imponendam, licite corrigant prælati, prohibitione nostra non obstante: vobis significamus quod si in dicta causa de diffamatione ad pœnam canonicam imponendam agatur: tunc ulterius licite facere poteritis, quod ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, prohibitione nostra non obstante, &c.

Consultatio de diffamatione.

¶ Oportet omnino quod specialis materia diffamationis semper expresseatur in libello, aliter non fiet nec conceditur consultatio inde. **Regula.**

¶ Rex, offic' &c. salutē. Monstravit nobis S. quod cum ipse implacitasset, &c. W. de eo qd' ipse à præfato S. pro mutuo quinque librarū eidē S. facto, exegisset & recepisset ab eodem S. ultra sortem dictæ summæ, triginta summas parvi salis precii cujuslibet summæ tanti, usurariam pravitatem publice committendo, petivissetq; dictum W. usurarium publice declarari, & ratione dicti criminis puniri: idem W. hujusmodi cognitionem vestram ac animæ suæ correctionem in hac parte nitens p viribus impedire, quandā prohibitionē de catallis &c. Et quia

Consultatio de usura.

Consultationes.

in articulis, &c. continetur, quod si Prælati imponant alicui pœnitentiam pro peccato, prohibitioni nostræ non est locus : vobis significamus quod ad correctionem animæ præfati S. in hac parte, dum tamen nihil aliud attentetis quod cedat in læsionem dignitatis nostræ, in curia Christianitatis procedere poteritis, prohibitione nostra prædicta non obstante, &c.

Consultatio de transgressione facta capellano vel alio clerico.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Ex parte A. de B. nobis est ostensum, quod cum ipse coram vobis in curia Christianitatis petat C. de D. in majoris excommunicationis sententiam à canone latam incidisse, & excommunicatum fuisse, & per vos sententialiter & definitive pronuntiari & declarari, & p̄ excommunicato publice nuntiari, pro eo quod in ipsum A. sciens ipsum esse presbyterum & in possessione præbyteratus existentem, manus injecit temere violentas: ac præfatus C. processum causæ prædictæ coram vobis sic inchoatæ impedire seu penitus enervare nup̄ machinans fraudulenter, breve nostrum de prohibitione, vobis ne placitum illud teneretis in curia Christianitatis, dirigi procuravit, cujus brevis prætextu vos in causa illa jam diu p̄cedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius A. grave dispendium & libertatis ecclesiæ læsionem manifestam. Et quia in articulis, &c. continetur, quod si quis manus violentas injecerit in clericum, p̄ violata pace, debet emenda fieri coram nobis; p̄ excommunicatione verò, coram prælato, ut imponatur pœnitentia corporalis: vobis significamus quod si in causa prædicta, non de violata pace nostra, sed de excommunicatione ad correctionem animæ tantummodo, agatur, tunc ulterius in eadem, non obstante prohibitione nostra prædicta, facere poteritis, quod secundum forum ecclesiæ & de jure fore videritis faciendum. T. &c.

Aliter de eodē ¶ Mōstravit nobis A. quod cum ipse nuper implacitaverit B. coram vobis, &c. de eo quod idem B. in ipsum A. sciens ipsum esse capellanum &c. violentas, &c. per quod in sententiam excommunicationis damnabiliter incidit ipso facto: idem B. prosecutionem ipsius A. in hac parte machinans impedire, breve nostrum de prohibitione, &c. Et quia &c. vobis significamus quod si in causa prædicta coram vobis pro excommunicatione tantummodo agatur, ut imponatur pœnitentia corporalis, tunc in eadem causa ulterius procedere poteritis, prout ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio de decimis super indicavit.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Cum nup̄ ad p̄secutionem prioris de P. nobis suggerentis, quod cum ipse petat coram vobis in curia Christianitatis duas partes decimarum garbarum p̄venientium de dominicis existentibus de feodis de L. versus Adam personam ecclesiæ de C. quas quidem decimas idem Prior & prædecessores sui ab antiquo p̄cipere consueverunt, & de quibus p̄ Adam nup̄ personam ejusdem ecclesiæ extitit spoliatus ut dicitur, idem Adam volens cognitionem vestram in hac parte declinare, suggestit in cancelli nostra quod ipse dictam ecclesiam tenuit de advocacione R. filii & hæredis W. infra ætatem & in custodia nostra existentis, & quod præfatus Prior clamans quartam partem dictæ ecclesiæ de advo-

de advocacione sua propria traxit eum inde in placitum corā vobis in curia Christianitatis, ad suggestionem hujusmodi breve nostrū de prohibitione vobis, ne placitum illud teneretis in curia Christianitatis donec discussum esset in curia nostra, utrum ad nos ratione custodiæ hæredis prædicti, an ad prædict' Priorem pertineret ejusdem quartæ partis advocatio, maliciose dirigi procuravit, cujus quidem brevis prætextu licet portio decimarum petitarum ad decimā partem æstimationis ecclesiæ prædictæ se non extendat, vos in placito prædicto procedere distulistis: mandaverimus venerabili patri Lincoln' Episcopo quod nos p literas suas patentes tam de valore ecclesiæ prædictæ juxta taxationem decimæ jam currentis, quam de valore decimarum petitarū ut prædict' est habita, super hoc pleniore informatione distincte & aperte redderet certiores, ac idem episcopus nobis jam per literas suas patentes significaverit, quod dicta ecclesia, deducta portione decimarum petitarum, quam prædictus Prior percipere consuevit ad decem marcas, & dicta portio ad unam marcam duntaxat secundum taxationē ultimam sunt taxatæ: nos nolētes jurisdictionem ecclesiæ per hujusmodi brevia per falsam suggestionem impetrata impediri: vobis significamus quod si de spoliacione decimarum prædictarum inter partes prædictas agatur ut prædict' est, tunc propter breve nostrum prædict' de prohibitione non omittatis, quin in prædicto placito spoliacionis, put ad forū ecclesiasticū p̄tinet, p̄cedatis ad justitiam p̄tibus inde faciendā. T.

¶ Rex, Episcopo Hereford' & ejus cōmissar' salutem. Monstravit nobis Thomas de Brympton persona de Eyton, quod cum vos autoritate quarundam literarum Apostolicarum, ad instanciam ejusdem personæ, vocari feceritis coram vobis Abbatissam de P. ad ostendendum quare quædam ordinatio per Rogerum nuper Coventr' & Lich' Episcopum facta, quod quilibet rector futurus ecclesiæ prædictæ p̄ tempore suo, duas partes reddituum & proventuum dictæ ecclesiæ nomine pensionis annuæ præfatæ abbatissæ & conventui ejusdem loci solveret, & super hoc antiquam possessionem dictæ ecclesiæ consequeretur, sacramentum corporaliter præstaret, de solutione dictæ pensionis faciend', tanquam iniqua & minus rationabiliter facta revocari nō debeat: eadē abbatissa cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet, &c. de laico feodo suo in Eyton, &c. procuravit, quo prætextu vos in dicto negotio de ordinatione illa adnullanda hucusque procedere, &c. gravamen. Et quia cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, p̄ hujusmodi breve nostrum nolumus aliquo modo impediri: vobis significamus quod in negotio prædicto, quatenus de adnullatione ordinationis prædictæ, & non de laico feodo ipsius abbatissæ coram vobis in curia Christianitatis agitur, p̄cedere & ulterius facere poteritis, quod ad forū ecclesiæ noveritis p̄tinere, prohibitione nostra prædict' nō obstāte. T. &c.

Consultatio ad p̄cedēdum in causa adnullationis cujusdā annuæ pensionis de duabus p̄tibus p̄ventuum ecclesiæ.

¶ Rex Archidiacono Norwic' vel ejus offic' aut eorum cōmissar' salutē. Cum vos p̄fate officialis, vulgari fama ad vos proveniente, H. de R. parochianū ecclesiæ omnium Sanctorum de B. in detrimentum honoris

Consultatio ad p̄cedēdū in causa de subtractione oblationum.

Consultationes.

& cōmodi ecclesiæ suæ Parochialis p̄dict', oblationes diebus oblationū, videlicet Paschæ, Nativitatis dñi, & omniū sanctorū, quibus singuli Parochiani dictæ ecclesiæ oblationes facere tenentur, injustè subtraxisse, ppriòq; suo sacerdoti juxta canonicas sanctiones peccata sua cōfiteri non curasse, & viaticū qd' à singulis catholicis semel in anno recipi debet cessate legitimo impedimēto, p̄ multos annos recipere recusasse, in p̄nciosum exemplū aliorū, ipsū ex officio vestro coram vobis ex causis p̄missis evocari feceritis, ad p̄cedēdū cōtra eum ad p̄cā corporālē sibi p̄ correctione animæ suæ in hac p̄te infligēdā, p̄ inde p̄ canonicas institutiones statutū est & definitū: p̄dict' H. machinās cognitionem, &c. (usq; ibi,) læsionem manifestā ut accepimus. Et quia nolumus quòd cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum p̄tinēt, p̄ hujusmodi brevia nostra indebite impediatur: vobis significamus qd' in dicto placito sic corā vobis ex officio vestro modo p̄cedere, & ulterius licite facere poteritis in curiā Christianitatis, quod ad vos & ad forum ecclesiasticū noveritis p̄tinere, p̄hibitione nostra p̄dict', vobis, ut p̄mittitur, directā non obstāte. T. &c.

Consultatio ad p̄cedēdū in causa subtractionis cujusdā libræ ceræ ecclesiæ ab antiquo debitorum quodam tenemento.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Mōstraverunt nobis R. & S. custodes bonorum & reddituum ecclesiæ de W. quòd cū custodes ejusdē ecclesiæ qui p̄ tempore fuerint, à tempore cujus contrarii memoria non existit, p̄cepissent. & p̄cipere consuevissent singulis annis ad terminum sancti Michaelis, unā librā ceræ de quodā tenemento in dicta villa de W. ad sustentationem unius ceræ corā cruce in eadem ecclesia quousq; D. de M. nunc tenens tenementum p̄dictum, dictā ceream sic annuatim debitam & solutā subtraxit & solvere recusavit, sic dictam ecclesiā à sua possessione spoliādo: petentes dictā ecclesiā ad possessionē suā p̄dict' restitui, ipsamq; D. ad solutionem decem librarum ceræ p̄ ipsam subtractionem cōdemnari & cōpelli cum effectu: dicta D. cognitionem vestrā in hac p̄te, &c. manifestam. Et quia nolumus qd' juri ecclesiæ seu cognitioni, quæ ad forū ecclesiasticū p̄tinet, derogetur: vobis significamus, quòd in placito p̄dict' quatenus de restitutione possessionis in qua ecclesia p̄dict' existit, à tempore cujus cōtrarii memoria non existit, coram vobis agitur, p̄cedere poteritis, & ulterius facere quod, &c. p̄hibitione nostra, &c.

Consultatio in causa remissionis unā cum expensis levādis.

¶ Rex, officiali, &c. salutem. Monstravit nobis Joanna de P. quod cū R. ipsam I. nuper implacitaverit coram vobis in curia Christianitatis, de eo quod eadē I. ipsū R. apud bonos & graves penes quos prius non existit diffamatus, diffamavit, in qua quidem causa eadē I. ad instantiā p̄dict' R. coram vobis sentēcialiter fuit absoluta, eadēmq; causa p̄ appellationem ejusdem R. ad curiam Cantuar' postmodū fuit devoluta, & sententia per vos lata ibidem confirmata: dictūsq; R. ad vos remissus & pro injusta fatigatione ipsius I. in octo solidis condemnatus, executiōque dictæ sententiæ autoritate ejusdem curiæ vobis demandata fuerit faciendā: idem R. executionem ejusdem sententiæ machinans impedire, suggerēsq; &c. cujus p̄textu vos executioni dictæ sententiæ confirmatoriæ faciendæ hucusq; supersedistis &

& adhuc su p̄federis, in ipsius, &c. manifestā. Nos attēdētes cognitionē causæ principalis ad forū ecclesiasticū p̄tinere, nolentēsq; ea de causa executionē dictæ sentētiæ, quæ est loquela ejusdem causæ, p̄ hujusmodi brevia nostra impediri; vobis significamus qd' executionē ejusdē summæ, quatenus levationem expensarum ejusdem. I. in dicta causa appellationis p̄ injusta fatigatione ejusdē R. adjudicatarū, & nō alia catala vel debita cōcernit, exequi, & ulterius facere poteritis, qd' ad forū ecclesiasticū noveritis p̄tinere, &c.

☐ Rex, officiali, &c. salutem. Ex p̄te I. S. & G. Parochianorū ecclesiæ de D. nobis est ostensum, qd' cum nuper compertum est in visitatione dicti episcopi, quod cū magister W. dudū rector ipsius ecclesiæ duas capas de serico dictæ ecclesiæ assignaverat, ac postmodum G. de H. executor testamenti dicti magistri W. languens in extremis in testamento suo voluerit, ordinaverit, & injunxerit Rogero de H. & R. executoribus dicti testamenti sui, ut dictas capas quas diu indebite detinuerat, seu valorem earundē præfatæ ecclesiæ restituerent, vos præfatos R. & R. pro eo quod dictas capas vel valorem earundem sic restituere nō curarunt, ex officio ad promotionem dictorum Parochianorum traxeritis in placitum in curia Christianitatis corā vobis: iidē R. & R. machinātes cognitionem quæ ad forū ecclesiasticum, pertinet in hac parte, impedire, prohibitionem, &c. in jurisdictionis ecclesiasticæ depressionem, & ipsius ecclesiæ ac Parochianorum prædictorum præjudicium manifestum. Nos jurisdictionem ecclesiasticā nolentes indebite impediri: vobis significamus, quod si contra dictos executores de dictis captis juxta voluntatem dicti defuncti, eccl' præfatæ, ut p̄mittitur, restituend' tantummodo agatur coram vobis, tunc in placito illo licite p̄cedere, &c. prohibitionem, &c. non obstante. T. &c.

Consultatio ad p̄cedendū in causa subtractionis duarū caparū ecclesiæ legatarum.

☐ Rex, officiali, &c. salutem. Cum vos, ut accepimus, nu p̄ ex officio vestro Thomam de Wolf' de Conventr' citari feceritis coram vobis objicientes eidem quod ipse immemor salutis suæ, in Johannem Priorem de M. & Adam personam ecclesiæ de I. sciens ipsos esse clericos & in possessione, clericatus existentes, & p̄ talibus publice se gerentes, in casu à jure non p̄missio, manus injecit violentas, sentētiā excommunicationis majōris à canone latam ipso facto damnabiliter incurrendo, & p̄cedēs cōtra eum in curia Christianitatis, p̄ correctione animæ suæ in hac p̄te juxta canonicas sanctiones: idem Thomas cognitionem, &c. vobis significamus, quod in dicta causa ex officio vestro quatenus ad pœnam corporalē imponēd', &c.

Consultatio ad procedendū in causa de violenta injectione manuum in clericum.

☐ Rex, officiali archidiaconi Berk. & ejus commissar' salutem. Cum vos ex officio vestro ut accepimus G. Okle Parochiano ecclesiæ de D. objeceritis, quod cum venerabilis Pater R. Episcopus Sarum, & dilectus clericus noster E. de la Boch' archidiaconus archidiaconatus prædicti habere & percipere debeant, ipsiq; & prædecessores sui episcopi & archidiaconi locorum prædictorum à tempore & p̄ tempus, cujus contrarii memoria nō existit, habere & percipere consueverint, omnes fructus & p̄ventus quorūcunq; beneficiorū in archidiaconatu prædicto

Consultatio ad procedendū in causa decimarū tēpore vacatiōis ecclesiæ subtractarum.

Consultationes.

vacantium, durante vacatione eorundem, deniq; B. propriis temeritate & audacia, decimas & oblationes proprias ecclesie predictae per ipsum debitas, & quas predictus episcopus & archidiaconus de eadem ecclesia nup vacante per mortem R. de O. ultimi rectoris ejusdem percipere & habere deberent subtraxit, & eas solvere recusavit minus juste, in animae suae periculum aliorumq; exemplum perniciosum, vobisq; contra eundem G. ad correctionem animae suae in praemissis procedere statuere & facere volueritis quod justum foret & animae suae salutem expediens, juxta canonicas sanctiones: predictus G. cognitionem vestram & animae suae correctionem in hac parte fatagens declinare, ac suggerens in cancellaria nostra ipsum tractum fuisse in placitum in curia Christianitatis de cattallis & debitis, &c. procuravit, quo preterito, &c. differtis, in animae ipsius G. grave periculum & laesionem libertatis ecclesiasticae manifestam. Et quia in articulis, &c. quod in decimis, oblationibus, &c. non est locus: vobis significamus quod in causa predicta, quatenus de subtractione hujusmodi decimarum coram vobis tantummodo agitur, & sub isto nomine proponitur in curia Christianitatis, procedere & facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione, &c. non obstante, &c. T. anno 13.

De procedendo
ad penam interdicti.

¶ Rex, dilectis sibi magistro W. de S. & R. de B. salutem. Ex parte vestra nobis est ostensum, quod cum religiosi viri Prior de L. & ejusdem loci conventus, domum suam, ipsosq; Priorem & Conventum & successores suos & bona sua licite & effectualiter nuper obligassent, ad inveniendum quatuor capellanos idoneos in capella sanctae Trinitatis de H. singulis diebus pro animabus talis & talis perpetuum celebratur sumptibus & expensis religiosorum praedictorum, prout in quadam ordinatione super hoc rite & canonice facta plenius dicitur contineri, iidemq; religiosi ad praemissa observanda diversis poenis & censuris se astrinxissent, & potissime quod quoadocumq; dicta cataria quatuor capellanorum in toto vel in parte foret subtracta, extunc liceret decano ecclesiae Cathedralis Sarum vel ejus officio qui pro tempore foret, hoc quantumcumq; summarie cognitio, ecclesiam dictorum religiosorum de L. ecclesiastico supponere interdicto, & eam sub interdicto hujusmodi sic tenere, quousq; demissis sic subtractis fuisset plenarie satisfactum: ac officio predicti decani, predictos religiosos, eo quod contrariam predictam pro maiore parte ejusdem a tempore non modico subtraxerant minus juste, nec ibidem quatuor capellanos idoneos prout juxta formam ordinationis predictae tenebantur, invenire non curabant, prout in dictis partibus, manifestum est seu notorium, & etiam dicto officiali summaria facta fides super praemissis tanquam manifestis seu notoriis contra dictos religiosos, procedere intendisset, ex officio suo statuere & definire, prout sibi incubebat juxta tenorem ordinationis praedictae & canonicis conveniebat institutis: praefatus Prior executionem ordinationis praedictae, ac cognitionem predicti officialis & prosecutionem vestram in hac parte callide machinans impedire, quandam prohibitionem nostram, ne placitum illud sequeremini in curia Christianitatis, fieri, & eam vobis porrigi procuravit, quo

quo p̄textu, vos negotiū illud ulteriùs p̄sequi distulistis & adhuc differ-
tis; in cultus divini diminutionē, dictaq; cantariæ & ordinationis ac p̄-
secutionis p̄dict' enervationē manifestā. Et quia cognitionem, quæ ad
forū ecclesiasticū p̄tinet in hac p̄te, p̄ hujusmodi callidas machinationes
nolumus impediri: vobis significamus, qd' placitum p̄d' quatenus ad
p̄enā interdicti cæterasq; p̄enas canonicas in dicta ordinationē cōtētas,
& subtractionē cātarix p̄dict' cōcernētes, juxta formā ordinationis ejus-
dē ritē imponend' agitur, licitè, p̄cedere poteritis, & facere qd' ad forum
ecclesiasticū p̄tinet in hac p̄te. T. & c.

¶ Rex, magistro I. de P. salutem. Ex parte tua nobis est ostensum, qd'
licet dominus Benedictus Papa 12. tibi sub forma qua p̄ pauperibus
clericis beneficiand' sedes Apostolica scribere consuevit, de beneficio
ecclesiastico cū cura vel sine cura, ad collationem vel p̄visionem vene-
rabilis Patris Heref. Episcopi spectante gratiam cōcessisset, certis exe-
cutoribus seu executore sub certa forma deputatis seu deputato, ac
subsequēter executor sex executores p̄d' juxta vim & effectum gratiæ
supradictæ servato processu canonice ad reservandum inhibitionem &
decretū ut moris est rite & canonice processissent, ac subsequenter ec-
clēsiā Parochialem de H. dictæ diocesis per mortem magistri E.
ultimi rectoris ejusdem vacantem, & ad collationem dicti episcopi
spectantem, & sub gratia tua cadentem, debite acceptasses, adeo qd'
dicta ecclesia alteri quàm tibi, cui ecclesia ipsa duntaxat virtute præ-
missorum debeat, postmodum conferri non potuit quovis modo;
seu provideri de eadem, cui etiam iidem executores seu executor dic-
tam ecclesiam post hujusmodi acceptationem canonice conferri
fecerunt seu fecit, tibiq; p̄videri de eadem: quidā tamē R. de B. & W.
de C. canonici eccle' Cathedralis Hereford' p̄fato episcopo in remotis
agente, & se generales vicarios p̄tendentes, post p̄missa omnia & sin-
gula, & p̄cipue post reservationem, inhibitionem, decretū & accepta-
tionem p̄dictas, quæ ipsos similiter non latebant Rob. de F. ad ecclesi-
am de H. p̄dictam admiserunt de facto, ipsumq; Rob. rectorem institu-
erunt, instituiq; & in corporalem possessionem ipsius induci, quin veri-
us, intrudi, fecerunt, in tui damnum non modicum & gravamen, à quo
quidem gravamine, ad curiam Cantuar' legitime extitit ut dicitur ap-
pellatum: & super hoc corā curiæ Cantuar' p̄sidente petitum, quod
probatis seu detectis hiis vel eorum aliquo quæ vel qd' tibi seu p̄cu-
ratori tuo in hac parte sufficere debeat aut debeat in p̄missis p̄ap-
pellatione p̄dicta & ejus causis seu causa ipsamq; appellationem ju-
stam fuisse & esse, necnon pro jurisdictione curiæ Cantuar' per ipsum
judicem p̄sidentem pronuntiari, dictasq; admissionem, institutionem,
& inductionem, quatenus de facto processerunt, necnon omnia & sin-
gula gravamina post & cōtra appellationem in hac parte interpositam
qualitercunq; illata, & in tui præjudicium temere attentata, revoca-
ri, cassari, irritari, adnullari, cassa, cassum, irrita, irritum, nullaque, nul-
lum pronuntiari, viribusq; omnino carere, debere, decerni, dictumq;
R. de F. & quemcunq; alium dictæ ecclesiæ de H. illicitum detento-

Consultatio su-
p̄ judicavit ita
qd' non aga-
tur de advo-
catione eccles-

rem

Consultationes.

rem ab eadem amoveri, tibiq; super omnibus & singulis justitiam fieri, ac te in corporalem possessionem dictæ ecclesiæ ac jurium & pertinentium ejusdem per eum, ad quem de jure vel de consuetudine pertinet, servato tamen juris ordine quæ in hac parte requiritur, inducendum fore, decerni, & cum effectu induci, & inductum in eadē teneri pariter & defendi, ulteriusq; fieri statuti & decerni in pmissis & ea cōtingētibus qd' fuerit justum, & secundum qd' hujusmodi negotii qualitas & natura exigit & requirit: p̄fatus R. de F. cognitionem, quæ ad forū ecclesiasticum pertinet in hac parte, callidè machinans impedire, asserēsq; in cancellaria nostra, ipsum ecclesiā p̄dictam de advocacione W. de O. tenere, tēq; clamantē eam de advocacione p̄dicti episcopi, trahere eundem R. inde in placitum in curia christianitatis, quandā prohibitionem nostram, quæ dicitur Indicavit, sub nomine dictæ W. in eadem cancellaria nostra, ne placitum illud sequeris in curia Christianitatis, impetrari, & tibi porrigi procuravit, quo pretextu, &c. manifestam. Et quia cognitiones quæ ad forum, &c. impediri: tibi significamus, qd' placitum illud, quatenus ad pronunciationem justitiæ, appellationis tuæ p̄dict. ac jurisdictionis curiæ Cantuar', necnon quatenus ad admissionem tuam ad ecclesiam p̄dictam & inductionem in eadē, ac revocationem, cassationem, irritationem, & annullationem gravaminum sic attentatorum, & amotionem p̄dicti R. ab eadem rite agitur, licite prosequi & ulterius facere poteris, quod ad forū ecclesiasticum in hac parte noscitur pertinere, prohibitione nostra non obstante: dum tamen de advocacione p̄dict' ecclesiæ non agatur. T. apud B. Anno 14. Ed. 3.

Consultatio p̄
fratribus quod
ipsi possint
habere sepul-
turas & audi-
re cōfessiones.

¶ Rex venerabili, &c. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo Gardianus fratrum ordinis minorū de Salop, qd' cum ipse magistrum Thomam de B. clericū W. & I. de eo qd' iidem T. W. & I. ipsum Gardianū & cōfratres suos, quo minus ipsi juxta privilegia sibi per sedē Apostolicam concessa, homines in ultima voluntate sua eligentes apud eosdē fratres ecclesiasticam sepulturam admittere & confessiones hominum ejusdem fratribus qui ad loci diocesanū sunt p̄sentati, & per ipsum ad hujusmodi cōfessiones audiendas admissi, confiteri volentium, audire possint, impediunt, & hominibus partium illarum, ne p̄fatis fratribus confiteantur, nec eis charitativa subsidia largiantur, maliciose inhibent, & dicta privilegia sua taliter infringere satagunt, coram vobis implacitet in curia Christianitatis: p̄dict', &c. machinātes impedire, asserentesq; &c. super quibusdam transgressionibus contra pacem nostram factis traxisse in placitum, &c. gravamen. Et quia cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum, &c. vobis significamus quod si placitum coram vobis sic inchoatum de sepultura ac cōfessionibus & largitionibus charitativis hujusmodi, & non de transgressionibus cōtra pacem nostrā factis coram vobis agatur; tunc ulterius in placito illo licite p̄cedere & facere poteritis, qd' ad forum, &c. non obstante. T. apud Wyndfore. 20 die Augusti, anno 13. Ed. 3.

¶ Rex officiali curiæ Cātuar' & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis

nobis Johannes Lench', quòd cùm ipse nuper matrimonium cum I. legitime contraxisset, ac illud in facie ecclesiæ solemnizari fecisset, & iidem Joannes & I. ut vir & uxor adinvicem habitassent, seq; taliter pertractassent deserviētes invicem obsequio conjugali. R. & S. præfatum Johannem in possessione præmissorum ut præmittitur existentem jure & possessione sua spoliarunt, præfatam Isabellam secum detinendo, quominus præfato Johanni viro suo conjugali cōsortio posset adhærere: per quod idem Johannes coram vobis in curia Christianitatis versus præfatos R. & S. diu prosecutus fuisset, petendo dictum matrimonium decerni, dictamq; II. dicto I. restitui conjugali officio adinvicem deservitur: iidem R. & S. prosecutionem ipsius I. in hac parte machinantes impedire, quandam prohibitionem, &c. (usq; ibi) læsionem manifestam. Et quia cognitionem ecclesiasticam per hujusmodi breviam nostram nolumus impediri: vobis significamus qd' in dict' causa, quatenus idem Johannes jam vobis p restitutione præfate Isabellæ uxoris suæ duntaxat psequitur, ulterius pcedere & facere poteritis qd' ad forū ecclesiasticū noveritis ptinere, phibitione nostra prædict' non obstāte. T. custode apud Kenyngton anno 12.

Cōsultatio p viro qd' psequitur p restitutione uxore abductæ.

☞ Rex officiali curiæ Cantuar' & ejus commissar' salutem. Monstraverunt nobis religiosi Prior & Conventus de Ledes, qd' cùm ipsi nomine Monasterii sui fuissent in possessione percipiendi quādam annuam pensionem 40 solidorum à tempore cujus cōtrarii memoria nō existit ab ecclesia de M. Ros. Dioc' & ejusdem Rectoribus qui p tempore fuerāt, ac iidem religiosi in possessione hujusmodi pensionis existentes, ac metuentes ex similibus causis super jure & possessione sua hujusmodi posse grave præjudicium generari, nequis in præjudicium ipsorum religiosorū aut Monasterii sui quicquam attentaret seu faceret attantari, ad sedem apostolicam & pro tuitione curiæ Cantuar' appellassent: quidam tamen magister Hugo de H. persona dictæ ecclesiæ, ipsos religiosos super jure hujusmodi & possessione sua multipliciter inquietat, dictam pensionem toto tempore, quo rector dictæ ecclesiæ extitit, præfatis religiosis subtrahēdo, quo ptextu vos eundem Hugonē corā vobis vocari fecistis in dicto negotio præfatis religiosis respōsur', facturū & recepturū qd' justitia suadebit: dictus Hugo cognitionē vestrā, &c. læsionē manifestā. Et quia cognitioni ecclesiast' in iis quæ ad forū ecclesiast' ptinēt, nolumus derogari, vobis significamus qd' in causa prædict', si dicta pensio tāquā de ecclesia, ecclesiæ, à tēpore cujus cōtrarii memoria nō existit, debita, corā vobis petatur in curia Christianitatis, pcedere poteritis, & ea facere quæ ad forū ecclesiasticū noveritis ptinere, dicta phibitione nostra non obstāte. T. &c.

Cōsultatio de annua pensioe.

☞ Rex tali judici salutem. Ex parte Julianæ de O. nobis est ostens', qd' cum A. de B. implacitasset coram vobis præfatam I. de eo quod ipsa eandem A. apud bonos & graves, &c. diffamavit, crimen, &c. imponendo, à qua quidem diffamatione eadem I. judicialiter est absoluta, propter quod vos 40 solid. eidem I. pro misis & expensis suis in hac parte adjudicastis, & executionem inde fieri demandastis: præfata

Cōsultatio de 40 s. pro misis & expensis in quadam causa adjudicatis.

A. exe-

Consultationes.

A. executionē illam machinans impedire, asserensq; &c. Et quia in articulis, &c. continetur, qd' in causis diffamationis, in quibus agitur ad pœnā corporalē imponendū, licitè corrigant p̄lati, regia prohibitionē non obstantē, & est juri cōsonū, qd', ubi cognitio causæ principalis ad forum ecclesiasticū pertinet, & ejus accessoriū pertinere debeat, vel sic, & est juri consonū, qd', cū attribuitur cognitio in causā principali, eisdem attribui debet executio ejusdem: vobis significamus qd' si p̄dict' xl. solidi p̄fatæ I. pro misis & expensis in causā diffamationis hujusmodi adjudicati fuerint ut est dictum, tunc ad executionem inde faciendū licitè p̄cedere poteritis, p̄t ad forū, &c.

Consultatio de repetitione pecuniæ p̄lato vel læso p̄missæ.

¶ Rex decano, &c. salutem. Monstravit nobis I. capellanus, quod cū ipse nuper traxisset in placitum, &c. G. & R. de eo quod ipsi in p̄fatum I. scientes ipsum esse clericum, & in possessione clericatus notorie existentem, manus injecerunt violentas, p̄ quod in sententiā excommunicationis majoris inciderunt ipso facto, fuissetq; eisdem G. & R. pœnitentia corporalis pro violenta manuū injectione & excommunicatione p̄dictis p̄ judicem suū ordinariū in ea parte imposita, quam iidem R. & G. per certas summas pecuniæ p̄dicto I. p̄missas redimerunt, implaciterq; nunc dictus I. coram vobis in curia Christianitatis p̄dictos G. & R. dictas pecuniæ summas repetens: p̄dicti G. & R. cognitionem, &c. Et quia in articulis, &c. continetur, quod si aliquis manus violentas injecerit in clericum, pro violata pace debet emenda fieri coram nobis: p̄ excommunicatione verò, coram p̄lato, ut imponatur pœnitentia corporalis, quam si reus velit sp̄ote per pecuniam redimere dandam p̄lato vel læso, potest recipi coram p̄lato, nec in talibus locum habet regia prohibitio: vobis significamus qd' in dicto placito de repetitione pecuniæ p̄lato vel læso p̄missæ p̄ redemptione pœnitentiæ corporalis in casu p̄missio impositæ, p̄cedere poteritis dicta p̄hibitione nō obstantē, T.&c.

Consultatio ad p̄cedendū in causā de inhabilitate p̄sonæ.

¶ Rex tali judici salutem. Monstravit nobis Magister W. de Luda, ad ecclesiam de E. Sarum dioc' p̄ M. de N. veram patronam ejusdem p̄sentatus, quod cū ipse implacitet coram vobis in curia Christianitatis W. de B. qui per p̄fatam M. ad ecclesiam p̄dictam nuper p̄sentatus extitit, & possessioni dictæ ecclesiæ incumbit, petens ipsum W. de B. p̄pter varia crimina quæ ipsum inhabilem efficiunt ad dictam ecclesiam retinendū, ab eadem ecclesia sententialiter amoveri & privari, ipsumq; W. de L. ad dictā ecclesiam admitti, & canonicè institui in eadem: dictus W. de B. cognitionē, &c. Et quia nolumus quod per hujusmodi breviam nostrā, cognitiones, quæ ad forū ecclesiasticū p̄tinent, indebite impediuntur: vobis significamus quod si de amotione p̄fati W. de B. ab ecclesia p̄dicti tantummodo p̄ inhabilitate coram vobis agatur, licite p̄cedere, & ea in p̄missis facere poteritis, quæ ad forū, &c. p̄hibitione, &c. T.&c.

Consultatio ad p̄cedendū in causā legati p̄ fratrib' de ordine minorū de Coventre.

¶ Rex tali judici, &c. salutem. Cū vos ut accepimus ad instātiā fratrum de ordine minorū de Covētr' asserētium viginti libras sibi in testamento A. defunctæ legatas esse, & denarios illos eisdem fratribus per

per R. executorem testamēti præd' (ad cuius manus denarii præd' inter cætera bona & catalla quæ fuerunt p̄d' A. devenerūt ad ministrād') contra voluntatē dictæ testatricis fore detentos, p̄fatū R. coram vobis vocari feceritis ad judic', sup̄ quibusdā interrogatoriis dictā administrationē concernentibus responsurū, ac processu sup̄ p̄missis coram vobis inchoato, idē R. machinans cognitionē, quæ ad forum ecclesiasticū in hac parte p̄tinet, ac dictū p̄cessum impedire, asserēsque ipsum R. & R. de G. coram vobis tractos esse de catallis, &c. vel matrimonio, quoddā breve nostrum de p̄hibitione, &c. impetravit, &c. vobis, &c. procuravit, quo prætextu, &c. differtis, in ipsorum fratrum grave damnum & libertatis, &c. manifestum. Et quia p̄ prædictum breve nostrum non prohibetur, quin debita & catalla quæ sunt de testamento vel matrimonio, libere peti possunt in curia Christianitatis: vobis significamus quòd in negotio antedicto, quatenus tangit executionem supradicti legati, si denarii p̄dicti R. nomine executorio devenerint ut prædictum est, ulterius procedere & licite facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra non obstante, T. &c.

¶ Rex, ut supra salutē. Cùm nos nup̄ accipientes, vos ad instantiam fratrum, &c. (usq; ibi) coram vobis fecisse vocari ad iudicium, &c. responsur', ac p̄cessu corā vobis sup̄ præmissis inchoato, eundem R. ad dictum p̄cessum ac cognitionem ad forum ecclesiasticū in hac parte pertinentem impediend', breve nostrum de p̄hibitione sub ipsius R. & R. de G. nomine, ne placitum de catallis & debitis quæ, &c. vel matrimonio, teneritis, impetratum, vobis dirigi procurasse, vosq; huiusmodi prætextu in negotio præd' p̄cedere distulisse, vobis significaverimus qd' in negotio, &c. usq; ibi, non obstante: Jamq; vos in eodem negotio ad instantiam eorundem fratrum ritè p̄cedentes I. N. H. & A. testes in hac parte necessar' ad testimoniū veritati sup̄ injusta detentione legati præd' p̄hibendum, corā vobis citari feceritis: iidem I. N. H. & A. machinantes p̄cessum memoratum fraudulenter impedire, suggerentesq; ipsos de catallis & debitis, &c. vel matrimonio, per vos ex officio tractos fuisse in placitum in curia christianitatis, quoddam breve nostrum de prohibitione inde in Cancellaria nostra impetrarunt, & vobis ne placitum huiusmodi, &c. procurarunt, quo prætextu vos in negotio, &c. grave damnum & executionis testamenti prædicti retardationem, ac libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Nos nolentes executionem causarum ad forum ecclesiæ mere spectantium per huiusmodi brevina nostra impediri: vobis significamus quòd in negotio memorato, quatenus iidem I. N. H. & A. tanquam testes necessarii ad perhibendū testimoniū veritati, quoad injustā & maliciosam detentionē legati prædicti per executorem p̄dictum p̄ executione ejusdem in hac parte obtinenda corā vobis citati fuerint, ulterius p̄cedere & licite facere poteritis, quod ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, p̄hibitione nostra p̄dicta non obstante. T. &c.

¶ Rex venerabili in Christo Patri A. eadem gratia Episcopi Winton' salutem.

De eodem p̄
eisdem.

Consultationes.

Quādo placet
 eit in curia
 christianitatis
 inter duos cle-
 ricos de deci-
 mis & patro-
 nus alterius
 clerici tulerit
 breve Indica-
 vit : tunc alter
 clericus habe-
 at istud breve
 ad inquirendū
 de valore ec-
 clesie & deci-
 marum peti-
 tarum.

salutē. Cum H. psona ecclesie de M. petat coram vobis in cur' Christianitatis versus R. psonā ecclesie de D. decimas garbarū de C. & xx. & una acris terræ in M. infra fines & limites Parochie ipsius H. p'd' existentibus ut asserit pvenientes, asserens decimas illas ad eccl' ipsius H. de M. p'dict' ab antiquo spectasse & de jure pertinere in p'senti, & p'fatus R. cognitionē vestrā in hac parte satagens declinare, asserensq; placitum illud esse corā vobis in cur' Christianitatis de advocat quartæ partis ecclesie de D. quandā prohibic' nostrā nostro nomine impetraverit & vobis liberaverit, cujus quidem brevis nostri p'ætextu, vobis in placito illo, ac si portio decimarū sic petitarū ad quartā partē valoris ecclesie de M. p'd' se extenderet cum non extendat, hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius H. dispendiū non modicum & gravamen, & ecclesie suæ p'ædictæ exhæredationis periculū manifestū, super quo idē H. nobis supplicavit sibi p nos remedium adhiberi: volentes igitur tam super vero valore ecclesie p'd' juxta taxationem decimæ nunc currentis, quàm valore decimarum petitarū per vos plenius certiorari: vobis mandamus, quòd habita super p'æmissis per inquisitionem & aliis modis informatione pleniori, nos inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. Custode An. 12. Ed. 3.

Régula.

✠ Faut assavoir que quant les justices grantent consultation des dismes de spoliation ou en auter cas: ils fount endorser le libel en tiel maner, Dominus Rex non prohibet cognoscere in foro ecclesiastico de spoliatione decimarum, quatenus de jure patronatus seu de advocatione decimarum non agatur: & issint ils donent nul poiar per lendorsement. Mes en le Chauncery est done poiar as judges p tiels parols. Vobis significamus quòd in causa illa facere poteritis, &c. per que il semble que bon seroit de changier les parols en le chauncery, & accorder al endorsement des Justices issint, Vobis significamus quod non prohibetur per breve nostrum p'ædictū vel p'hibitionem, &c. quin cognosci poterit in foro ecclesiastico de spoliatione, &c. quatenus, &c.

Nota.

* Nota que les Justices dient que dismes ne ferront dones forsque des choses que profitent dan en an & ceo per memorie de home, mes cest encounter decretall. Et rencontre consultacion en cas de diffamation sont tous les Justices. Et auxi de carbonibus nec de quarera & auters semblables, ils facordent en nul maner a consultation, pur ceo que parsons prent disme del blee que crest sur les carbons, per qui il ne prendra de eux. Mes per semblable reason home ne donera mye disme dagistement, pur ceo quil done des bestes que pestent en la pasture. Et auxi ils dient que consultation ne doit estre graunte properment, mes en cas ou home ne purra recovery avoir en la Court le Roy. Et ceo voet lestature.

Consultatio ad
 pcedendū in
 causa diffama-
 tionis, & simi-
 liter in causa
 submissionis.

✠ Rex, decano ecclesie beatæ Mariæ de arcubus London' & ejus commissario salutem. Cū nuper, ut accepimus per vos (p'æfate cōmissar') contra H. de Lyndesey Notariū publicū super fornicatione infra jurisdictionem vestram (p'æfate decane) ut dicitur commissā graviter infamatū, tam super dicto crimine, quàm super eo quòd p'dict' Henr' jurisdictionē vestrā per tumultum & rixas executionesq; vestras in hac parte debitè faciend' nequiter impedivit, ex officio ad animæ suæ correctionem fuisset processum: p'æfatus H. cognitionē vestram & processum in hac parte faciendū, per suas appellationes frustratorias inhibitionesq;

curiæ

curiæ Cantuar' per falsam suggestionem impetratas, perperam impedivit, demumq; hujusmodi appellationibus minime prosecutis, sed dimissione habita à præfata curia, prædictoque processu contra eundem Henr' in statu suo prius resumpto, idem Henr' errorem suum & reatum in præmissis humiliter recognoscens, se ordinationi & voluntati vestris (præfate decane) submitit, præfixisque postmodum per vos (præfate decane) dicto Henr' certis die & loco competentibus, ad audiendum quod foret de submissione hujusmodi rationis: præfatus Henr' suæ salutis immemor, ne vos (dicte decane) juxta submissionem hujusmodi aliquammodo ordinaretis, iterum frivole appellavit, appellationeq; hujusmodi minime prosecuta, sed dimissione à dicta curia, ut prius, obtenta, idem Henr' voluntati & ordinationi vestris (præfate decane) iteratò se submitit, factaq; subsequenter præfato Henr' citatione legitima ad comparandum coram vobis, voluntatem & ordinationem vestras (præfate decane) juxta suam submissionem hujusmodi auditurus, ulteriusque facturus & recepturus in ea parte quod fuerat rationis: præfatus Henr' suggerens coram nobis in cancellaria nostra vos, ipsum, pro eo quod brevia nostra de prohibitione pro jure nostro regio conservando vobis porrigi fecit, jurisdictionem ecclesiasticam asserere impedivisse, ipsum Henr' in placitum coram vobis in curia Christianitatis ea de causa traxisse, & per varias censuras ecclesiasticas multipliciter inquietasse & fatigasse: quoddam breve nostrum de prohibitione ad hujusmodi suggestionem impetratam, ne vos ipsum Henr', pro eo quod ipse brevia nostra prædicta, pro jure nostro regio, ut præmittitur, conservando, vobis porrigi fecit, trahatis in placitum, nec ea occasione molestetis seu occasionetis, vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos in causis correctionis animæ & submissionis prædictarum hucusque procedere distulistis & adhuc differtis, in animæ ipsius Henr' grave periculum & executionis officii vestri retardationem, ac libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia in articulis, &c. continetur, quod in causis diffamationis in quibus agitur, &c. non obstante: vobis significamus quod tam in dicta causa diffamationis, quatenus ad pœnam canonicam imponendam coram vobis tantummodo agatur, quàm in causa submissionis supradictæ, procedere & ulterius facere poteritis quod ad forum, &c. non obstante. Proviso quod quicquam, quod in juris nostri regii derogationem cedere valeat, aliquammodo per vos nullatenus attentetur. T. &c.

¶ Rex, officiali curiæ Cantuar' & ejus Commissar' salutem. Monstravit nobis Wilhelmus Rok de B. clericus, quod cum ipse implacitet coram vobis in curia Christianitatis in causa ibidem legitime ventilata, Johannem de Copham London', de eo videlicet quod episcopus London' ipsum Wilhelmum per Wilhelmum de Heyle verum patronum ecclesiæ de Wokyndon' septem fontium London' dioc' & in possessione præsentandi ad eandem existentem eidem episcopo præsentatum, cui de advocacione ejusdem ecclesiæ ac jure præsentationis, necnon habilitate præfati præsentati & de aliis articulis in hac parte

Consultationes.

Consultatio
quando epif-
copus admittit
præſentatum
illius qui jus
non habuit
præſentare, &
recuſavit ejus
præſentatum
admittere qui
jus per confi-
derationem
curiæ inde; ha-
buit, ſicut con-
ſtat per teno-
rem recordi &
proceſſus inde
habitorum in
cancellaria
miſſum, &c.
quatenus agi-
tur de non ad-
miſſione præ-
diſta, & non
de jure patro-
natus, &c.

debitis & conſuetis ad plenum conſtitit, abſque eo quod aliquid ei-
dem præſentato obviavit de canonicis inſtitutis, quo minus ad ean-
dem eccleſiam admitti deberet, ut rector inſtitui poſſet canonicè in
eadem admittere recuſavit, & prædictum Johannem ad præſentationem
novi patroni ejuſdem eccleſiæ præfato epifcopo inde factam inde-
bite admittit, & perſonam inſtituit in eadem contra canonicas ſanc-
tiones, quarum præſentationis, admiſſionis & inſtitutionis prætextu,
idem Joannes eccleſiam detinuit & detinet occupatam fructus &
proventus ejuſdem indebite percipiendo: ac Johannes Bandedhon cog-
nitionem, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinet in hac parte, machi-
nans impedire, aſſerensque in cancellaria noſtra præfatum Joannem
Copham dictam eccleſiam de advocacione ſua tenere, & præfatum
Wilhelmum Rok clamantem eandem eccleſiam de advocacione præ-
fati Welhelmi de Heyle, ipſum Joannem Bandedchon inde traxiſſe
in placitum coram vobis in curia Chriſtianitatis, vobis per breve no-
ſtrum prohibuerimus ne placitum illud teneretis in curia Chriſtianita-
tis, donec diſcuſſum foret in curia noſtra ad quem prædictorum Jo-
annis de Bandedchon & Welhelmi de Heyle pertineret ejuſdem eccle-
ſiæ advocatio, eo quod placita de advocacionibus eccleſiarum ſpe-
ctant ad coronam & dignitatem noſtram, cujus brevis prætextu vos in
dicto negotio in eadem curia Chriſtianitatis ulterius procedere diſtu-
liſtis & adhuc differtis, in ipſius Welhelmi Rok grave damnum & li-
bertatis eccleſiaſticæ læſionem manifeſtam. Et quia per tenorem re-
cordi & proceſſus loquelæ, quæ fuit in curia noſtra coram juſtitiariis
noſtris de banco per breve noſtrum inter præfatum Wilhelmum de
Heyle & Joannem Bandedchon, de eo quod idem Joannes permitte-
ret præfatum Wilhelmum de H. præſentare idoneam perſonam ad
eccleſiam prædictam, in cancellaria noſtra de mandato tuo miſſum,
pleniſſime apparet, quod idem Joannes Bandedchon non potuit dedicere
quin ad præfatum Wilhelmum de H. ad tunc pertinuit ad dictam
eccleſiam præſentare, ut in ſecundo turno ſuo prætextu cujuſdam
compoſitionis coram præfatis juſtitiariis noſtris in placito prædicto
allegatæ, ſalvo ſibi & hæredibus ſuis turno ſuo præſentandi ad ean-
dem eccleſiam in proxima vacatione cùm acciderit: nolentes cog-
nitionem, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinet in hac parte, prætextu
dicti brevis noſtri indebite impediri: vobis ſignificamus quod in ne-
gotio prædicto coram vobis in curia Chriſtianitatis, quatenus de non
admiſſione ſeu inſtitutione ejuſdem Welhelmi Rok ad præſentationem
præfati Welhelmi de Heyle, & non de jure patronatus ejuſdem eccleſiæ
agitur, licite procedere & ulterius in hac parte facere poteritis, quod
ad forum eccleſiaſticum, &c. non obſtante. T. &c.

Consultatio
de ſubſtrac-
tione cantariæ.

☉ Rex, venerabili in Chriſto patri I. eadem gratia epifcopo E. &
ejus officiali ac eorum Commiſſar' ſalutem. Cùm ut intellexerimus ad
præſentationem rectoris & parochianorum eccleſiæ parochialis de
B. veſtræ Dioc' (præfate epifcopo) vobis ſuggerentiū quaſdam poſſeſſiones
infra

infra fines & limites Parochiæ ecclesiæ prædictæ & ecclesiæ de I. ejusdem dioc', diu ante statutum de religiosis de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis æditum, ad inveniendum quendam capellanum ad divina in dicta ecclesia de B. singulis diebus celebranda, tanquam annexas dictæ ecclesiæ de B. datas & collatas fuisse, dictamq; cantariam prætextu donationis & collationis prædictarum, semper à tempore prædicto absque subtractione aliqua p possessores & occupatores dictarum possessionum, quousque eadem possessiones ad manus W. de H. jam tenentis dictarum possessionum devenerunt, continue inventam fuisse, ac eandem cantariam per ipsum Wilhelmum p triennium jam elapsam maliciose & nimis voluntarie absque causâ rationabili subtractam fuisse & adhuc esse, in cultus divini diminutionem & libertatis ac jurium dictæ ecclesiæ de B. læsionem manifestam, præmissa eidem W. objeceritis, procedere intendentes contra ipsum ad dictam cantariam ad statum pristinum reducendam, & debitam punitionem occasione subtractionis cantariæ prædictæ eidem W. imponendam, in correctionem animæ suæ juxta canonicas sanctiones: idem W. machinans cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum in hac parte pertinent, callide perturbare asserensque in cancellaria nostra ipsum W. p I. W. personam dictæ ecclesiæ de B. de transgressionibus contra pacem nostram factis, coram vobis præfatis offic' & commissar' implacitari, quandam prohibitionem nostram, ne placitum de hujusmodi transgressionibus in curia Christianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos ulterius in causa illa hucusq; pcedere distulistis & adhuc differtis, in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia nolumus cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum ptinent, p hujusmodi prohibitiones nostras aequaliter impediri: vobis significamus quòd in causa illa, quatenus ad cantariam prædictam ad pristinum statum reducendam, & ad debitam punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidem W. imponendam p vos agitur, licite pcedere & ulterius facere poteritis, quòd ad forum ecclesiasticum noveritis ptinere, dicta prohibitione nostra seu aliqua alia vobis in causa prædicta imposterum dirigendum non obstante. T. &c.

¶ Rex, præfidenti curiæ Cantuar' & ejus cõmissar' salutem. Cum nuper, ut accepimus, ad prosecutionem rectoris & Parochianorum ecclesiæ Parochialis de B. Exon' dioc', venerabili Patri I. Exon' episcopo & ejus officiali seu eorum commissar' suggerentium, quasdam possessiones infra fines & limites Parochiæ ecclesiæ prædictæ & ecclesiæ de I. ejusdem dioc', diu ante statutum de religiosis de terris & tenementis ad manum mortuam non ponend' æditum, ad inveniendum quendam capellanum ad divina in dicta ecclesia de B. singulis diebus celebranda, tanquam annexas dictæ ecclesiæ de B. datas & collatas fuisse, dictamq; cantariam prætextu donationis & collationis prædictarum, semper à tempore donationis & collationis earundem absque subtractione aliqua, per possessores & occupatores dictarum possessionum, quousq; eadē possessiones ad manus W. de H. nunc tenentis possessionum

Consultationes.

num prædictarum devenerunt, continue inventam fuisse, ac eandem cantariã per ipsum W. per triennium tunc elapsum & amplius, maliciose & nimis voluntarie absq; causa rationabili subtractam fuisse, in cultus divini diminutionẽ, & libertatis ac jurium dictæ ecclesiæ de B. læsionem manifestam, præfatos episcopum & ejus offic' processisse contra ipsum ad dictam cantariam ad statum pristinum reducendum, & debitam punitionem occasione subtractionis cantariæ prædictæ eidem Wilhelmo imponendam, in correctionem animæ suæ juxta canonicas sanctiones, eisdemq; W. cognitiones quæ ad forum ecclesiasticum in hac parte pertinebat callide machinãtem perturbare, suggerentemque diversa placita in curia Christianitatis de catallis & debitis ac de transgressionibus nec non de laico feodo contra ipsum mota fuisse, diversa breviam nostra de prohibitione inde per diversas vices, ne ipsi placita illa in curia Christianitatis tenerent, præfatis episcopo & offic' dirigi procurasse, eosdemq; episcopum & officialem ulterius in causa illa procedere distulisse: & nos cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, p hujusmodi prohibitiones nostras nolentes aliqualiter impediri, eidem episcopo & officiali per breviam nostra significaverimus quòd in causa illa, quatenus ad dictam cantariam ad debitum statum reducendum, & ad debitam punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidẽ W. imponendã per ipsos, agebatur, licitè procedere & ulterius facere possent quod ad forum ecclesiasticum noverant pertinere, dictis prohibitionibus nostris non obstantibus, quo prætextu idem W. per processum coram dicto officiali in eadem curia Christianitatis rite & legitime factum, sententia majoris excommunicationis extitit innodatus: præfatus W. totum processum prædictum per appellationes frustratorias ac inhibitiones curiæ Cantuar' satagens impedire, ad dictam curiã Cantuar' frivole appellavit, asserensq; ipsum, eò quod quandam prohibitionem nostram ad impediendum jurisdictionem ecclesiasticam in hac parte præfatis episcopo & officiali porrexit, in sententiam prædictam incidisse, petendo omnia & singula gravamina eidem Wilhelmo post & contra appellationem suam prædictam illata, seu in sui præjudicium attentata, nec non omnia & singula, propter quæ in hac parte extitit appellatus, irritari, cassari, sive adnullari, viribusq; omnino carere: cujus quidem appellationis prætextu, præfatis episcopo & officiali districte inhibuistis, ne quicquã in præjudicium prædicti Wilhelmi ea occasione pendente appellatione prædicta attentarent seu facerent attentari, præfatusq; Wilhelmus suæ salutis immemor, inhibitione hujusmodi sic habita, ac appellatione prædicta minime prosecuta, dimissioneq; à præfata curia Cantuar' obtenta, frivole & minus veraciter suggestit nobis in cancellaria nostra ipsum Wilhelmum, pro eo quod quoddam breve nostrum de attachiamento super prohibitione pro jure nostro regio conservando versus Johannẽ Vf. prosequeretur, in placitum corã vobis in curia Christianitatis, ad prosecutionem ejusdem Joannis tractum fuisse, & ipsum W. ea occasione corã vobis multipliciter inquietare & fatigare, quoddam breve nostrũ de prohibitione ad hujusmodi
fictam

fictam & falsam suggestionem impetratū, ne vobis placitū illud teneretis in curia Christianitatis, ne quicquam in hac parte quod in nostri contemptum aut coronæ & regiæ dignitatis nostræ læsionem cedere valeat attentaretis, donec placitum attachiamenti prædicti inter partes prædictas in dicta curia nostra terminaretur, vobis porrigi fecit, cujus quidem brevis virtute vos in causa appellationis prædictæ hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia ad præmissa sic p̄ partem prædicti W. fraudulenter & maliciose in enervationem jurisdictionis ecclesiasticæ attentata considerationem habentes, nolumus executiones causarum, quæ ad forum ecclesiasticum p̄tinent, p̄ hujusmodi fraudulentas suggestiones & cautelas aliquantulum impediri: vobis significamus quòd in causa & processu prædictis coram vobis in curia Cantuar' virtute appellationis prædictæ devolutis, quatenus ad dictam cantariam ad debitum statum reducere faciendum, & ad debitam punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidem W. imponere faciendum, & ad dictam sententiam in ipsum W. latam, si ritè deducta fuerit, in suo robore permanere faciendum p̄ vos agatur, licite procedere & ulterius facere poteritis quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dictis prohibitionibus nostris non obstantibus. T. &c.

☞ Rex, Archidiacono Surr' & ejus offic' ac eorum commissar' salutem. Consultatio de restitutione bonorum & catallorum, p̄ reparatione ecclesiæ & clausuræ cimiterii, legatorū, facienda.

Cum vos nuper, ut accepimus, juxta officii vestri debitum, objeceritis Joanni de E. Parochiano ecclesiæ Parochialis de C. infra Archidiaconatum vestrum prædictum (præfate Archidiacone) quod ipse, quandam vaccam & diversa alia bona & catalla, per quamplures Parochianos ejusdem ecclesiæ in testamentis suis in ultimis voluntatibus, pro reparatione & emendatione corporis ecclesiæ prædictæ, & clausuræ cimiterii ejusdem, quæ jam multipliciter minatur ruinā ut asseritis, à jamdiu legata, contra piam intentionem testatorum prædictorū detinet occupata, eaq; custodibus fabricæ ecclesiæ prædictæ, ad quos hujusmodi legata de jure pertinent custodienda, liberare recusat, in animæ suæ periculum, ac ecclesiæ & cimiterii prædictorum deteriorationē manifestam, p̄cedentes contra ipsum in hac parte ad debitam restitutionem de vacca, bonis, & catallis prædictis, pro reparatione & emendatione corporis ecclesiæ & clausuræ cimiterii prædictorum, præfatis custodibus faciendam, & ad pœnam canonicam eidem Joanni pro detentione legatorum prædictorum imponendam: idem I. processum per vos in præmissis contra ipsum inchoatum callidè machinans declinare, asserensq; in cancellaria nostra ipsum Joannem coram vobis in curia Christianitatis de catallis & debitis, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, implacitari, quandam prohibitionem nostram, ne placitū hujusmodi teneretis in curia Christianitatis, vobis dirigi procuravit, quo p̄textu vos ulterius in causa illa hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia nolumus quòd cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticū pertinent, p̄ hujusmodi prohibitiones nostras impediatur: vobis significamus qd' in causa prædicta,

Consultationes.

prædicta, quatenus ad restitutionem eisdem custodibus de legatis prædictis in forma prædicta faciendam, & ad pœnam canonicam eidem I. pro detentione legatorum eorundem imponendam coram vobis tantummodo agitur, licite pcedere & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra non obstante. T. &c.

Consultatio in
causa correcti-
onis animæ ex
officio.

¶ Rex offic' curiæ Cantuar' & ejus commissario salutem. Cum vos nuper ex officio vestro, fama publica referente quod T. vicar' ecclesiæ de M. vestræ jurisdictionis, C. in amplexibus fornicar' tenet, & jam diu tenuit, ipsum coram vobis in curia Christianitatis pro correctione animæ suæ in hac parte citari feceritis, procedentes contra eum ibidem juxta canonicas sanctiones, ac etiam objicientes eidem T. quod licita & canonica mandata vestra ecclesiastica sibi per vos facta contemp- tibiliter facere recusavit, ac nos ex relatu plurium accipientes, quod vos vicar' prædictum traxistis coram vobis in placitum in curia Christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, vobis per breve nostrum prohibuerimus ne hujusmodi sequeremini in curia Christianitatis, cujus prætextu vos ulterius ad correctionem animæ ipsius vicarii in curia Christianitatis distulistis ut accepimus, in læsionem libertatis ecclesiasticæ, & animæ ipsius vicarii periculum manifestum. Et quia nolumus quod cognitio spiritualis, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in præmissis, per hujusmodi breve tollatur: vobis significamus quod in causis prædictis ex officio vestro, quatenus ad correctionem animæ ipsius vicarii & non placita de catallis & debitis concernunt, in curia Christianitatis, procedere, & ulterius ibidem pro salute animæ suæ statuere & facere poteritis quod ad officium vestrum speciale noveritis de jure pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

De manuum
injectione in
clericum, & de
expensis adju-
dicatis.

¶ Rex, decano de Arcubus London' & ejus commissario salutem. Monstravit nobis T. ut cum ipse nuper implacitasset in curia Christianitatis coram tali episcopo & ejus commissario W. pro eo quod ipse in præfatum T. sciens ipsum esse clericum & in possessione clericali existentem vel constitutum, in capella de B. manus iniecit temere, violenter ipsum ad effusionem sanguinis ibidem verberando, petendo ipsum in sententiam excommunicationis majoris, à canone contra hujusmodi delinquentes latam & promulgatam, per præfatum episcopum incidisse promulgari, ac dicta causa coram vobis postmodum ad prosecutionem præfati Thomæ partis appellantis devoluta, eundem W. pro eo quod appellationem suam in hac parte suggestam non probavit, ad examen ejusdem W. remiseritis, & ipsum in expensis prædicti. T. condemnastis ad decem solidos moderate traxistis, pro quorum levatione præfato episcopo vices vestras cum cujlibet cohibitionis canonicæ potestate commisistis: præfatus W. executionem judicii per vos in hac parte redditi machinans impedire, afferens in cancell' nostra, ipsum, præfato T. de prædictis decem solidis satisfecisse, & literas suas acquietantiæ inde penes se habere, quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum de prædictis decem solidis

solidis teneretis in curia Christianitatis, in eadem cancellaria impetrari & vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos in placito prædicto hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius T. asserentis ipsum de aliquo summæ prædictæ satisfactum non esse, damnum non modicum, & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia non est consonum rationi, quòd cognitio accessorii in curia Christianitatis impediatur, ubi cognitio causæ principalis ad forum ecclesiasticum noscitur pertinere: vobis significamus, quod, si coram vobis pro expensis prædictis recuperandis agatur, idemque T. petierit præfatum W. tanquam excommunicatum pro hujusmodi violèta manuum injectione in prima causa coram prædicto episcopo devoluta tantummodo ad inflictionem pœnæ canonicæ pronunciari, tunc ulterius p prædictis decem solidis, si nondum levati fuerint, levandis, facere poteritis quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

¶ Rex officiali, &c. salutem. Monstravit nobis A. quod cum ipse implacitasset coram vobis in curia Christianitatis I. quæ fuit uxor H. executrix testamenti ejusdem H. de viginti solidis eidem A. p præfatum H. in testamento suo legatis, & sibi p præfatum I. detentis. &c.

Consultatio de legatis.

¶ Rex officiali cur' Cantuar' salutem. Ex parte, vel sic, Monstravit, &c. ut in libello, recitando titulum juris brevis, & tunc clausula provocationis, incipiendo, Et licet, & concludendo super gravaminibus & injuriis, & tunc clausula ultimæ appellationis, incipiendo, super quo, &c. sentiens, &c. & tunc sic, præfatus, &c. cognitionem quæ ad forum, &c. machinans impedire, &c. quatenus in hujusmodi appellatione neg', &c.

Consultatio super appellatione facta super provocatione.

REX decano de Arcubus London' & ejus cõmissario salutem. Cum in statuto, in Parlamento domini Henrici nuper regis Angliæ patris nostri apud Leycestr', anno regni sui secundo tento, edito, inter cætera contineatur, quòd quandocunque copia libelli per legem est concedenda, concedatur, & parti absque difficultate liberetur, ac jam ex querela Radulphi acceperimus, quòd licet ipse copiam libelli causæ versus ipsum ad sectam I. coram vobis in curia Christianitatis motæ & pendentis, sibi concedere & liberare vos pluries requisierit, quæ quidem copia per legem est concedenda ut dicitur: vos tamen id facere, & eidem Radulpho liberare distulistis & differtis de præsentis, in nostri contemptum & ipsius Radulphi grave damnum, ac contra formam, vim, & effectum statuti prædicti. Nos volentes statutum illud in omnibus suis articulis inviolabiliter observari: vobis mandamus quod præfato R. copiam libelli causæ prædictæ coram vobis versus ipsum ut præmittitur motæ & pendentis, si per legem sit concedenda, concedatis, & eidem R. copiam illam absque difficultate liberetis, juxta formam statuti prædicti. Et hoc sub pœna centum librarum nullatenus omittatis. T. &c. xxxviii. Henrici sexti.

Breve de copia libelli deliberanda.

¶ Rex

De non residentia.

Quod clerici regis non cōpellantur facere residentiam personalem. Articuli super certas, cap. vi.

REX venerabili, &c. cum clerici nostri ad faciendam in beneficiis suis residentiam personalem, dum nostris immorantur obsequiis, compelli, aut aliàs super hoc molestari seu inquietari non debeant, nosq; ac pgenitores nostri quondam reges Angliæ hujusmodi libertate & privilegio pro clericis nostris à tempore quo non existat memoria semper hactenus usi sumus: vobis mandamus quod dilectum clericum nostrum A. personam ecclesiæ de S. vestræ dioc', qui in cancellaria nostra nostris jugiter intendit obsequiis, ad personalem residentiam in beneficio suo p'dicto faciendam, dum eisdem obsequiis nostris immoretur, nullatenus compellatis. Et sequestrum, si quod in fructibus aut aliis bonis ecclesiæ suæ p'dictæ ea occasione per vos aut vestros fuerit appositum, sine dilatione relaxari faciatis. T. &c.

Sicut alias.

☉ Rex venerabili, &c. Cum clerici nostri, &c. vobis mandamus sicut aliàs mandavimus, quatenus dilectum clericum nostrum, &c. vel causam nobis significetis quare mādato nostro aliàs vobis inde directo parere noluitis vel non debuistis. T. &c.

Attachiamen-
tum inde.

☉ Rex vicecomiti Salop' salutē. Pone per vad' &c. Thomā Hereford' episcopum, qd' sit coram nobis, &c. ostēsurus quare cum clericis, &c. (ut supra usq; ibi,) hactenus usi sumus, per qd' mandamus eidem episcopo, qd' Guilielmum de Hardestul personam ecclesiæ de S. clericum nostrum, qui in cancellaria nostra nostris intendit obsequiis, ad residentiam personalem in officio suo p'dicto faciendam (dum eisdem obsequiis immoratur) nullatenus compelleret, & sequestrum si quod in fructibus aut aliis bonis ecclesiæ dicti clerici nostri p ipsum episcopum aut suos ea occasione esset appositum, sine dilatione faceret relaxari: idem episcopus, præfatum clericum nostrum nostris obsequiis p'dictis ut prædictum est immorantem, p varias coerciones p se & suos ad hujusmodi residentiam psonalem faciendam compulsit, & ipsum occasione pmissa molestare & inquietare indies non desistit, in nostri contemptum, ac libertatis ac privilegii nostri prædictorum læsionem manifestam. Et habeas, &c. T. &c.

Item quod clerici regis non faciāt residentiam personalem, nec assumant ali-
quod officium quod exigit residentiam, &c.

☉ Rex venerabili, &c. Cum clerici nostri, &c. ut supra usq; ibi, usi sumus, jamq; intelleximus qd' vos dilectū clericum nostrum Rober. de Sprot personam ecclesiæ de E. qui p pceptum nostrum, nostris in cancellaria nostra jugiter intendit obsequiis, qui ad officium decanatus de Neubery infra dioc' vel archidiac' vestrum p'dictum electus est ut dicitur, ad assumendum officium illud residentiam personalem mere requirens, p censuras ecclesiasticas compellere nitimini, in libertatis & privilegii nostrorum p'dictorum pjudicium, & enervationem manifestam: volentes igitur hujusmodi pjudicio obviare, & privilegium p'dictum manutenere prout decet: vobis districte phibemus ne ipsum R. ad residentiam aliquam in beneficio suo p'dict' faciendam, seu ad assumendum officium p'dictū vel aliquod aliud hujusmodi residentiam requirens, dum obsequiis nostris p'dictis sic intenderit, quoquo modo compellatis. Et sequestrum si quod, &c.

☉ Rex

¶ Rex venerabili, &c. salutem. Cum, &c. usq; ibi, vobis mandamus qd' dilectum clericum nostrum Guilielmum personam ecclesiæ de F. vestræ dioc', qui in obsequio nostro in comitiva dilecti & fidelis nostri Nicolai de la Breche in partibus Vascoñ moratur, ad personalem, &c. dum obsequio nostro p̄dicto immoretur, nullatenus compellatis. Et sequestrum, &c. T.

Aliter. Et nota quia consultatio fuit per literas de protectione quas ostendit curia.

* Quia literæ de protectione ostensæ fuerint in cancellaria : & possunt dirigi archidiacono vel officiali vel decano, ubi habent jurisdictionem, &c. Nota.

¶ Rex venerabili, &c. Cum clerici nostri, &c. ut in primo brevi usq; usi sumus, jamq; ex relato plurium intellexerimus, quod vos dilectum clericum nostrum Johannem de Silbetorp personam ecclesiæ de C. vestræ dioc', qui in cancellaria nostra nostris jugiter intendit obsequiis pro non recidentia sua, dum nuper persona ecclesiæ de N. ejusdem dioc' extitit, ad duas marcas argenti coram vobis in curia Christianitatis multaveritis, & ipsum I. ad prædictas duas marcas vobis ea occasione solvendas monueritis, pro eoq; quod easdem duas marcas ad monitionem vestram solvere recusavit, sequestrum & alias censuras ecclesiasticas in ipsum I. diversimodo exercueritis, in juris coronæ nostræ præjudicium, & libertatis & privilegii prædictorum læsionem manifestam : nos hujusmodi præjudicialibus, viis & modis quibus poterimus, præcavere, & libertatem & privilegia nostra prædicta manutenere cupientes : vobis districtè prohibemus, ne quicquam in præmissis attentetis, seu per alios attentari faciatis, quod in juris coronæ nostræ præjudicium, seu libertatis & privilegii prædictorum læsionem cedere valeat quovis mōdo : sequestrum, si quod in bonis ipsius I. ecclesiasticis p̄ vos aut vestros appositum fuerit, sine dilatione relaxari facientes. T. &c.

Quod clericus regis non solvat pecuniam ad quam multatur pro non recidentia.

REX vicecomiti Suth' salutem. Cum in curia nostra coram nobis per considerationem ejusdem curiæ, nuper recuperaverimus versus R. tunc electum Winton' jam episcopum loci illius, præsentationem nostram ad domum sanctæ crucis juxta Wynton' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Wynton' nuper vacantis & in manu nostra existentis, ad quam quidem domum sic vacantem & ad nostram donationem spectantem, dilectum clericum nostrum Galfrid' de Wolford' præsentaverimus, ac jam intellexerimus quod in eadem domo & quibusdam ecclesiis dictæ domui annexis in comitatu tuo, vis laica & armata se tenet, quo minus dictus clericus noster per præfatum episcopum ad dictam domum, ad nostram præsentationem admissus, in dictam domum autoritate ipsius episcopi induci possit, necnon ad pacem nostram in eodem comitatu pturbandū : nos volentes hujusmodi maliciis obviare, tibi p̄cipimus quod omnē vim laicā seu armatam, quæ se tenet in dicta domo & ecclesiis eidē domui annexis, ad pacē nostrā in comitatu tuo perturbandam, sine dilatione amoveas ab eisde. Et si quos in hac parte resistētes inveneris : tūc assumpto tecū sufficiente posse comitatus tui, si necesse

De vi laica amovenda ab ecclesia ad quam rex recuperavit præsentationem versus electum.

De vi laica amovenda.

neceſſe fuerit, eos per corpora ſua attachies, & in priſona noſtra ſalvò cuſtodias, ita qd' eos habeas corà nobis in octavis ſancti Michaelis ubi-
cunq; &c. ad reſpòdendū nobis de còtèptu & reſiſtètia ſupradictis. Et
habeas ibi nomina illorū quos ſic attachiaveris & hoc breve. T.

De vi laica ſeu
armata amo-
venda, & reſi-
ſtètia aſſump-
to poſſe comi-
tatus attachiã-
da ad reſpon-
dendum inde
coram rege.
Aliter ex alte-
ra parte diri-
gitur breve
vicecom. Suth.
De vi laica a-
movenda tan-
tum ad requi-
ſitionem epiſ-
copi loci.

¶ Rex vicecomiti Suff. ſalutem. Præcipimus tibi quod omnem vim la-
icam ſeu etiam armatam potentiã, quæ ſe tenet in præbenda de Eſter-
den in eccleſia Ciceſter ad pacem noſtram perturbandum, ſine dilati-
one amoveas ab eadem. Et ſi quos tibi reſiſtentes inveneris in hac par-
te: tunc aſſumpto tecum ſufficienti poſſe comitatus tui ſi neceſſe fuerit,
eos attachies p corpora ipſorum, & in priſona noſtra ſalvò cuſtodias:
ita quòd eos habeas coram nobis in octavis ſancti Michaelis ubi-
cunq; &c. ad reſpondendum nobis de contèptu & reſiſtentia prædictis, & ha-
beas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex vicecomiti ſalutem. Ad requiſitionē venerabilis Patris I. Wintoni
epiſcopi tibi præcipimus, quod omnem vim laicam quæ ſe tenet in ec-
cleſia de I. ſuæ dioc', ad perturbandum ipſum epiſcopum quo minùs
officiū ſuum ſpirituale in eccleſia illa exercere poſſit ſine dilatione amo-
veas ab eadem. T. &c.

* Et poſſunt fieri ſicut aliàs, & cum pluries.

Nota.
Aliter.

¶ Rex vicecomiti ſalutem. Cum nuper ad requiſitionē venerabilis Pa-
tris I. Lincolni epiſcopi tibi præceperimus, qd' omnē vim laicam quæ
ſe tenet in eccleſia de I. ad perturbandum, &c. quo minus ipſe officium
ſuum ſpirituale exercere poſſit, ibidem ſine dilatione amoveres ab ea-
dem, vel cauſam, &c. quare mandatū noſtrum aliàs tibi inde directum
exequi noluiſti vel non potuiſti, ac tu pro eo qd' quidam ignoti in ſu-
perpellitiis & albis tanquam clerici ſe gerentes, oſtia ejuſdem eccleſiæ
ſtriçte contra te clauſa tenebant, & te ingreſſum in eadem habere vñ
vetitaverunt, dictam eccleſiam ingredi & mandatū noſtrum prædictum
exequi non potuiſti ſicut nobis ſignificaviſti: nos æternum illud minus
ſufficiens reputãtes, præſertim cum in ſtatuto dudū apud Weſtm' ædito
inter cætera contineatur, quod ſi vicecomes vel ſui ballivi invenerint
reſiſtentiam in mandatis noſtris exequendis, quod ſtatim vicecomes
omnibus omiſſis, aſſumpto ſecum poſſe comitatus ſui, eat in propria
perſona ſua ad faciendã executionē, & illos quos reſiſtentes invenerit,
caſtiget p priſonã a qua non deliberetur ſine ſpeciali præcepto noſtro:
tibi præcipimus quod omnem vim laicam quæ ſe tenet in eccleſia prædicta,
ſine dilatione amoveas ab eadem, juxta tenorem mādatorum noſtrorū
prædictorum tibi prius inde directorum. Et taliter te habeas in hac parte,
ne in tui defectū querela ad nos inde perveniat iterata, p quod manum
ad hoc aliter apponere debeamus. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, vicecomiti Suth' ſalutē. Cum in curia noſtra coram nobis, p
conſiderationem ejuſdem curiæ noſtræ nuper recuperavimus verſus R.
tunc electum Wynton jam epiſcopum loci illius, præſentationem no-
ſtram ad domum ſanctæ crucis juxta Wynton, vacãtem & ad noſtram
donationem ſpectantem, ratione epiſcopatus Wynton nuper vacantis
& in manu noſtra exiſtentis, ad quam quidem domum ſic vacantem,
&

& ad nostram donationem spectantem, dilectum clericum nostrum G. presentavimus, ac jam intellexerimus quod in eadem domo & quibusdam ecclesiis dictae domui annexis in comitatu tuo, vis laica & armata se tenet, quo minus dictus clericus noster per praefatum episcopum ad dictam domum ad nostram praesentationem admissus, in dictam domum autoritate ipsius episcopi induci possit, necnon ad pacem nostram in com' tuo perturbanda: nos volentes hujusmodi maliciis obviare, tibi praecipimus qd' omnem vim laicam seu armata potentiam qua se tenet in dicta domo & ecclesiis eidem annexis ad pacem nostram in comitatu tuo perturbanda, sine dilatione amoveas ab eisdem. Et si quos in hac parte resistentes inveneris: tunc assumpto tecum sufficiente posse comitatus tui si necesse fuerit, eos p corpora sua attachies & in prisona nostra salve custodias, ita quod eos habeas coram nobis in octavis, &c. ubicunq; &c. ad respond' nobis de contemptu & resistentia supradictis. Et habeas ibi nomina illorum quos sic attachiaveris & hoc breve. T. &c.

REX, vicecomiti Leyc salutem. Cum nup ad requisitionem venerabilis patris, &c. usq; ibi, amoveres ab eadem, ac jam ex parte I. de T. nobis sit ostensum, quod licet ipse ad praesentationem prioris de L. in ecclesia praedicta canonice sit institutus, & eam diu possideret & possideat in presenti, intentioq; inter ipsum Johannem & Richardum de S. asserentem ipsum jus ad eandem ecclesiam ex provisione apostolica habere in curia Christianitatis mota fuerit, jam est diu & adhuc pendeat indiscussa: tu tamen colore mandati nostri praedicti ipsum I. in possessione dictae ecclesiae adhuc existentem, a possessione sua praedicta amovere, & praefatum Richardum in possessionem ejusdem ecclesiae ponere, & ipsum in eadem vi armata manutenere & defendere niteris minus juste, in ipsius I. dispendium non modicum & gravamen. Et quia intentionis nostrae non extitit, quod aliquis virtute mandati nostri praedicti a possessione juris sui amoveretur, sed quod vis laica duntaxat amoveatur: tibi praecipimus quod habita consideratione ad mandatum nostrum praedictum, in executione ejusdem ita proinde & taliter te habeas, quod alicui super possessionem juris sui praedicti nullatenus generetur. Et si quae p te in hac parte minus juste fuerint attentata, ea sine dilatione facias emendari: ne in tui defectum querela ad nos inde pveniat iterata, p quod manum ad hoc aliter apponere debeamus. T. &c.

Breve ne vicecomes colore mandati nostri quinquam amoveat a possessione ecclesiae minus juste

REX, A. salutem. Cum secundum consuetud' in regno nostro haecenus obtentam & approbatam, ullus de eodem regno, super his quorum cognitio ad nos & curia nostra dignoscitur pertinere, trahi non debeat in causam extra idem regnum, ac tu I. sup causis pecuniariis & aliis, vel sic sup diversis causis quarum cognitio ad nos ptinet, trahas in placitum extra idem regnum, in laesionem coronae & dignitatis nostrae, & contra consuetudinem praedictam, sicut ex relatu plurium accepimus: tibi districte prohibemus, ne praefatum I. cites seu citari procures, ad coparendum coram aliquo iudice extra idem regnum, tibi super hujusmodi responsurum, nec aliquid contra ipsum attenteris vel

Ne quis trabatur in causam extra regnum.

atten-

Ne quis trabatur in causam.

attentari faciatis, quod in derogationem regiae dignitatis nostrae, seu in laesionem consuetudinis praedictae cedere valeat, quovis modo: maxime cum praefatis I. paratus sit infra idem regnum in omnibus stare juri. Et si quid per te in praemissis minus rite attentatum fuerit: tu id revocari facias indilate, taliter te habens in hac parte, ne ad te tanquam ad impugnatorem regiae dignitatis nostrae capere debeamus. T. meipso. &c.

Attachiamen-
tum inde.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Pone p vadium, &c. ostensurus quare cum secundum consuetudine in regno nostro, &c. usq; ibi, extra idem regnum: praedictus A. dilectum clericum nostrum I. praebendarium praebendae de N. in ecclesia de L. ad respondendum extra idem regnum super jure collationis praebendae praedictae sibi per nos inde factae, vel sup diversis causis, quarum cognitio, &c. trahi fecit in causam in laesionem coronae & dignitatis nostrae, & consuetudinis praedictae praedictum, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c. T. &c.

Ne quis se traſ-
ferat extra
regnum.

¶ Cum secundum consuetud' &c. vobis mandamus sub forisfactura omnium quae nobis forisfacere poteritis firmiter injungentes, quod vos extra dictum regnum nostrum ad respondendum alicui sup his quorum cognitio ad nos ptinet, nullo modo traſferatis. Talit' vos habetes, &c.

Ne quis se
traſſerat extra
regnum ad re-
spondendu su-
per aliquibus
quorum cog-
nitio spectat
ad regem.

¶ Rex, I. salutem. Vacante nu p sede archiepiscopatus Eborum, & in manu clarae memoriae domini H. quondam regis Angliae patris nostri existente: idem pater noster praebendam de S. in ecclesia praedicta tunc vacantem, & ad donationem ipsius patris nostri ratione vacationis praedictae spectantem tibi contulit suo jure, sicut ipse & caeteri progenitores nostri quondam reges Angliae, hujusmodi praebendas temporibus vacationum archiepiscopatum & episcopatum in regno Angliae mero jure coronae regiae conferre consueverunt, quam quidem praebendam virtute collationis illius obtines sicut liquide nobis constat. Et jam intelleximus quod tu de novo, ad prosecutionem quorundam juri nostro regio repugnare nitentium, extra potestatem nostram ad respondendum ibidem super praebenda praedicta, per quandam citationem tibi factam super hoc, in brevi divertere te proponis. Nos igitur attendentes quod si negocia jus nostrum regium tangentia extra potestatem nostram deducerentur quoquo modo, in exbaedationem nostram & coronae nostrae cederet manifeste: tibi prohibemus sub poena incarcerationis corporis tui, & forisfactura omnium quae in regno nostro obtines, & quae nobis forisfacere poteris, firmiter injungentes ne ad partes externas ad dictum negocium vel aliquod aliud nos & coronam nostram aliquo contingens extra dictum regnum in curia aliqua deducend' te divertas, nec procuratorem seu responsalem aliquem clam vel palam ibidem transmittere praesumas, ad quicquam in hac parte faciendum vel etiam exercendum. T. &c.

Prohibitio ne
quis citet cle-
ricum regis ad
respondendu
personaliter
coram summo
pontifice sup
hiis quorum
cognitio spe-
ctat ad regem.

¶ Rex, venerabili in Christo patri R. eadem gratia archiepiscopo Cantuar' totius Angl' primati salutem. Ad jura coronae nostrae integra & illaesa p viribus conservanda, eò amplius curam & operam adhibere nos convenit studiosam, quod ad hoc ex debito astringimur vinculo juramenti

ramenti. Cum igitur recolendæ memoriæ dominus E. quondam rex Angl' progenitor noster, magistrum Nicholaum de T. clericum ad ecclesiam de Reyculere dudum vacantem per mortem magistri S. de F. quondam psonæ ejusdem ecclesiæ & ad donationem suam spectantem ratione temporalium Archiepiscopatus Cantuar' tunc in manu sua existentium, pleno jure regio præsentasset, idemq; N. virtute præsentationis illius in eadem ecclesia canonicè institutus, & in corporalem possessionem ejusdem ecclesiæ inductus fuisset, eandemque ecclesiam virtute præsentationis, institutionis, & inductionis hujusmodi diutius tenuerit & adhuc teneat pacifice & quiete, ac intellexerimus jam de novo quòd quidam Bernardus de Bonisuilla, occasione cujusdam collationis sibi p summum pontificem veritate tacita, in præjudicium juris nostri regii ut dicitur dudum factæ, quærens occasiones eundem N. gravandi indebite, & suggerend' dicto summo pontifici eundem N. se in dictam ecclesiã in contemptum sedis apostolicæ temere intrusisse: literas apostolicas de citando ipsum N. de comparendo psonaliter corã dicto summo pontifice su p præmissis responsur' dirigi pcuravit. Et quia manifestũ est citationem hujusmodi, si taliter fieret, in coronæ & regiæ dignitatis nostræ pjudic' redundare: vobis phibemus, ne ptextu alicujus bullæ vobis in hac parte directæ seu etiam dirigendæ citatione hujusmodi facere seu aliquid aliud quod in derogationem juris nostri regii aut status pdicti N. in ecclesia pdicta enervationem cedere valeat, præsumatis quomodo libet attentare. T. p ipsum regem.

☉ Rex, B. salutē. Ad jura coronæ, &c. ut supra: ac intellexerimus jam de novo quòd tu occasione cujusdam collationis dudum Bernardo de B. factæ ut dicitur de eadē ecclesia, tacita veritate in pjudicium regii juris nostri tanquam ejusdem Bernardi pcurator, quærens occasiones eundē Nicolaũ gravandi indebitè & vexandi, suggesto domino summo pontifici, &c. venerabili patri R. Cantuar' Archiepiscopo totius Angliæ primati detulisti. Et quia manifestũ est, &c. tibi phibemus, ne ptextu alicujus bullæ impetratæ, seu etiam impetrandæ in hac parte, citationem hujusmodi seu quicquam aliud quod in derogationem juris nostri regii aut status præd' N. in ecclesia pdicta enervationem cedere valeat quomodo libet fieri pcuras, seu etiam psequaris. Et scias p certo qd' si secus egeris: ad te tanquam ad violatorem nostrum coronæ nostræ non immeritò capiemus. T. &c. p ipsum regem.

R EX, W. salutem. Turbamur nec immeritò & movemur, dum illos, qui sub nostro degunt dñio, & ibidem beneficiis & redditibus honorantur, quo prætextu in defensione & tutione jurium regiæ coronæ nostræ ipsos nobis assistere condeceret; eadem jura, erectis contra nos cervicibus conspiciamus, satagentes p viribus impugnare. Cum itaq; dominus Henricus, &c. præbendam de B. in ecclesia tali magistro E. contulerit regio jure suo, &c. ac jam intellexerimus, &c. ut inferius: nos attendentes quod' injuriis præjudicium & læsionem regiæ dignitatis nostræ manifestius redundaret, si collatio dicti patris nostri in hac parte frustraret p te taliter in effectu, aut discuteretur coram te

Ad jura regia.

quovis modo de jure collationis supradictæ, cujus quidem juris discussio ad nos in curia nostra & non ad alium dignoscitur pertinere: tibi prohibemus ne quicquam, &c. attentari, & sequestrum, &c. relaxari. T. R. &c.

Ad jura regia
ne judices de-
legati teneant
placitum de
ad vocatione
præbendæ quæ
rex contulit.
&c.

¶ Rex, decano & capitulo eccles. beati Petri Eborū, salutē. Ad conservationē juriū coronæ nostræ, eò nos decet studiosius operā adhibere, quò ad hoc astringimur vinculo juramenti, & alios conspiciamus ad ipsum forum jurium enervationem amplius anhelare. Cùm itaq; A. clericus Præbendæ de N. in ecclesia vestra præd' ex collatione nostra sibi inde pleno jure regio facta, ac p̄ considerationē cur' nostræ sit canonicè affectus, ipsaq; diutius tenuerit pacifice & quiete, ac jam intellexerimus qd' quidā effectū collationis nostræ p̄d' frustrare p̄ viribus satagentes, quosdā cōmissiones, quæ si p̄cederent, in juris nostri regii præjudiciū & enervationem collationis nostræ p̄d' cederent manifeste, vobis jam de novo fieri p̄curarunt: nos attendētes qd' in nostri dedecus & præjudiciū regii juris nostri manifestius redundaret, si collatio nostra præd' p̄ vos frustraretur in effectu, aut si super jure collationis ejusdē, cujus cognitio in regno nostro ad nos & non ad aliū dignoscitur pertinere, discuteretur corā vobis quovis modo: vobis firmiter inhibemus, ne p̄textu alicujus cōmissionis vobis factæ vel etiam faciendæ quicquam super præbenda p̄d' nobis inconsultis facere præsumatis, p̄ qd' juri coronæ nostræ derogari, aut effectus collationis nostræ præd' possit indebite quomodo libet adnullari, sententias, si quas p̄textu cōmissionum illarū fulmineritis, sine dilatione aliqua revocantes. Et sciatis, qd' si secus facere p̄sumpseritis, ad vos tāquā ad violatores regii juris nostri non immeritò graviter capiemus. T. Per breve de privato sigillo.

Ad jura regia.

¶ Rex, Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, cancellariis, præcentoribus, p̄positis, sacristis, præbendariis in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, & omnibus aliis personis ecclesiasticis, in quacunq; dignitate vel officio constitutis necnon notariis publicis & aliis quibuscunq; ad quos, &c. ad jura nostra regia, ne depereant, seu per aliquorū usurpationes indebitas aliququaliter subtrahantur, quatenus joste poterimus, manutenenda, subtractaq; & occupata, si quæ fuerint, ad statum debitum revocanda, necnon ad impugnatores eorundē juriū nostrorum refrenādos, & p̄t convenit juxta eorum demerita puniēdos, eò studiosius nos decet operā adhibere & sollicitius extendere manū nostram, quò ad hoc vinculo juramēti teneri dignoscimur & astringi, plurēsq; conspiciamus indies jura illa pro viribus impugnare. Cùm itaq; in cur' nostra coram nobis per considerationē ejusdē curiæ recuperaverimus collationem nostrā ad præbendam de S. in ecclesia beati Petri Eborū nup̄ vacantem, & ad donationē nostrā spectātem ratione Archiepiscopatus Eborū nuper vacantis, & in manu domini Henrici nuper regis Angl' patris nostri existentis, versus W. archiepiscopum Eborum, & præbendam prædictam dilecto clerico nostro I. de M. contulerimus regio jure nostro, mandaverimusq; præfato archiepiscopo quod non obstante reclamatione sua, prædictum I. ad

ad p̄bendam admitteret supradictā, ac jam intellexerimus qd' quidam jus nostrum regium & judicium p̄dict', necnon collationem nostram dicto clerico nostro sic factam p̄ viribus impugnare nitentes, quasdam provocationes, appellationes, inhibitiones, inductiones, notificationes, p̄fixiones, citationes, processus, & alia impedimenta diversa fecerūt, & fieri procurarunt, p̄ quæ utiq; si procederent, jus nostrum regium & judicium p̄dict' ac effectus collationis nostræ adnullari, nobisq; & coronæ nostræ aliàs p̄judicium & exhæredatio multipliciter possent generari: nos volentes hujusmodi p̄judicio & exhæredationi remedio quo poterimus obviare, omniumq; jura coronæ nostræ impugnātium conatus illicitos refrenare: vobis & vestrum cuilibet districtè prohibemus, ne p̄textu alicujus cōmissionis vobis seu alicui vestrū factæ vel in posterū faciendæ, quicquā quod in derogationem juris nostri regii seu adnullationē judicii p̄dicti sic, ut p̄mittitur, rite redditi aut enervationem collationis nostræ p̄dict' cedere valeat, quacunq; autoritate nobis incōsultis attentare p̄sumatis, seu per alios attentari faciatis quovis modo: sciētes qd' si secus feceritis, ad vos tanquā ad violatores juris nostri regii graviter capiemus. In cujus, &c. T. &c.

¶ Rex, majoribus, vicecomitibus, ballivis, ministris, & omnibus aliis fidelibus suis tam infra libertates quā extra, ad quos p̄sentes literæ pervenerint salutē. Ad jura nostra regia, &c. pro viribus impugnare. Cum itaq; in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, per considerationē ejusdem curiæ recuperaverimus p̄sentationem nostrā, &c. regio jure nostro, & mandaverimus p̄fato episcopo, &c. institueret in eadē, ac intellexerimus jam de novo qd' quidam jus nostrū, &c. multipliciter possent generari: nos volentes, &c. refrenare: vobis & cuilibet vestrum p̄cepimus firmiter injungentes, si quos inveneritis hujusmodi provocationes, appellationes, inhibitiones, notificationes, citationes, p̄fixiones, processus, aut alia impedimenta quæcunq; facientes, ad impediendum executionem judicii p̄dicti, aut effectū p̄sentationis nostræ supradictæ, & ad deducendū negotium p̄dict' extra regnū nostrum tunc eos sine dilatione capi, & in prisona nostra salvò custodiri faciatis, donec aliud inde à nobis habueritis in mandatis. In cujus, &c.

Aliter de capi-
endo impug-
natores.

¶ Rex, archiepiscopis, &c. ut in primo brevi usq; ibi, salutē. Cum nuper p̄sentaverimus dilectum clericum nostrum Thomā de S. ad ecclesiā de F. in insula Vecta vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium prioratus de C. in manu nostra existentii, & mandaverimus venerabili patri A. episcopo Winton', quod ipsum Thomā ad ecclesiam p̄dict' ad p̄sentationem nostram admitteret, & personam institueret in eadem, jamq; intellexerimus quod quidam jus nostrum regium ac p̄sentationem nostrā p̄dictam pro viribus impugnare machinantes, provocationes, &c. impedimenta fecerunt & fieri procurarunt, ac de die in diem facere & fieri procurare non desistunt, per quæ utiq; si procederent jus nostrū regium, ac effectus p̄sentationis nostræ p̄dictæ enervari, nobisq; & coronæ nostræ p̄judicium & exhæredatio possent multipliciter generari: nos volentes, &c. ut su-

Aliter quando
rex p̄sēravie
clericum suū,
& nondum re-
cuperavit p̄-
sentationē suā.
&c.

Ad jura regia.

pra refrenare, vobis & cuilibet vestrū prohibemus firmiter injungentes, ne quicquam, quod in derogationem juris nostri regii seu praesentationis nostrae praedictae enervationem cedere valeat, nobis inconsultis quacunq; autoritate attentetis seu per alios attentari faciatis quovis modo. Scientes quod si secus, &c. capiemus. In cujus, &c. T.R.&c.

Aliter quando recuperavit praesentationē.

☉ Rex, venerabili in Christo patri S. eadem gratia archiepiscopo Cantuar' totius Angliæ primati & ejus officiali ac eorum cōmissar' salutem Cum nuper in curia nostra coram iustitiariis nostris de banco per considerationem ejusdem curiæ recuperaverimus praesentationem nostram ad archidiaconatum Welleñ nuper vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Bathon' & Wellen' nuper vacantis, & in manu domini E. quondam regis Angl' avi nostri existentis, versus Radulphum Bathon' & Wellen' episcopum, dictumq; archidiaconatum dilecto clerico nostro T. contulerimus regio jure nostro, idemq; clericus noster ad archidiaconatum praedict' virtute collationis praedictae, per loci dioecesanum admissus, & in corporalem possessionem ejusdem rite & canonicè sit inductus, ac intellexerimus jam de novo quod quidam jus nostrum regium & iudicium praedictum, necnon collationem nostram dicto clerico nostro sic factam, maliciose pro viribus impugnare machinantes, provocaciones, appellaciones, &c. & alia impedimenta diversa in diverso negotio fecerunt & per vos fieri procuraverunt, & de die in diem procurare non desistunt, p quæ utiq; si procederent, jus nostrū regium & iudicium praedict' ac effectus collationis nostrae praedictae adnullari, nobisq; & coronæ nostrae aliàs praesudicium & exhæredatio multipliciter possent generari: nos volentes hujusmodi praesudicialibus nobis, & exhæredationis periculo, viis & modis, quibus poterimus, prout ad hoc diversimode tenemur & astringimur, obviare & conatus illicitos omnium & singulorum jura nostra impugnare volentium refrenare: vobis & cuilibet vestrum prohibemus, ne praetextu alicujus mandati vobis facti seu imposterum faciendi, quicquam quod in derogationem juris nostri regii, seu enervationem iudicii praedicti, aut adnullationem collationis nostrae praedictae cedere valeat, nobis inconsultis quacunq; autoritate attentetis, seu per alios attentari faciatis quovis modo. Scientes quod si secus, &c. capiemus. T. &c.

Aliter prohibito parti quā clericus regis adeptus est possessionem.

☉ Rex, &c. salutem. Ad jura nostra regia ne depereant, &c. (ut in primo brevi usq; ibi) pro viribus impugnare. Cum itaq; dilectum clericum nostrum B. de S. ad ecclesiam de S. Cicestr' dioc' nuper vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Cicestr' vacantis & in manu nostra existentis, presentaverimus regio jure nostro, idemq; clericus noster possessionem ejusdem ecclesiae virtute praesentationis nostrae praedictae canonicè sit adeptus, ac jam intellexerimus quod tu jura nostra & coronæ nostrae pro viribus impugnare nitens, provocaciones, appellaciones, &c. impedimenta diversa facis & facere proponis, per quæ utiq; &c. effectus praesentationes nostrae praedictae de facili enervari, nobisq; & coronæ nostrae aliàs praesudicium & exhæredatio multipliciter possent generari, ac dictus clericus noster super possessione sua, quam

quam sic virtute collationis nostræ prædictæ habet in eadem ecclesia, indebitè valeat impediri vel molestari: nos volentes, &c. tibi phibemus ne quicquã quod in derogationem juris nostri regii seu enervatione præsentationis nostræ prædictæ cedere valeat attententes seu attentare præsumas, aut per alios attentari facias quovis modo. Sciens, &c. capiemus. T. &c.

REX, vicecomiti Devon salutem. Pone per vad', &c. quod sit coram nobis, &c. ostensurus quare cum nos præbendam, quã B. nuper decanus Exon' habuit in ecclesia Exon' vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Exon' nuper vacatis & in manu nostra existentis, dilecto clerico nostro I. de sancto Paulo contulerimus regio jure nostro, omnibus & singulis inhibentes ne quis provocationes, appellationes, citationes, inductiones, instrumenta, processus, seu alia impedimenta, nec quicquam, quod in derogationem juris nostri regii & coronæ nostræ aut collationis nostræ prædictæ enervationem cedere possit, attentarent, seu per alios attentari facerent quovis modo: prædicti W. & R. jura nostra & coronæ nostræ impugnare, & collationem nostram prædictam enervare nitentes, quasdam provocationes, appellationes, citationes, inductiones, instrumenta, & processus ad deducendum negotium prædictum extra regnum nostrum ad jus nostrum ibidem discutiendum, & alia impedimenta diversa, in hac parte fecerunt & adhuc faciunt & fieri procurant, in nostri præjudicium & juris nostri regii derogationem, nostriq; & coronæ nostræ exhæredationem, ac collationis nostræ prædictæ enervationem manifestam, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina, &c. T. &c.

Attachiamen-
tū super brevè
ad jura regia,
quãd' rex præ-
sentavit, &c.

REX, vicecomiti, &c. salutem. Pone, &c. ostensurus quare cum nos nuper ad ecclesiam de F. vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione terrarum & tenementorum, quæ fuerunt W. qui de nobis tenuit in capite, in manu nostra existentium, dilectum clericum nostrum I. de T. præsentaverimus regio nostro jure, & mandaverimus venerabili patri H. episcopo Lincoln, quod ipsum I. ad ecclesiam prædictam admitteret, & personam institueret in eadem, inhibuerimusq; præfato W. ne provocationes, appellationes, citationes, seu inhibitiones, aut quicquam, quod in derogationem juris nostri regii seu enervationem præsentationis nostræ prædictæ cedere posset, attentaret seu faceret aliquo modo attentari: præfatus W. provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, & alia impedimenta, fecit & fieri procuravit, in nostri præjudicium & contemptum, & contra prohibitionem nostram ut accepimus. Et habeas ibi, &c. T. &c.

Attachiamen-
tū aliter inde.

REX, officiali cur' Cantuar' & ejus commissar' salutem. Ad conservationem juriū nostrorum, ne depereant seu aliquo modo subtrahantur, eò studiosius nos decet operam adhibere, & manū nostrā sollicitius extendere, quò ad hoc vinculo juramenti astringimur, plurésq; indies conspicimus jura illa pro viribus impugnare. Cumq; prioratum de Ottriton, unã cum terris, tenementis, possessionibus, feodis militum, & advocacionibus ecclesiarū, ac aliis rebus quibuscunq; ad illum spectantibus, inter cæteros prioratus & domos religiosorum alienigenarum de dominio & potestate regni Franciæ existentium, & infra regnum nostrum

Ad jura regia
ad revocandum
inhibitionem
post appellati-
onē factā con-
tra clericum
regis.

Ad jura regia.

conversantiū, nuper capi fecissemus in manū nostrā, & eundem prioratum unā cum terris, tenementis, & possessionibus p̄dictis, priori loci p̄dicti cōcessissemus, habēda ad voluntatem nostram, salvis nobis feodis militum & advocacionibus ecclesiarū ad eundē prioratum spectantibus, & subsequenter vacāte vicaria ecclesiae de Harpeford, quae est de advocacione prioratus p̄dicti, p̄sentationem nostrā ad eandē vicariam, in curia nostra coram nobis per considerationē ejusdem curiae versus p̄dicti priorem, nos in hac parte contra concessionem nostram p̄dictam impediētem recuperavimus, & venerabili patri I. episcopo Exon loci illius diocesano, p̄ breve nostrum mandaverimus, quod non obstante reclamatione dicti prioris, idoneam personam ad praesentationem nostram ad vicariā admitteret antedictā, ac jam intellexerimus quod vos virtute cujusdam appellationis per quendam Henr' Godon, ad sedem apostolicam & ad dictam curiam Cantuar' pro tuitione factae, continentis inter alia ipsum Henricū esse vicarium ecclesiae p̄dictae, & eandem vicariā ex provisione dictae sedis apostolicae canonicē fuisse affectum, ipsumq; super hujusmodi possessione sua ad grave damnum & p̄judicium suum p̄ W. de H. quem ad dictam vacariam regio jure nostro p̄sentavimus, inquietatū fore & molestatum, tam praefato Gulielmo, quam omnibus aliis & singulis, ne p̄dente in curia illa hujusmodi tuitionis appellationis negotio, quicquā in praesudicium dicti Henrici, quod minus appellationem suam p̄dictam libere prosequi valeat, attentent, vel aliquāter faciant attentari, quanquam dicta vacaria diu post captionem prioratus p̄dicti in manum nostrā antequam per praefatum Henricum existit accepta vacavit & vacare incepit, inhiberi demandastis, quo praetextu dictus episcopus & ministri sui id exequi ad dictū mandatum nostrum, quod ad officium suū pertinet in hac parte supersedent omnino, in juris nostri & coronae nostrae p̄judicium & exheredationē effectusq; praesentationis & judicii p̄dictorum enervationem & derogationē manifestas, unde plurimum conturbamur non immerito & movemur: volentes igitur hujusmodi praesudicio & exheredationi, modis & viis, quibus poterimus prout ad hoc tenemur, obviare, & judicia in curiis nostris rite reddita executioni debitae demandare: vobis mādamus firmiter injungētes, qd' si ita est, tunc inhibitionem vestram p̄dictam sine dilatione quacunq; revocari facientes, quicquam ulterius in hac parte, quod in derogationē dicti juris nostri seu coronae nostrae aut enervationem p̄sentationis & judicii supradictorum cedere valeat, nobis inconsultis nullatenus attentetis, seu per alios attentari faciatis quoquo modo: scientes per certo quod si secus feceritis, ad vos tanquā ad jurium coronae nostrae violatores & mandatorum nostrorum contemptores graviter capiemus. T. custode, &c. An. 13.

At achamentū
per corpus
quando rex
recuperavit
praesentationem,
&c.

¶ Rex, vicecomiti Devoū salutem. Praecipimus tibi qd' attachies Henricum Cordon, ita qd' eum habeas corā nobis in octavis sanctae Trinitatis ubicūq; tunc fuerimus in Angl', ostensurum quare cum nos nuper praesentationē nostrā ad vicariā ecclesiae de N. vacantem, & ad nostram donationē spectantem, ratione temporalium prioratus de O. in manu nostra

stra occasione guerræ inter nos & illos de Frac' motæ existentiū, in curia nostra corā nobis p̄ considerationem ejusdē curiæ recuperaverimus, & dilectum clericum nostrum W. de H. venerabili patri episcopo Exon̄ ad vicariā illam p̄sentaverimus regio jure nostro, & eundem episcopum rogaverimus quatenus ipsum W. ad vicariā illam admitteret, & vicariū institueret in eadem, ac omnibus & singulis inhibuerimus, ne quis aliqua impedimenta, p̄ quæ jus nostrum regium seu judicium in curia nostra ut p̄dicitur redditum enervari, aut idem clericus noster à p̄secutione juris nostri & sui impediri valeret, faceret vel fieri p̄curaret, aut quacunq; autoritate attentaret seu faceret attentari quovis modo: idem Henr' inductiones ac varios p̄cessus & notificationes eorundem in hac parte fecit, in nostri contemptum ac juris nostri regii & judicii p̄dictorum enervationem manifestam, ac contra p̄hibitionem nostram supra dictam. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex vicecomitib' & omnibus ballivis, ministris, & fidelib' suis, tam infra libertates quàm extra ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum ad ecclesiam de F. vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium prioratus de Lenton in manu nostra occasione guerræ inter nos & illos de Franc' motæ existentium, dilectum clericū nostrum R. de E. p̄sentaverimus regio jure nostro, idemq; clericus noster in ecclesia illa canonice sit institutus, jamq; intelleximus quod S. de T. clericus & W. machinantes jus nostrum enervare in hac parte & possessionē dicti clerici nostri impedire, p̄tendentēsq; eidem S. de quodam beneficio ecclesiastico spectante ad collationem dicti prioris p̄ curiam Romanam fore p̄visum, ecclesiam illam vi armatata sepius ingressi fuerunt, & indies ingredi non desistunt, & decimas & proficua ecclesiæ illius occupant & multipliciter dilapidant, hominibus & servientibus ipsius clerici nostri in tantum cōminando, quod ipsi ea, quæ sibi in hac parte incumbunt facienda, facere seu exercere ausi non existunt, in nostri contemptum, & tam juris nostri derogationem quàm coronæ nostræ exhæredationē, necnon ipsius clerici nostri damnum & jacturam multiplicem: nos jura nostra regia illæsa conservari, & impugnatores eorundem puniri, & qd' justum fuerit in hac parte, fieri volentes, assignavimus dilectos nobis A. B. C. & D. conjunctim & divisim, ad ipsos S. & W. ubicunq; inventi fuerint sive infra libertates sive extra, p̄ corpora sua attachiandos, & ipsos usq; prisonam nostram de Newgate ducendos, vicecomitibus nostris London̄ ibidem deliberandos, in Gaola p̄dicta salvo & secure custodiri faciend', donec aliud inde p̄ceperimus. Et ideo vobis omnibus & singulis firmiter injungendo mandamus, quod eisdem A. B. C. & D. & eorum cuilibet in p̄missis faciend' consulentes & auxiliantes sitis & intendentes, quoties & put p̄ ipsos vel eorum aliquem super hoc fueritis p̄moniti ex parte nostra. In cūjus, &c. T. custode &c. Per consilium Anno. 13.

Commissio ad
capiendum
impugnatores
jurium regis
&c. & ad du-
cendum ad
Gaolam de
Newgate.

¶ Rex vic' Eborum salutē. Si Henr' le Scrop' chivaler fecerit, &c. tunc pone, &c. qd' sit, &c. ad respondendum tam nobis quàm p̄fato H. quare
cum

Ad jura regia.

Istud attachiamen-
tū est fac-
tū super quod-
dam breve de
prohibitione
pro allo, quam
pro rege ad
modū prohi-
bitionis regis
quod dicitur
Ad jura regia,
& est notabile
valde.

cum G. le Scroff pater p̄dicti Henr' cujus hæres ipse est, in curia nostra coram justiciariis nostris de bāco recuperavit p̄sentationē suam ad ecclesiā de G. vacantem, & ad donationem ipsius G. tunc spectantem, & T. de D. capellanū ad eandē p̄sentaverit jure suo, nosq; nuper intelligentes qd' quidam ad prosecutionem p̄fati W. machinantes jura coronæ nostræ impugnare, & judicium in curia nostra p̄dicta ritē inde redditū adnullare, prohibuerimus omnibus & singulis per brevia nostra ne provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, instrumenta, vel alia impedimenta, aut quicquam qd' in nostri p̄judicium seu judicii p̄dicti enervationē vel jurium coronæ nostræ derogationem cedere valeret, aliquāter attentarent seu attentare p̄sumerēt quovis modo: iidē W. & alii nihilominus provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, instrumenta, & alia impedimenta diversa, in hac parte fecerunt & fieri procurarunt, in nostri & coronæ nostræ p̄judicium, ac judicii p̄dicti enervationem, & ipsius H. dispendium non modicum & gravamen, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi, &c. T. &c. Angl' 15. & Fr' secundo.

Prohibitio ne
quis citet cle-
ricum regis ad
respondēdum
extra regnum
de beneficio
sibi per regem
collato, & in
curia ipsius re-
gis discussio.
&c.

¶ Rex venerabili in Christo patri W. eadem gratia archiepiscopo Eborum Angliæ primati salutem. Turbamur non modicū, cū prælatis regni nostri, qui ad jus nostrum regium conservandum illæsum ex juramenti vinculo sunt astricti, quicquam facere conspiciamus, qd' in nostri p̄judicium & antedicti juris regii læsionem cedere poterit quoquo modo. Cum igitur archidiaconatum in ecclesia vestra Eborum vacantē, & ad nostram donationem spectantem, dilecto clerico nostro I. contulerimus regio jure nostro, & nos p̄sentationē nostrā ad archidiaconatum p̄dictum versus F. qui nos in hac parte injuste impedivit, in curia nostra recuperaverimus, jamq; intelleximus qd' vos ad prosecutionem quorundam jura coronæ nostræ necnon judicia in curia nostra reddita impugnare nitentium, p̄fatum I. ut cōpareat extra regnum nostrum responsur' super jure collationis nostræ sibi inde factæ in curia nostra sic discussæ, intenditis jam citare, quæ quidem citatio, si p̄cederet in nostrum p̄judicium & contemptum, dictiq; juris nostri regii læsionem cederet manifeste, vobis p̄hibemus ne p̄dictum I. ad comparandum extra regnum nostrum p̄dictum super p̄missis coram aliquo respōs. citetis seu citari faciatis, aut quicquā aliud in hac parte nobis inconsultis faciatis, qd' in p̄judiciū nostrū seu juris coronæ nostræ derogationem cedere valeat quoquo modo: scientes quod, si secus feceritis, ad vos tanquam ad violatorem juris coronæ nostræ graviter capiemus. T. &c. Anno 14.

Attachiamen-
tum post re-
cuperationem
in curia regis
de p̄sentati-
one, &c.

¶ Rex vicecomiti Lincoln' salutem. Præcipimus tibi quod attachies W. & A. qd' sint coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensuri quare cū nos nup̄ in curia nostra coram nobis per considerationem ejusdem curiæ, recuperaverimus p̄sentationem nostram ad ecclesiā de B. vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium prioratus sanctæ Trinitatis Eborum in manu nostra existentium, versus p̄dictum W. nos injuste impediens, ac dilectum clericum nostrum

nostrum presentaverimus ad eandem, prohibuerimusque omnibus & singulis, ne quis provocaciones, appellaciones, citationes, inductiones, seu alia impedimenta quæcunque per quæ nobis super jure nostro in hac parte derogari, seu consideratio curiæ nostræ prædictæ enervari posset, quovis modo facere præsumeret: iidem W. & A. provocaciones, appellaciones, citationes, inductiones, seu alia impedimenta diversa in hac parte fecerunt, ut accepimus, in nostri contemptum, & juris nostri derogatione, & consuetudinum curiæ nostræ prædictæ enervationem manifestam, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

REX vicecomiti Lincoln' salutem. Significavit nobis venerabilis pater H. Lincoln' episcopus per literas suas patentes, quod B. suus parochianus vel suæ dioc', propter suam manifestam contumaciam auctoritate ipsius episcopi ordinaria excommunicatus est, nec se vult per censuram ecclesiasticam justitari. Quia vero potestas regia sacrosanctæ ecclesiæ in querelis suis deesse non debet: tibi præcipimus quod prædictum B. per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ justities, donec sanctæ ecclesiæ, tam de contemptu quam de injuria ei illata ab eo fuerit satisfactum. T. &c.

De excommunicato capiendo. Non indorsetur.

¶ Significavit nobis, &c. Cantuar' archiepiscopus, quod I. Lincoln' dioc' usque ibi, ordinaria ratione visitationis ipsius archiepiscopi metropolitice in civitate Lincoln' & dioc' per ipsum nuper factæ excommunicatus, &c.

Aliter.

¶ Significavit nobis W. archiepiscopus Eborum per literas suas, vel sic, Eborum electus, vel sic, magister W. gerens vices venerabilis patris I. Lincoln' episcopi, ipso in partibus transmarinis vel in partibus remotis agente, per literas suas patentes, &c. quod, &c. nec, &c.

Aliter.

¶ Significavit nobis T. de S. vel decanus & capitulum ecclesiæ beati Petri Eborum custodes spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante per literas suas patentes, quod I. miles parochianus archiepiscopatus ejusdem, vel I. Lincoln' dioc', in quadam causa ad curiam Eborum legitime devoluta auctoritate ipsius T. vel ipsorum decani & capituli ordinaria, propter suam manifestam contumaciam, &c. tibi præcipimus sicut alias tibi præcepimus, quod prædictum I. per corpus suum, &c. vel causam nobis significes quare, &c.

Sicut alias.

¶ Rex vicecomiti Lincoln' salutem. Cum nuper ad denunciationem venerabilis patris H. Lincoln' episcopi, per literas suas patentes nobis significantis, quod A. & B. executores testamenti R. ac W. & F. Parochiani sui vel suæ dioc' auctoritate ipsius episcopi ordinaria, propter manifestam contumaciam suam sunt excommunicati, nec se volunt per censuram ecclesiasticam justitari, tibi pluries præceperimus quod prædictos A. B. W. & F. per corpora sua secundum consuetudinem Angliæ justitiales, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria, &c. esset satisfactum, vel causam nobis significares quare mandatum nostrum alias tibi inde directum exequi noluit vel non potuisti, ac tu spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, præfatos A. B. W. & F.

Cum pluries inde.

per

De excommunicato capiendo.

per corpora sua secundum consuetudinem Angliæ justitiare, vel saltem causam, quare id facere noluisse vel non potuisti, nobis significare hactenus non curaveris, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, & præfati episcopi damnum non modicum & gravamen, ac juris suæ ecclesiæ prædictæ læsionem manifestam, sicut ex querela sua accepimus, de quo miramur quam plurimum & movemur: tibi adhuc præcipimus firmiter injungentes, quòd prædictos A. B. W. & F. per corpora sua secundum consuetudinem Angl' justities, donec sanctæ ecclesiæ, &c. esset satisfactum, juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum, vel tu ipse sis coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensurus quare mandata nostra prædicta toties tibi inde directa exequi contempsisti. T. &c.

Regula de attachiamento.
Regula.

☞ Et potest fieri attachiamentum sicut in le Replegiare mutatis mutandis.

☞ Quando episcopus vel alius ballivus significat aliquem esse excommunicatum auctoritate archidiaconi vel officialis, &c. semper dicendum est in brevi, (auctoritate ipsius episcopi, vel illius qui sic certificavit, &c.)

De excommunicato deliberando quia exposuit cautiones.

REX vicecomitibus London' salutem. Cum Thomas Iay Allutarius London, quem nuper ad denuntiationem venerabilis patris W. Archiepiscopi Eborum pro contumaciis suis ratione contractus in civitate nostra Eborum habitus ut dicebatur, tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ contemnentem per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ per te justitari præcepimus donec, &c. esset satisfactum eidem archiepiscopo, ad satisfaciendum deo & sanctæ ecclesiæ, sufficientem exposuit cautionem, per quod idem archiepiscopus, officiali archidiaconi London' mutua vicissitudinis obtentu scripsit, ut ipsum absolvat ab excommunicationis sententia memorata, sicut idem archiepiscopus per literas suas patentes nobis significavit, tibi præcipimus quòd prædictum Thomam, cum tibi constare poterit ipsum ab excommunicatione prædicta per prædictum officialem absolvi, à prisione, qua detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberari fac'. T.

Aliter pro abbatibus Westm. certificatione prout fit super certificatione cæcellarii Oxoniæ ut post.

☞ Quod A. Sarum dioc. Cantuar' provinciæ propter manifestam contumaciam suam in non parendo certis mandatis licitis in curia Cantuar' sibi nuper factis, auctoritate ipsius archiepiscopi ordinaria excommunicatus est, vel sic, in non parendo mandatis sanctæ ecclesiæ in curia, (ut supra) auctoritate, &c.

Regula.

☞ Si excommunicatus satisfecerit sanctæ ecclesiæ tunc denunciatur episcopus per literas suas patentes domino regi quod satisfecit sanctæ ecclesiæ de contemptu, & fiet ei breve ad deliberandum, &c.

De excommunicato deliberando.

☞ Rex vic' salutem. Cum S. & I. quos ad denuntiationem decani & capituli ecclesiæ beati Petri Eborum, custodum spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante, vel sic, ad denuntiationem venerabilis patris A. Winton' episcopi, tanquam excommunicatos & claves ecclesiæ contemnentis, per corpora sua secundum consuetudinem Angl' per te justitari præcepimus, donec sanctæ ecclesiæ, &c. usq; ibi, satisfactum: & tunc sic, jam ex ipsis decano & capitulo vel ab ipso episcopo, absolutionis

lutionis beneficium in forma juris meruerint obtinere, sicut iidem decanus & capitulum, vel idem episcopus p̄ literas suas patentes nobis significarunt vel significavit: tibi præcipimus quod ipsos S. & I. à prifona, qua sic detinentur, si ea occasione & non alia detineantur in eadem, sine dilatione deliberari faciatis, &c.

¶ Rex, custodi prifonæ nostræ de Flete, salutē. Cum nobis nup̄ ad denunciationem venerabilis in Christo patris R. archiepiscopi Cantuar' nobis significantis W. C. laicum Lincoln' dioc', p̄pter suas manifestas contumacias autoritate ipsius archiepiscopi metropolitana excommunicatum fuisse, nec se velle juxta censuras ecclesiasticas justitari, volentes ipsum W. per corpus suum secundū cons. Angliæ justitari, ipsum prifonæ prædictæ commiserimus, in eadē moraturū, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo foret satisfactum, jamq; p̄dictum W. ab ipso archiepiscopo absolutionis beneficium in forma juris meruerit obtinere, sicut idem archiepiscopus p̄ literas suas patentes nobis significavit: tibi præcipimus quod ipsum W. à prifona prædicta, qua, occasione præd', detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberari facias. T. &c.

☞ Fiat sicut alias, Cum pluries, & Attachamentum super breve præcedens, &c. Regula.

☞ Si episcopus idoneam cautionem de parendo mandatis ecclesiæ ab hujusmodi excommunicato imprisonato admittere recusaverit, volens ipsum per prifonam gravare: tunc mittat amicum ad curiam & fiat ei breve sic: Regula.

REX, venerabili, &c. salutem. Ex parte A. quem ad denunciationem vestram, tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ contemnentem, per corpus suū secundū cons. Angl' p̄ vic' talē justitari p̄cepimus, donec sanctæ ecclesiæ tā de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo esset satisfactū, nobis est ostēsū, quod licet idem A. vobis frequenter obtulerit idoneam cautionem de parendo mandatis ecclesiæ in forma juris, ut p̄ hoc absolutionis beneficium consequi posset: vos nihilominus cautionē hujusmodi ab eo recipere seu admitt' hæctenus recusastis, de quo miramur. Et quia nolumus qd' idem A. diutiùs in prifona contra justic' detineatur: vobis mandamus quod accepta à p̄f. A. cautione p̄d', ipsum A. à prifona, qua, occas. p̄missa, detinet' deliber' mādētis, alioquin qd' nostri est in hac pte exeq̄mur. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Ex parte A. quem ad denunciationē venerabilis, &c. tanquā excōmunicatū & claves ecclesiæ contemnentē, per corpus suum secundū consuetudinē Angl' p̄ te justitari p̄cepimus, donec, &c. ut supra, usq; ibi, ostensū, qd' licet idē A. p̄f. episcopo frequenter, &c. usq; ibi, consequi posset: idē tamen episcopus cautionem illā ab eo hæctenus admittere recusavit, de quo miramur. Et quia nolumus quod idē A. &c. usq; ibi, detineatur: tibi p̄cipimus quod in p̄pria p̄sona tua accedas ad p̄fatum episcopum, & ipsum ex parte nostra moneas & efficaciter indices, ut accepta ab eodem A. cautione p̄dicta, ipsum à prifona p̄dicta mandet deliberari. Et si idem Episcopus in p̄sentia tua id facere noluerit: tu ipsum A. a prifona p̄dicta, si ea occasione & non alia detinetur in eadem, deliberari fac', T. &c.

De cautione
admittendā
Episcopo.

Inde vicecom'
si episcopus
nolit facere.

☞ Et

De cautione admittenda.

Regula. Et potest istud breve præcedens fieri Sicut alias, & Cum pluries usque ibi, deliberari facias, juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum prius tibi inde directorum: alioquin tu ipse sis coram nobis tali die, ostensurus quare mandata nostra prædicta toties tibi inde directa exequi contempsisti. Et habeas, &c.

Attachiamen-
tum inde.

Rex, coronatoribus suis in comitatu Kanc' salutē. Si W. de W. clericus fecerit vos, &c. tunc ponite, &c. W. vicecomitem nostrum comitatus prædicti, quod sit coram nobis tali die, &c. ostensurus quare cum nup' ad psecutionē præfati Wilhelmi, quem ad denunciationem venerabilis patris S. Elieñ episcopi tanquā excōmunicatū, &c. per præfatum vicecomitē justitari præceperimus, donec sanctæ ecclesiæ, &c. esset satisfactū, accipientes quod licet idem Wilh. eidē episcopo frequenter obtulisset idoneā cautionem, &c. admittere recusaverit, p' quod eidem vic' pluries p'ceperimus quod in ppria p'sona sua, &c. mandaret deliberari, & si eidē episcopus in præsentia sua id facere nolisset, præd' vic' ipsum W. &c. deliberari faceret, vel causam nobis significaret quare mandata nostra, &c. vel quod esset coram nobis, &c. & quod breve nostrum sibi inde directum haberet tunc ibidem: idem vicecomes spretis mandatis nostris p'd', præmissa facere, vel saltem causam quare ea facere noluit vel non potuit, nobis significare, vel coram nobis ad diē prædictum venire, aut breve nostrum præd' ibidem retornare non curavit ut accepimus, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, & ipsius W. damnum non modicum & gravamen. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve. Et ipsum W. a prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, accepta ab eodem W. idonea cautione de parendo mandatis ecclesiæ in forma juris, deliberari facias. T.

De cautione pignoratitia admittenda antequam deliberetur: & sit contra excommunicatum & post brevia de cautione admittenda directa episcopo & vicecomiti ut supra, quando videlicet suggestio fit quod vicecomes eū deliberare voluerit colore brevis absque assensu episcopi.

Rex, vicecomiti Cantuar' salutē. Cum nup' ad denunciationem venerabilis patris S. episcopi Elieñ, nobis significantis magistrum W. de W. clericum Parochianum suum propter manifestas offensas suas auctoritate ipsius episcopi ordinaria excommunicatum esse, & se nolle per censuram ecclesiasticam justitari, tibi præceperimus quod prædictum W. per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ justitias, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria ei illata ab eo esset satisfactum, & postmodum ex parte prædicti W. accipientes quod licet ipse eidem episcopo frequenter obtulerit idoneā cautionem, illam ab eo admittere recusavit, mandaverimus præfato episcopo qd' accepta a præfato W. cautione prædicta, ipsum a prisona, qua occasione prædicta detinetur, deliberari mandaret, subsequenter tibi præceperimus quod in ppria p'sona tua accederes ad præfatum episcopum & ipsum ex parte nostra moneres & efficaciter induceres, ut accepta ab eodem W. cautione p'dicta, ipsum a prisona prædicta mandaret deliberari, & si idem episcopus in præsentia tua id facere nollet, tunc tu ipsum W. a prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineretur in eadē, deliberari faceres, & licet idē W. corā præfato episcopo p'onaliter constitutus, de injuria & contemptu prædictis expresse satisfacere recusaverit, asserensq; ipsum tantūmodo velle cavere de parendo
juri

juri in hac parte, quo prætextu idem episcopus ipsum absolvere seu p deliberatione sua scribere de jure nequivit, sicut idem episcopus per literas suas patentes nos in cancellaria nostra certificavit: tu tamen virtute mandati nostri præd' de monendo ipsum episcopum tibi inde directi, ipsum W. à prisona præd' pro eo quod ipse cautionem de parèdo juri corā te obtulit, nō satisfacto sanctæ ecclesiæ de contemptu & injuria prædictis, deliberare intendis, put intelligi nobis datur, in libertatis ecclesiasticæ læsionem, & contra tenorem mādati nostri p'd' de justitiando ipsum W. tibi directi, præsertim cū in eodē cōtineatur, qd' ipsum justitiare donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quā de injuria ei illata fuerit satisfactū. Et quia idē W. cautionē saltē pignoratitiā, juxta intētionē mādati nostri p'd' de satisfaciēdo de hujusmodi contemptu & injuria, antequā à prisona prædict' deliberetur, offerre debet & tenetur: tibi præcipimus quod ipsum W. à prisona prædict', nisi in p'sentia tua cautionē pignoratitiā ad minuseidem episcopo de satisfaciendo obtulerit, nullatenus deliberes absq; mādato nostro, seu ipsius episcopi in hac pte speciali: T. &c. An. 13.

REX, vic' Cantabr' salutem. Cū nuper ad denunciationem venerabilis Patris S. Elien' episcopi, p literas suas patentes nobis significantis, Wilh. de W. clericum tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ contemnentē, p corpus suū scdm' conf. Angl' p te justitari pceperimus, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quā de injuria ei illata ab eo esset satisfactum, ac jam p'fatus episcopus, cautionem idoneam de p'fato Wilhelmo de parendo mādatis ecclesiæ in forma juris admiserit, sicut idem episcopus p literas suas patentes nobis significavit: tibi præcipimus quod ipsum W. à prisona, qua detinetur, si p'missa occasione & non alia detineatur in eadem, deliberari facias indilate, eo non obstatē quod aliā tibi præcipimus, qd' ipsum W. à prisona nullatenus deliberares, nisi prius pignoratitiā p'stiterit cautionē. T. &c. Anno 13.

Breve ad delibēradū ipsum W. absq; cautione pignoratitiā ad instātiā ipsius W. præstita tamē cautione idonea.

REX, vic' salutem. Cū ad denunciationē venerabilis, &c. tibi præcipimus, qd' A. & B. tāquā excōmunicatos & claves ecclesiæ cōtemnentes, p corpora sua scdm' conf. Angl' justitiare, donec sanctæ ecclesiæ, &c. satisfactū, & iidē A. & B. vel sic, iidem excommunicati aliquādiu in prisona nostra de I. ad hoc detēti fuissent, & postmodū nulla inde facta satisfactione aut p'stina cautione put moris est, de parendo mādatis eccl' in forma juris, p R. nu p vic' nostrū comitatus p'd' à prisona p'd' deliberati sunt, in læsionē libertatis ecclesiasticæ & nostri cōtēptū manifestū, sicut ex querela ipsius episcopi accepimus, su p quo nō immerito cōmoveremur: tibi præcipimus firmiter injungentes, quod prædict' excommunicatos nisi modo legitimo a prisona præd' deliberati fuerint qua detinebātur occasione præd', iterato capi, & p corpora sua justitari facias, juxta formā mādati nostri præd' præfato R. inde directi. Et nihilominus venire facias corā nobis præd' A. & B. tali die ubicūq; &c. ad faciēdū & recipiēd' qd' justū fuerit in præmissis. Et habeas, &c. T. &c.

De excōmunicatis recapiendis, p eo quod deliberati fuerint per aliū vicecomitem nulla facta satisfactione, & qd' nunc vicecomes faciat dictos excōmunicatos venire in cancellaria regis ad certū diem ad faciēdū & recipiēdū, &c.

Superfedeas de excommunicatis capiendis.

Superfedeas de capiendo corpus pendente placito attachiamenti versus iudicem qui processit in placito in curia christianitatis post prohibitionem ei inde directam, & excommunicavit eundem quo minus placitum &c.

REX, vic' salutē. Monstravit nobis A. qd' cū I. ipsum A. traxisset in placitū in curia Christianitatis corā magistro R. de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, & licet idē A. literas nostras de prohibitione p'd' R. porrexisset, ne in causa illa pcederet: idē R. in causa illa processit nihilominus in cur' p'd' cōtra phibic' nostrā, ppter qd' nos ipsum R. put moris est p te attachiari præcepimus per literas nostras tibi inde directas, qd' esset corā justic' nostris, &c. tali die proximo pterito, ostensurus quare processit in dicta causa in cur' christianitatis contra prohibitionē nostrā. Et quia idem R. pendente placito attachiamēti p'd' corā justitariis nostris p'dict' p'dictum A. tāquam excommunicatū p literas nostras tibi inde directas maliciose capi pcurat, ut sic ipsum impediatur quo minus placitū attachiamenti illius coram justic' nostris p'dict' scdm' legem & cons. regni nostri psequi possit: tibi p'cipimus qd' si ita est, tunc mandatū nostrū p'dict' de capiendo ipsum A. occasione p'dict' nullatenus exequaris, donec placitum attachiamēti illius in curia nostra coram justitariis nostris p'dictis secundum legem & consuetudinem regni nostri terminetur. Et si ipsum A. occasione p'dict' ceperis: tunc ipsum A. à Prisons p'dict', qua occasione p'dict', detinetur, interim deliberes. T.&c.

Nota.

* Nota q' cest briefe ferra fait en la Chauncery si la caption est isse avant q' lattachment soit retourne. Mes si le jour de lattachment soit venu: adonques ferra cest briefe fait hors des rolles des justices, sil ne soit en temps de vacation quant les Justices ne sont mye seants.

Aliter p clericis pendente attachiamento versus patrem. Debet fieri in banco ex processu attachiamenti corā eis habiti, nisi clauso banco tūc fiat in cancellaria.

REX, vic' salutem. Cū placita de catallis & debitis in regno nostro, quæ nō sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronā & dignitatē nostrā & nō ad alium ptineāt in eodē regno Angl' & nos breve nostrū de prohibitione W. psonæ ecclesiæ de N. p eo qd' traxit G. psonam de F. in placitū in cur' Christianitatis de hujusmodi catallis & debitis, nū p porrigi fecerimus ne placitū illud sequeretur in cur' Christianitatis, idē W. nihilominus secutus est placitum in eadē curia cōtra phibic' nostra præd', ppter qd' nos ipsum W. put moris est in regno nostro p literas nostras tibi directas attachiari præceperimus, quod esset coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensurus quare secutus est idem placitum in eadem curia cōtra prohibitionem nostram præd'. Et quia idem W. pendente coram nobis placito attachiamenti præd' ipsum G. tāquam excommunicatū maliciose capi pcurat ut dicitur: tibi præcipimus quod si ita est, tunc ad captionem ipsius G. occasione prædicta non pcedas, donec placitū attachiamenti prædicti coram nobis inter eos & præfatum W. scdm' legem & cons. regni nostri terminetur. T.&c.

De hōne per cancellar' Oxō' excommunicato capiendo.

REX, vic' Berk. salutē. Cū de gratia nostra speciali concesserimus, qd' Cancellar' Universitatis Oxon' qui p tempore fuerit, p literas suas patentes Cancellar' nostro Angl' pro tempore existenti significare possit & certificare, de nominibus singulorum de jurisdictione præfati Cancellar' Oxon' qui majoris excommunicationis vinculo fuerint innodati, & qd' dictus Cācellar' noster Angl' qui p tempore fuerit, breviam nostram

nostra fieri & sub magno sigillo nostro consignari faciat, pro captione illorum de jurisdictione prædicta, qui sic per dictum Cancell' Oxon' fuerint excommunicati, & per quadraginta dies perseveraverint in eadem, ad significationem sive certificationem ipsius Cancellarii Oxon' supradictæ, prout in literis nostris patentibus inde confectis, plenius continetur, ac I. de W. Cancellarius Universitatis prædictæ per literas suas patentes nobis significaverit, quod G. suæ jurisdictionis propter suam manifestam contumaciam, autoritate ipsius Cancellarii Oxon' excommunicatus est, nec se vult per censuram ecclesiasticam justitari, quia, &c. ut supra in primo brevi, tibi precipimus quod prædict' G. per corpus suum secundum consuetudinem Angli' justitias, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria ei illata ab eo fuerit satisfactum. T. &c.

¶ Rex, vic' Berk. salutem. Licet nuper ad instantiam venerabilis Patris R. episcopi Sarum, nobis significantis fratrem T. commonachum & procuratorem Prioris de D. propter contumaciam ipsius T. pro non solutione subsidii nobis per clericum Cantuar' Provinciae, autoritate ipsius episcopi ordinaria excommunicatum fuisse, nec se velle per censuram ecclesiasticam justitari, tibi per breve nostrum preceperimus quod prædict' T. per corpus suum justitias, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria ei illata ab eo foret satisfactum, quia tamen præfatus Prior in cancellaria nostra personaliter constitutus ibidem, per fidem præstitam testificatus est, quod præfatus T. commonachus & procurator suus prædictus de subsidio prædicto ipsum contingente totaliter satisfecerit: tibi precipimus quod captioni corporis prædict' T. ex causa prædictæ supersedeas omnino. Et si idem T. ea de causa captus vel imprisonatus existat: tunc ipsum T. a Prisona prædicta deliberes indilate. T. &c.

Supersedeas captioni corporis excommunicati per fidem præstitam in cancellaria per Priorē excommunicati.

REX, vicecomiti salutem. Cum nuper ad requisitionem venerabilis Patris, &c. per literas suas patentes nobis significantis, quod C. propter manifestam contumaciam suam excommunicatus est, nec se vult per censuram ecclesiasticam justitari, tibi preceperimus quod ipsum C. per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ justitias, donec sanctæ ecclesiæ, &c. esset satisfactum, & jam intellexerimus per literas officiales, &c. quod prædictus C. a sententia prædicta, in ipsum per præfatum episcopum illata, tanquam ab iniqua, ad sedem apostolicam & ad curiam Cantuar' per tutionem legitime appellaverit, & appellationis suæ negotium prosequitur cum effectu: nos nolentes quod præfato C. per prædictum breve nostrum via præcludatur, quominus dictæ appellationis suæ negotium prosequi possit in forma juris, maxime cum hujusmodi breve nostrum de gratia nostra procedat, & appellantium status integer esse debeat: tibi precipimus quod executioni brevis nostri prædicti tibi inde directi faciendæ supersedeas, pendente appellationis negotio supradicto, vel sic, donec de consilio nostro aliud inde duxerimus ordinandum, vel sic, tibi precipimus quod ipsum C. prætextu cujusdam brevis nostri tibi inde directi captum, & in prisona nostra de L. detentum, a Prisona prædicta si ea occasione &

Supersedeas pendente appellatione.

Quod clericus habeat terras, &c.

nō alia detineatur in eadem deliberari facias, usq; ad talem diē, &c. nisi aliud interim duxerimus ordinādum. Vel sic, & si ipsum C. occasione prædicta ceperis, tunc ipsum a Prisonsa qua, &c. ut supra. T. &c.

Aliter superse-
deas quia pars
exhibuit lite-
ras papales.

¶ Rex vicecomiti salutem. Licet nu p ad requisitionem venerabilis, &c. tibi præceperimus quod W. tāquam excommunicatum &c. esset satisfactum, quia tamen prædictus W. a sententia prædicta &c. usq; cum effectu, sicut p literas papales bullatas, & instrumenta publica sup hiis confecta, & in cancellaria nostra exhibita nobis constat: nos nolentes &c. usq; ibi, tibi præcipimus quod executioni brevis nostri de capiendo præfatum W. &c. ut supra.

Nota.

* Nota quod in brevi de supersedeas captioni, &c. sufficit dicere p instrumenta publica coram nobis exhibita, sine literis papalibus: & debet p̄bare diligentiam suam in p̄secutione appellationis p testes, vel jurare: sed oportet quod hoc fiat infra annum à tempore appellationis, &c.

Nota.

* Nota etiam quod brevia de supersedeas pendente appellatione, nō debēt fieri nisi le Significavit reperiatur in filiis.

Quod clericus
habeat terras,
tenemēta, bo-
na & catalla,
post purgatio-
nem.

¶ **R**EX, vicecomiti, &c. salutem. Cū S. de B. p̄sona ecclesiæ de R. nu p de raptu I. uxoris G. & de asportatione bonorum suorum, coram dilectis & fidelibus nostris W. & sociis suis justitiariis ad placita coram nobis tenēda assignatis, rettatus fuerit & postmodū ad requisitionem venerabilis Patris A. loci illius ordinarii juxta privilegium ecclesiæ, p̄ præfatos justitios nostros p̄t moris est eidem episcopo liberatus, ibidem innocentiam suam super eodem crimine coram eodem ordinario vel episcopo legitime purgaverit, sicut idem episcopus p literas suas patentes nobis significaverit: tibi præcipimus qd' eidem S. terras, tenementa, bona & catalla sua, p te in manū nostrā occasione præmissa, capta, nisi fugam fecerit ea occasione, sine dilatione restituas de gratia nostra speciali. T. &c.

Aliter pro cle-
rico.

¶ Cum S. Clericus su p sinistra homicidii suspitione, vel de diversis felonis coram justitiariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu N. vel coram dilectis & fidelibus, &c. justitiariis nostris ad Gaolam nostram de N. deliberandum assignatis indictatus, vel sic & melius, Cū A. de diversis felonis indictatus, & de eisdem coram &c. ut supra, rettatus, &c. innocentiam &c. coram N. & F. commissariis ipsius episcopi in ea pte specialiter deputatis, legitime, &c.

Aliter & meli-
us.

¶ Rex, vicecomiti N. salutem. Cū A. capellanus nuper coram justitiariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu N. apud Northampton, de eo quod ipse noctanter supervenit simul cum aliis apud W. & Henricum & fratrem ejus pro morte Rogeri Rag captum & in custodia constabularii & decennarii de W. liberatum, cepit felonice & abduxit, & bona & catalla ejusdem Henrici ad valenciam centū solidorū nobis forisfacta cepit & asportavit, rettatus &c. episcopi de L. loci diocesani, &c. vel ad requisitionem S. custodis spiritualitatis, vel R. vicarii generalis, &c. sicut idem episcopus custos vel vicarius, &c.

Aliter pro ca-
pellano, quia
cepit fratrem su-
um à pr̄sona
regis noctanter
& bona etiam
forisfacta regi.

Regula.

¶ Et possunt ista brevia dirigi escaetori, vicecomiti, majori, aldermannis, constabulariis, &c. p̄t casus requirit, &c.

¶ Tibi

Tibi præcipimus quòd Roberto T. de H. filio & hæredi prædicti N. terras & tenementa quæ fuerunt ejusdem N. p te in manû nostrâ occasione prædictâ ut dicitur capta, sine dilatiõne liberes de gratia nostra speciali. T. Custode apud F. 15 die Febr. Angl' 17. Et Frac' quarto. Parnyng Canc'.

Aliter p hære-
de de habedis
terris quæ fue-
runt patris sui
qui obiit ante
purgationem.

REX, dilecto & fideli suo I. salutē. Cùm, ut accepimus N. clericus coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam nostrâ de A. deliberadum assignatis, de quibusdâ latrociniis, unde recitatus fuit allocutus, tanquam clericus in hac parte convictus in defectu ordinarii loci illius, qui ad ipsum N. juxta privilegium clericale petendum & recipiendum præsens non fuit, Gaolæ prædictæ sub custodia vic' nostri Buk. quousq; per hujusmodi ordinarium juxta libertatem ecclesiasticam requisitus fuerit sibi deliberari, in eadem salvo custodiend' mancipatus fuisset, ac jam dilectus clericus noster magister Simon de Illep. venerabilis Patris H. Lincolni episcopi loci illius diocesani vicarius generalis, ipso episcopo in remotis agente, nobis supplicaverit, ut ipsum N. juxta privilegium clericale ac ecclesiasticam libertatem sibi deliberari jubere velimus: nos jura & libertates ecclesiasticas illæsa volentes in omnibus observari, vobis mandamus quòd si prædict' N. tanquã clericus convictus in defectu ordinarii prædicti, præfato vic' p vos liberatus fuerit custodiendus ut prædict' est, & ea occasione & non alia in Gaola prædict' detineatur, tunc ipsum N. præfato S. vel ejus in hac parte commissar', cùm p ipsum super hoc fueritis requisiti, sine dilatiõne deliberari demandetis, p ut secdm' privilegium & libertatē prædict' fore videritis faciendū. T. &c.

Quando cleri-
cus cõvictus in
defectu ordi-
narii cõmitti-
tur Gaolæ, bre-
ve ad delibe-
radū ipsum or-
dinario post-
modū si petat.

REX, dilectis & fidelibus suis A. & B. justitiariis ad Gaolam, &c. assignatis salutem. Significavit nobis venerabilis Pater I. Episcopus Lincolni p literas suas patentes, quòd cùm D. nuper crimine furti sibi imposito, & in Prisonsa nostra de N. detentus, ab eadem Prisonsa evasisset, & usq; ad ecclesiam ejusdem villæ p immunitate ecclesiæ obtinenda confugisset: quidam malefactores salutis suæ immemores, ad dictam ecclesiam accedentes, ipsum D. a cõmiterio ejusdem ecclesiæ vel a prædict' ecclesia violenter extraxerunt, & usq; A. adduxerunt, & ipsura vicecomiti nostro comitatus prædicti liberaverunt carcerali custodiæ ibidem mancipandum, in qua adhuc detinetur in libertatis ecclesiasticæ præjudicium manifestum. Et quia nolumus quòd libertas ecclesiastica p nos vel ministros nostros quoscunq; aliquialiter violetur: vobis mandamus quòd si vobis constiterit ita esse, tunc ipsum D. ad eundem locū a quo extractus fuerat, ut est dictum, reduci faciatis, ibidem in eodē statu, quo, tempore extractionis prædicti, fuerat, juxta libertatē ecclesiasticam moraturus. T. &c.

Quod extract'
ab eccl' resti-
tuatur ad eadē.

REX, vicecomiti salutem. Licet nuper ad requisitionem venerabilis Patris W. archiepiscopi Cantuar', p literas suas patentes nobis significantis R. de B. Lincolni dioc' propter manifestam contumaciam suam ad instantiam A. in quadam causa ad curiam Cantuar' legitime devoluta excommunicatum esse, nec se velle p censuram

Scire fac' qua-
re non debet
su p fideri cap-
tioni pendente
appellatione.

Breve ad deliberandum corpus, &c.

ecclesiasticam justitiam, tibi preceperimus quod predictum R. per corpus suum secundum consuetudinem Angli justitiam, donec, &c. satisfactum: quia tamen prefatus R. in sui juris defensione assistens, a sententia predicti tanquam ab iniqua ad sedem apostolicam legitime appellaverit, & appellationis sue negotium in curia Romana coram iudicibus per dominum summum pontificem ad hoc deputatis sequitur cum effectu, sicut per literas bullatas & instrumenta publica super his confecta & in cancellaria nostra exhibita, plenius apparet, & nobis supplicavit sibi remedium in hac parte adhiberi: nos nolentes ipsum R. preteritum brevis nostri predicti indebite pregraviari, tibi precipimus quod scire facias prefato A. ad cujus prosecutionem dicta sententia lata fuit, quod sit coram nobis in cancellaria nostra tali die ubicumque tunc fuerit, quam diem prefato R. dedimus, ibidem ad proponendum si quid pro se habeat vel dicere sciat quare captionem eiusdem R. superfederi non debeat pendente placito appellationis antedictae. Et si prefatus R. invenerit tibi sufficientes manucaptos qui eum manucapient, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, habere tunc ibidem ad dictum negotium appellationis proseguendum, & ad faciendum & recipiendum ulterius quod curia nostra consideraverit in hac parte: tunc executioni brevis nostri predicti de predicto R. pro corpore suum secundum consuetudinem Angli justitiam interim supersedeas pro manucaptionem antedictam. Et habeas ibi hoc breve, T.

Breve ad deliberandum corpus quia premonitus non venit. Supersedeas super le Scire facias quia pars premonita non venit.

REX, vicecomiti salutem. Cum nuper ad denunciationem, &c. usque ibi, esset satisfactum, ac nos postmodum eodem quod predictus R. in sui juris defensione, &c. usque ibi, adhiberi, tibi precepimus quod scire faceres prefato A. &c. usque ibi, supersederi, ac tu nobis retornaveris quod scire fecisti prefato A. per B. & C. quod esset coram nobis ad diem supradictum: Vel sic, quod breve nostrum de capiendo ipsum R. retornasti ballivis libertatis A. de B. qui retornum omnium brevium nostrorum habent, qui tibi responderunt quod scire, &c. Et quia predictus A. non venit coram nobis ad diem predictum, & nolumus quod eidem R. per predictum breve nostrum via precludatur quo minus, &c. ut supra en le supersedeas, &c.

Scire facias ad denunciationem vicarii generalis, &c. ad excommunicatum in cancellaria ducentum sub custodia, quia non invenit manucaptos ubi idem excommunicatus appellaverit ad curiam Cantuar'.

REX, vicecomitibus, &c. salutem. Cum nuper ad requisitionem S. de in remotis agente, vicarii generalis per literas suas patentes nobis significantis Nicholaum B. dictae Lincoln' diocesis propter manifestam contumaciam auctoritate ipsius episcopi ordinaria excommunicatum esse, nec se velle, &c. vobis preceperimus quod praefatum, &c. satisfactum, ac ex parte ipsius N. qui virtute mandati nostri predicti per vos captus & in Prisona nostra de Newgate detentus existit, ut dicitur, nobis sit supplicatum, ut cum ipse a sententia predicta, &c. & per tutionem ad curiam Cantuar' legitime appellaverit, &c. quatenus potuit, proseguatur cum effectu, sicut per instrumenta publica, &c. apparet, velimus praemissis consideratis sibi de remedio in hac parte provideri facere opportuno: nos nolentes quod praefato Nicholao per breve nostrum predictum via precludatur, &c. prosegui possit in forma juris maxime &c.

&c. integer esse debeat : vobis precipimus qd' scire, &c. quod sit, &c. tali die, &c. quare predict' N. à prisona predict' deliberari non debeat pedēte, &c. supradicto. * Et venire facias coram nobis in eadē cancellaria ad diem predict' p̄fatum Nicolaum sub salva & securo custodia ad faciendū & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeatis ibi nomina illorum p̄ quos, &c. & hoc breve. T. apud Turrim Londoni anno 11.

REX, justitiariis suis de banco salutem. Cū nos nup̄ ad significati-
onem S. de Islep̄ &c. usq; ibi excōmunicatū extitisse, nec se velle
&c. esset satisfactum, & subsequenter ex parte ipsius N. virtute manda-
ti nostri predicti capti & in prisona nostra de N. tunc detenti, accipi-
entes ipsum à sententia predicta tanquā ab iniqua, ad sedem apostolicam,
& pro tuitione ad curiā Cantuar' legitime appellasse, & appellationis
suæ negotium quatenus potuit prosecutū fuisse, sicut per instrumenta
&c. apparebat, & nolentes eo p̄textu p̄fato N. per breve nostrū predict'
viam p̄cludi, quò minùs appellationis suæ negotium, &c. maxime cum
hujusmodi breve nostrum, &c. processerat & appellantiū status, &c. p̄
breve nostrū p̄ceperimus p̄fatis vicecomitibus, qd' scire facerent, &c.
qd' esset, &c. tali die, &c. ad ostēdēdū, &c. appellationis negotio supra-
dict', & qd' venire facerēt corā nobis in eadē cancellaria, &c. in hac par-
te, ad quē diē dicti vicecomites ducto corā nobis in cancellaria nostra
apud Novū Tēplū Lond' tunc existente, corpore predict' N. juxta te-
norē brevis nostri supradicti, nobis retornaverunt qd' scire fecerunt p̄-
fato E. qd' esset coram nobis in cancellaria illa, ad eūdē diē, qui quidē
E. solemniter vocatus ad diem illum seu quarto die p̄xime sequenti, p̄-
cessu inde usq; ad diem illum ut est moris cōtinuato, p̄ se vel p̄ aliqū
aliū nō cōparuit, p̄ qd' p̄ eo qd' p̄ instrumenta predict' evidēter apparebat
predict' N. à sententia predict' appellasse ut est dict', cōsideratum fuit qd'
idem N. à prisona predict' deliberaretur ad appellum suum predict' p̄se-
quend' ut deceret : nos p̄ eo qd' diversa placita p̄ diversa brevia nostrā
inter ipsum N. & p̄fatum E. ad sectam predicti N. jam sunt pendentia
coram vobis, ac idem N. timeat sibi p̄judicium & diutinā dilationē in
p̄secutione sua placitorum predictor' p̄ maliciā predict' E. allegando coram
vobis ipsum N. esse excōmunicat', ut sic à responsione p̄cludatur, posse
verisimiliter evenire : p̄missa, p̄ securitate & indemnitate ipsius N.
in hac parte, vobis significamus, ut consultiùs & circumspectiùs in pla-
citis p̄ brevia predict' corā vobis pendentibus p̄cedere valeatis, scdm' le-
gem & consuetud' regni nostri. T.R. apud Novū castrū sup̄ Tynam 20
die Januarii anno 12.

REX vicecomitibus Londoni salutem. Cum nuper ad p̄secutionem
venerabilis Patris H. episcopi Lincolni, vobis p̄ceperimus qd' I. de
Newsom personam eccl' de N. tanquam excōmunicatam, &c. usq; ibi,
esset satisfactum, & nos postmodum ad p̄secutionem ejusdem Jo-
hannis accipientes ipsum à sententia predicta in ipsum per p̄fatum epis-
copū latā, tanquam ab iniqua ad sedem apostolicam legitime appel-
lasse, & appellationis suæ negotiū p̄secutū fuisse cum effectu, vobis p̄-
ceperimus

* Ista clausula
(Et venire fa-
cias) fuit addi-
ta, eò qd' non
potuit inveni-
re manucapto-
res, quos, si po-
tuisset inve-
nisse, p̄ eorū
manucaptionē
debuisset deli-
berari.

Significavit in-
de justitiariis
qd' p̄cedat in
placitis pedē-
tibus, &c. non
obstāte, excō-
municatione si
qua allegetur
coram eis, &c.

De excōmuni-
nicato capto &
p̄ manucapto-
res dimisso ite-
rū capiēdo, eò
qd' nō v̄it in
cancellaria ad
respondēdum
juxta formam
manucaptionis
& de capiēdo
corpora manu-
captorū ad ha-
bēda corā rege
ad respōdēdū
tam ipso regi
quā parti.

De Excommunicato capto, &c.

ceperimus quòd scire faceretis præfato episcopo ac magistro Gilberto de B. ad cujus prosecutionem idem Johannes excommunicatus est, qd' essent in cancellaria tali die proximò præterito, ad ostendendum, &c. ut in primo scire facias, quare executioni brevis nostri de capiendo præfatum Johannem supersederi non deberet, & si ipsum Johannem prætextu brevis nostri prædicti ceperitis, & idem Johannes inveniret vobis sufficientes manucaptos qui eum manucaperent habere coram nobis in cancellaria nostra ad diem prædictum, ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraret in hac parte, & ipsum ad prisonam prædictam reducendum, si hoc ibidem contingeret ordinari, tunc ipsum Johannem a prisona, qua sic detinebatur, si ea occasione & nō alia detineretur in eadem, interim deliberari faceretis per manucaptionē supradictam, ac vos prætextu mandati nostri prædicti nobis retornaveritis, quòd scire fecistis præfato episcopo & Gilberto, quòd essent in cancellaria coram nobis ad diem in brevi prædicto contentum, ad faciendum prout in eodem brevi præcipitur, quodq; dimisistis dictum Johannem per manucaptionē Nicolai de Benteley & W. qui eum manuceperunt habere in cancellaria nostra coram nobis ad diem in eodem brevi contentum, ad faciendum & recipiendum qd' curia nostra consideraverit in negotio prædicto, & etiam ad ipsum Johannem prisonæ reducendum si hoc ibidem contingeret ordinari, & licet idem episcopus per Edmundum de Grymesby clericum attornatum suum, & præfatus Gilbertus in propria persona sua, coram nobis in cancellaria nostra ad diem prædictū venerunt, & obtulerunt se paratos ad ostendendū ibidē quare executioni brevis nostri prædicti de capiendo præfatum Johannem supersederi non deberet, iidem tamen manucaptos coram nobis in eadem cancellaria ad diem prædictum venire, seu præfatum Johannem ibidem juxta formam manucaptionis prædicti habere non curarunt, in nostri ac mandati nostri prædicti contemptum, & dictorum episcopi & Gilberti præjudicium manifestum: nos hujusmodi cōtemptum & præjudicium punire volētes prout decet, vobis præcipimus qd' prædictum Johannem p̄ corpus suum secundum consuetudinem Angliæ justitietis, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de injuria ab eo fuerit satisfactum, manucaptione prædicta nostra non obstāte, ac etiam corpora prædictorum N. &c. capiatis, ita quod eos habeatis coram nobis in octavis sanctæ Trinitatis ubicunq; tunc fuerimus in Anglia, ad satisfaciendum tam nobis quā præfatis episcopo & Gilberto, & ulterius ibidem recipiendum qd' curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

Supersedeas
captioni cor-
poris usq; ad
certū diem in
brevis de Scilicet
re fac', ut curia
possit inter-
rum avifare, &c.

¶ Rex dilectis, &c. I. S. W. de S. & R. de S. salutē. Sciatis qd' cum nos nuper ex gravi querela B. accipientes, quod A. Prior de T. N. & L. ac quidā alii malefactores, &c. domos ipsius B. apud W. &c. freg', & bona, &c. asportaverunt, assignaverimus dilectum & fidelem nostrū I. de H. & vos p̄fati W. & R. ac T. de B. tres & duos vestrum justitios nostros, ad inquirendū p̄ sacramentū, &c. secundū legem, &c. regni nostri, ac partes p̄dict' corā eisdem I. de H. & T. diu implacitassent, & postmodū loco ipsius I. de H. assignaverimus vos (p̄fate I. de S.) justitiariū nostrum, ad p̄missa omnia & singula unā vobiscum (p̄fati W. & R.) & p̄dicto T. vel duobus vestrum faciend' & explenda, idemq; T. jam diem clausum extremum ut accepimus: nos volentes p̄cessum per p̄fatos I. de H. & T. in p̄missis inchoatum continuari, & modo debito terminari, assignavimus, &c. Johannē de P. & I. de S. & alterū eorum justitiarium nostrum ad dictū p̄cessum una vobiscum duobus vel aliquo vestrum continuandum, & ad transgressionem p̄dictam audiendum & terminandum, scdm' legem & conf. regni nostri supradictas. Et ideo vobis mandamus, quod vos duo vel aliquis vestrum, ipsos Johannem de P. & Johannem de S. vel alterū eorū ad p̄missa faciend' & explenda, in socios vel in socium admittatis in forma p̄dict'. Mandavimus enim eisdem I. de P. & I. de S. quod ipsū vel eorum alter p̄missis omnibus & singulis faciend' & explend', una vobiscum duobus vel aliquo vestrum intendat vel intendat, sicut p̄dictum est. T. &c.

Associatio apud Loñ. 11. E. 3. in brevi de audiend' & terminando ad continuandū p̄cessum post mortē justitiorum.

Fiat clausum?

¶ Breve

De audiendo & terminando.

Regula. **¶** Breve patens factū fuit I. de P. & I. de S. & breve clausum I. de H. de mittendo recordo & p̄cessu coram ipso & Bacouū inchoatum.

Demittēdo recordo & p̄cessu in brevi de audiēdo & terminando de trās, &c. quia arrainavit actiōem coram rege, &c. **¶** Rex dilectis & fidelibus suis A. & B. salutem. Cū I. arrainaverit corā nobis p̄ breve nostrū quāda juratā 24 militū, ad convincendū juratores cujusdam inquisitionis factæ coram vobis & dilectis & fidelibus nostris R. de W. & G. justitiariis nostris, ad diversas transgressiones & felonias in comitatu L. factas audiendum & terminandum assignatis apud C. per breve nostrum inter W. & p̄dictum I. de quadam transgressione eidem W. p̄ p̄fatum I. illata ut dicitur, ac expediens sit & necesse quòd nos super recordo & p̄cessu inquisitionis prædictæ certioremur: vobis mandamus quòd si judicium inde redditum sit, tunc recordum & p̄cessum p̄dict' cū omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis, & hoc breve. T. &c.

Mittimus de eodē corā rege. **¶** Rex dilectis & fidelibus suis Johanni Knyvet & sociis suis justitiariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem: Recordum & p̄cessum cujusdam inquisitionis factæ, coram dilectis & fidelibus nostris R. de F. & sociis suis nuper justitiariis nostris, ad quādam transgressionem A. de B. p̄ I. apud L. illatam ut dicebatur audiendū & terminandum assignatis, quæ corā nobis in cancellariā nostrā venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, ut his inspectis in quadam jurata 24 militum, quam I. arrainavit corā nobis p̄ breve nostrū, ad convincendū juratores inquisitionis p̄dict', securiùs & consultiùs p̄cedere valeatis scdm' legem, &c.

De querela corā rege & consilio discutiāda & termināda. **¶** Rex I. de B. militi salutem. Quia volumus quòd querela pendens inter te & C. & alios coram certis justitiariis nostris ad hoc nuper assignatis, de quadam transgressione quam præ tendis ut dicitur nobis & tibi per præfatum C. & alios illatam fuisse, coram nobis & consilio nostro apud Westmoñ in quindena sancti Michaelis proximo futuro discutiatur & terminetur: tibi præcipimus quòd sis coram nobis & consilio nostro apud Westmoñ ad quindena p̄dict' quē diē p̄fato C. dedimus tunc ibidem, ad informandum nos & consiliū nostrū sup negotio p̄dicto, & ad faciendū & recipiendū qd' p̄ nos & consilium nostrum p̄dict' sup dicto negotio considerari contigerit tunc ibidem. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Per consilium.

Revocatio brevis de audiēdo & terminando, quia non est enormis læsio. A. 2. E. 3. ca. 2. **¶** Rex dilectis & fidelibus suis I. & T. salutem. Cū nuper p̄ literas nostras patentes, ad prosecutionem D. assignaverimus vos & cæteros alios fideles nostros, quorum alterum vestrum unum esse volumus justitiariorum nostrorum ad quandā transgressionem eidem B. per C. apud T. ut dicebatur illatam audiendum & terminandum, ac in quodam statuto anno regni nostri secundo apud N. ædito inter alia contineatur

contineatur, qd' brevia de audiendo & terminando non concedantur nisi coram justitiariis de utroq; banco, & coram justitiariis itinerantibus, & hoc pro enormi & horribili transgressionem, juxta formam cujusdam alterius statuti tempore domini Edwardi nuper Regis Angliæ avi nostri super hoc editi, & quia coram nobis & consilio nostro per fidedignos testificatum existit, transgressionem illã non esse nisi tantummodo de quodã simplici insultu ac unico ictu, absq; mahemio seu enormi læsione cuidam servienti ejusdem B. in defensionem ipsius C. illato, videtur eidem consilio nostro hujusmodi transgressionem enormem seu horribilem censer non posse, & p inde executionem cõmissionis nostræ vobis inde factæ fieri non debere: vobis mādamus qd' executioni prædictæ faciendæ omnino supersedentes, vos inde ulterius in aliquo non intromittatis, p̄fato B. dicentes qd' breve nostrũ de transgressionem p̄d' coram nobis aut justitiariis nostris de banco placitandum sibi impetret, si sibi viderit expedire. T.&c.

¶ Rex dilectis & fidelibus, &c. salutem. Ex gravi querela venerabilis patris Wilhelmi E. Archiepiscopi accepimus, quod quidam malefactores parcos Archiepiscopatus E. temporalibus Archiepiscopatus prædicti nuper in manu nostra existentibus apud S.A. & L. vi & armis fregerunt, & in eis fugaverunt, & arbores in parcis p̄dictis ac aliis boscis & clausis ejusdem Archiepiscopatus ibidem tunc crescentes, tempore vacationis p̄dictæ succiderunt, & in vivariis ac liberis piscariis Archiepiscopatus p̄dicti tempore p̄dicto ibidem piscati fuerunt, & piscem inde ac arbores p̄dictas ad valentiam duorum millium librarum, necnon feras de parcis p̄dictis ceperunt & asportaverunt, & alia, &c. perpetrarũt in nostri contemptũ manifestũ, & deteriorationem Archiepiscopatus p̄dicti, ac ipsius Archiepiscopi grave dãnũ, & contra pacem nostram, Et quia contemptũ & transgressionem, &c. impunitos: assignavimus, &c. usq; ibi, & ad transgressionem illas tam ad sectam nostrã quã p̄fati Archiepiscopi audiendũ & terminandum, scdm' legem & cons. regni nostri Angliæ. Et ideo vobis præcipimus, &c. ut in aliis brevibus de eadem materia, &c.

De audiendo & terminando tẽpore vacatiõis Archiepiscopatus E. juxta statutũ Marlebr. cap. 18.

Per cõsiliũ A. 17. p̄ statutũ de Marlebr. cap. penult.

¶ Rex dilectis et fidelibus, &c. salutem. Ex gravi querela D accepimus, quod G. bona & catalla ipsius D. ad valentiã viginti libras apud N. M. et R. quæ sunt in confinio comitatus Norff. & Suff. inventa vi & armis cepit et asportavit, &c. usq; ibi, justitiarios nostros, ad inquirendum p̄ sacramentum p̄borum et legalium hominum de comitatibus p̄dictis, p̄ quos, &c. Mandavimus enim vicecomitibus nostris comitatum p̄d', quod ad certos dies et loca in confinio comitatum p̄dictorum, quos, &c. coram vobis in confinio eorundem comitatum tot et tales p̄bos et legales homines de comitatibus p̄dictis, p̄ quos, &c.

De audiẽdo, &c. in cõfinio, &c.

De audiendo & terminando.

Regula.

☞ Fiant inde duo brevia clausa vicecomitib' cōitatuū prædictorū sic, apud N. M. & R. quæ sunt in confinio comitatus tui & comitatus Suff. & è cōverso & c. qd' ad certos dies & loca in confinio comitatum prædictorum, quos & c. tibi scire faciat venire facias & c. de comitatu tuo prædicto per quos & c. T. R. apud W. & c.

De rescussu facto ballivo regis, & c.

¶ Ex gravi querela D. nobis est ostensum, qd' cum ipse dum fuit ballivus noster hundredi nostri de N. notus & juratus, ratione officii sui averia G. apud N. p quibusdā debitis nostris & amerciamentis, ad quæ idem G. amerciatus fuit in hundredo prædicto cepisset, & averia illa usq; K. ad ea ibidem occasione illa imparcanda fugas voluisset: prædictus G. averia illa vi & armis rescussit, & in ipsum D. ibidem insultum fecit & c. in nostrū contemptū & ipsius D. grave damnum & cōtra pacem nostram. Et quia transgressionem & contemptum prædictos si perpetrati fuerint & c.

Aliter in genere de audiēdo & terminādo contra episcopum Wynton, ballivos, cōstabularios & ministros suos.

¶ Rex vic salutem. Ex clamoris querimoniis diversorum hominum de comitatu tuo ad nostrum sæpius pervenit auditum, quod A. episcopus W. necnon ballivi, constabularii & alii ministri & servientes ipsius episcopi, plurimas & diversas oppressiones, extortiones, duritias, damna, excessus, & gravamina intolerabilia, dictis hominibus in diversis partibus, comitatus prædicti, tā infra libertates quàm extra, multipliciter & diversimodè intulerunt, & de die in diem inferre non desistunt, plures de dictis hominibus vi & armis multoties verberando, vulnerando, eosq; capiendo, imprisonādo, & in prisona forti & dura super terram nudam & absq; alimēto, fame, frigore, & nuditate ferè ad mortē cruciando, & eos a prisona hujusmodi, donec fines & redemptiones ad voluntatem suam fecerint, nullo modo deliberari permittend' necnon domos quorundam hominum humidi vi armata frāgendo, & bona & catalla sua capiendo & asportando, eosdemq; uxores, & servientes suos verberando, vulnerando, & male tractando, & hominibus super hujusmodi duritiis conqueri volentibus in tantum cominand', quod iidem homines in hundredis & aliis curiis dicti episcopi vel alibi negotia sua inde prosequi metu mortis nō sunt ausi, & alia hujusmodi mala, dāna, & excessus inhumaniter indies perpetrando, in nostri dedecus & contemptū, & populi nostri partium prædictarum destructionē & depressionem manifestas, unde plurimum cōturbamur. Nos oppressiones, duritias, damna, & excessus ac gravamina prædicta, si perpetrata fuerint, nolentes relinquere impunita, volentesq; salvationi & quieti dicti populi in hac parte prospicere ut tenemur: assignavimus dilectos & fideles nostros & c. sciri poterit, de oppressionibus, extortionibus, duritiis, damnis & gravaminibus prædictis, per dictos episcopum, ballivos, constabularios, ministros, & servientes suos & alios quoscunq; de cōfederatione sua in hac parte existentes qualitercunq; perpetratis, & de præmissis omnibus & singulis plenius veritatē, & ad querelas omnium & singulorum pro nobis vel pro seipsis inde conqueri & prosequi volentium, necnon ad præmissa omnia & singula tam ad sectam nostram quàm aliorum quorumcunq; audiend' & terminand', secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo tibi præcipimus qd' ad certos & c. quos & c. tibi scire faciant, venire

venire fac' coram, &c. tot & tales p'bos & legales homines de balliva tua tã infra libertates quã extra p' quos rei veritas in p'missis melius sciri poterit & inquiri. Et habeas, &c.

✠ Fiat inde patens justitiariis mutatis mutandis.

¶ Rex, dilectis et fidelibus, &c. salutem. Monstraverunt I. et R. quòd cum ipsi centũ sarpleras, et tres pocas lanæ, et sex pecias plumbi ipsorum I. et R. apud B. in quadã navi L. vel de M. marinarii poni fecissent, abinde usque S. in Flandr' ducend', ad negotiandum ibidem de eisdem, et navis illa in navigando sive velando versus dictas partes Flandr', usque ad portum de B. in partibus Norff. per tempestatem maritimam agitata, et ibidem confracta, ac lana et plumbum prædicta in navi illa tunc existentia ad terram ibidem projecta fuissent, et licet aliqui homines in eadem navi tunc existentes tam videlicet marinarii quàm alii, vivi ad terram ibidem ab eadem navi evasissent: plures tamen homines partium prædictarum lanam & plumbum prædicta, ad terram ut est dictum projecta ac si wrectum fuissent ceperunt et asportaverunt, eadem plumbum et lanam penes se adhuc detinendo, et præfatis I. et R. reddere recusando, in ipsorum I. et R. dispendium non modicum et depressionem manifestam, ac contra legem et consuetudinem regni nostri, super quo nobis supplicaverunt sibi per nos de remedio provideri. Nos igitur super præmissis fieri volentes quòd est justum: assignavimus vos, &c. ad inquirendum, &c. sciri poterit, super modo et causa fractionis navis supra dictæ apud locum antedictum, ac de asportatione lanæ & plumbi prædictorum et valore eorum, et per quem vel per quos asportata fuerunt, et ad quorum vel cujus manus devenerunt, et in quorum vel cujus manibus nunc existunt, et ex quacunque causa, et qualiter, et quomodo, et utrum aliquis in navi prædicta tunc existens vivus ab eadem navi ad terram evaserit necne, et ad plenam restitutionem et celerrimam justitiã præfatis Johanni et Richardo de lana et plumbo prædictis si existant, vel valorem eorundem si non existant, quatenus iidem Johannes et Richardus scdm' legem Mercatorum probare poterunt lanã & plumbum prædict' sua esse & taliter asportata esse, dum tamen aliquod animal à dicta navi vivum evaserit, ut prædictũ est; ita quòd lana illa & plumbum wrectum dici non possunt, scdm' legẽ & cons. prædict' put justũ fuerit faciendũ. Et ideo vobis mandamus quòd ad certos dies, &c. p'videritis, inquisitionẽ prædict' capiatis, & p'missa faciatis & expleatis in forma prædict'. Mandavimus enim vicecomiti nostro Norff. quòd ad certos dies, &c.

Regula.


De audiendo & terminando de navi fracta p' tẽpstatẽ, & si bona debeãt dici wrectum necne.

¶ Rex, vic' talis com' salutẽ. Quia datum est nobis intelligi, qd' Thom' Warmyngton de Coventre nup' subvic' comitatus præd', & Henr' de Coventr' tunc clericus ejus, Jo. de F. & I. de B. clerici ballivorũ civitatis nræ L. ac alii ballivi clerici & ministri nr'i, ac aliorũ de comitatu præd' in officiis suis se male gesserunt & adhuc gerunt, & coloribus officiorum suorum, necnon aliis coloribus quæsitis, hominibus de comitatu prædicto


De audiendo & terminando de diversis oppressionib', rerũ extortioib', dånis, gravaminib', &c. contra ministros regis.

De audiendo & terminando.


prædicto ac aliis hominibus infra eundem comitatū venientibus, oppres-
siones, rerum extortiones, transgressiones, damna, gravamina & excessus
quamplura, p̄ falsa appella, indictamenta, & conspirationes, & alio mo-
do fecerunt, & de die in diem faciunt, unde punitio aliqua adhuc posi-
ta non existit : nos tamen p̄ nobis quàm p̄ prædictis hominibus remediū
inde apponere volentes, assignavimus dilectos, &c. justitios ad inqui-
rendum, &c. de comitatu tuo tam infra, &c. sciri poterit, de omnibus,
oppressionibus, conspirationibus, rerum extortionibus, transgressionibus,
damnis, gravaminibus, & excessibus prædictis, tam ad sectā nostrā
quàm aliorū, plenius veritatem, & ad præmissa omnia & singula, ac alia
ea tangentia ad querelas omnium & singulorū tam p̄ nobis quā p̄ seip-
sis conqueri & prosequi volentium, tam infra libertates quā extra audi-
end' & terminand', & ad plenā & celerem justitiā inde tam p̄ nobis
quā pro hujusmodi conquerentibus faciendū, scdm' legem & cons. regni
nostri Angl'. Et ideo, &c. quos, &c. quorum, &c. unum esse volumus, tibi
scire fac', venire fac', &c. de balliva tua, &c. tam, &c. & inquiri, &c.

Regula.  Fiat inde patens justitiariis mutatis mutandis.

Aliter ballivis
& majori ad
amovendū eos
ab officio quo-
usq; inquisitio
foret de eorū
gestu.

 Rex Majori & ballivis civitatis nostræ London' salutem. Cum as-
signaverimus dilectos, &c. ut supra, ad inquirendū, &c. sciri poterit, de
oppressionibus, &c. ut in primo brevi ; per clericos vestros civitatis præ-
dictæ de comitatu prædicto factis ut dicitur, tam ad sectā nostrā quā alio-
rum, plenius veritatem, & ad præmissa omnia & singula, ac alia ea tāgen-
tia ad querelam omnium & singulorum tam pro nobis quā pro seipsis
conqueri & prosequi volentium, tam infra libertates quam extra, au-
diend' & terminand', & ad plenā & celerē justitiā inde tam pro nobis
quā pro hujusmodi conquerentibus faciendam, scdm' legem & cons.
regni nostri Angl', put in commissione nostra inde confecta plenius
continetur: nos attendentes quod veritas in præmissis libere & ad ple-
num inquiri non potest, dum iidem T. & I. &c. steterint in officio
aliquo in civitate prædicta, vobis præcipimus quod ipsos T. & I. &c.
vel eorum aliquem in aliquo officio ad nos in civitate prædicta p̄ti-
nente nullatenus ponatis, donec de præmissis & gestu suo plenius inqui-
ratur ut est dictum. Et si ipsi vel eorum aliquis officium aliquod ibi-
dem jam teneant vel teneat: tunc ipsos & eorum quemlibet quan-
tum ad vos pertinet sine dilatione amoveatis ab eodem, taliter in exe-
cutione istius mandati nostri vos habentes, ne ad vos tanquā ad ejus-
dem mandati nostri contemptores materiā habeamus graviter capiend'.
T. &c.

De bonis arre-
standis ne dif-
sidentur.

 Rex, vicecom' L. salutem. Cum nuper ad prosecutionem dilecti
clerici nostri I. de W. nobis suggerentis A. & B. catalla, &c. cepisse,
&c. assignaverimus dilect', &c. G. I. & K. justitios nostros, ad in-
quirendum, &c. & ad audiendum & terminandum, secundum legem
& consuetudinem regni nostri Angliæ, ac jam ex querela ejusdem

Johannis

Johannis accepimus, quod prædicti A. & B. bona & catalla prædicta distrahere, & aliàs elongare nituntur, quominus recuperatio eorundem bonorum & catallorum versus eosdem A. & B. propter paupertatem eorundem fiat, per quod idem Johannes nobis supplicavit sibi in hac parte de remedio provideri: nos eidem I. super recuperatione bonorum & catallorum prædictorum volentes quatenus cum justitia poterimus subvenire, tibi præcipimus quod bona & catalla prædicta ubicunque in balliva tua inveniri poterunt, arrestes, & ea salvo custodiri fac, quousque illud de eisdem secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ coram justitiariis nostris ad hoc assignatis, seu aliis in posterum assignandis, fuerit ordinatum, &c.

¶ Rex, vicecomiti Lincoln salutem. Ex gravi querela prioris de D. accepimus, qd' cum ipse habeat & habere debeat, ipseque & prædecessores sui à tempore quo non extat memoria, certam multuram de omnibus infra dictam villam de D. brasiano habere consueverunt, & quendam hominem & unum equum ad cariandum hujusmodi brasium de singulis locis ejusdem villæ ad molendinum ipsius prioris, ibidem ad molendum sive ad molendinandum, & ad dictum brasium exinde cariandum invenire consueverint: A. B. & T. ac quidam alii malefactores, &c. ipsum priorem, homines, & servientes suos, quominus dicti homines & servientes sui hujusmodi brasium de villa prædicta usque ad molendinum prædictum cariare & exinde recariare, & idem prior hujusmodi multuram de brasio prædicto percipere & habere possit, vi & armis impediverunt, & in homines, &c. per quod, &c. servitium suum, &c. necnon multuram suam prædictam p magnum tempus amisit, & alia, &c. ad damnû ipsius prioris ducentarum librarum & contra pacem nostram, &c.

De audiendo
& terminando
pro priore de
Daventre.

¶ Rex, dilectis & fidelibus A. B. & C. salutem. Sciatis quod assignavimus vos & duos vestrum justitios nostros ad inquirendum, &c. de comitatu C. &c. qui malefactores & pacis nostræ perturbatores parcos de S. A. & H. in comitatu prædicto, postquam ipsi ad manus nostras venerunt ratione instantis vacationis episcopatus Cicesst, vi & armis fregerunt, & in eis sine licentia & voluntate nostra fugaverunt, & feras ceperunt & asportaverunt, & alia, &c. nobis ibidem intulerunt, in nostri dispendium & contemptum ac contra pacem nostram, & de transgressionibus plenius veritatem, & ad transgressiones illas audiendum & terminandum secundum legem, &c. & terminetis in forma prædicta, facturi, &c. salvis, &c. Mandamus, &c. & inquire, &c.

De audiendo
& terminando
pro rege tem-
pore vacatio-
nis.

¶ Rex, A. B. &c. Cum walliæ, fossatæ, gutteræ, seweræ, pontes, calceta, gurgites, & trenchæ, in partibus Holand' inter crucem de W. & portum de T. per impetum maris & refluxus, ac inundationes aquarum dulcium, per diversa loca in partibus prædictis adeo diruta sint & confracta, quòd quamplurima damna inestimabilia pro defectu reparationis eorundem walliarum, fossatorum, gutterarum, sewerarum, Y pontium,

De walliis, fos-
satis, &c.

De audiendo & terminando.

pontium, calcetorum, & gurgitum, & obstructionis trenchearum prædictarum, temporibus retroactis evenere ibidem, majoraque processu temporis evenire timentur vel formidantur, nisi super hoc celerius remedium adhibeatur opportunum : nos pro eo quod ratione dignitatis nostræ regiæ, ad providendum salvationi regni nostri circumquaque sumus astricti, volentes in hac parte congruum & festinum remedium adhibere, assignavimus vos & duos vestrum, ad supervidendum wall, fossata, gutteras, seweras, pontes, calceta, gurgites, & trencheas prædicta, & ad inquirendum per sacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum de partibus prædictis, tam infra, &c. quos, &c. poteris, per quorum defectum hujusmodi damna contigerint ibidem, & qui terras vel tenementa ibidem tenent, seu communiam pasturæ aut piscariæ in partibus illis, vel etiam defensionem, commodum, & salvationem vel qualitercunque per wallias, &c. prædicta habere poterunt seu etiam damnum per trencheas prædictas sustinent vel sustinere poterunt, & ad omnes illos pro quantitate terrarum & tenementorum suorum, sive per numerum acrarum, sive per carucas per rata portionis tenuræ suæ, seu per quantitate communie pasturæ vel piscariæ suæ ibidem distringend', & per amerciamta & alio modo, prout melius videritis faciendū puniend', unà cum ballivis libertatum & aliorum de partibus illis, ad hujusmodi wall' &c. locis necessariis reparand', & quoties & ubi necesse fuerit de novo faciendum, ac trencheas prædictas in locis necessariis obstruendas, ita quod aliquibus tenentibus terræ seu tenementorum hujusmodi vel communiam pasturæ seu piscariæ habentibus, diviti & pauperi, aut alteri cujuscunque fuerint conditionis, status, aut dignitatis, qui defensionem, commodum, vel salvationem habent vel habere poterunt, qualitercunque pro wall' &c. seu etiam damnum & trencheas prædictas sustinent vel sustinere poterunt, sive fuerint infra libertates sive extra, non parcatur in hac parte. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies & loca, quos vos, &c. ad hoc prouideritis, prædicta wall', &c. supervideatis, & præmissa omnia & singula faciatis & expleatis in forma prædicta, & omnia quæ per vos ordinari & fieri cōtingerit in hac parte, tam infra libertates quam extra, faciatis firmiter observari. Mandavimus enim vicecomiti nostro L. &c. venire fac' tot & tales tam milites quam alios probos & legales homines tam infra libertates, &c. per quos rei veritas melius sciri poterit, &c.

Regula-
Aliter de seweris in aqua de Hankholm.

✠ Et fiat breve clausum vicecomiti mutatis mutandis.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm aqua de Hankholme, quæ inter aquam de Braunford brygge & aquam de Humbre in comitatu prædicto latitudinis quadraginta pedum esse debet & solet, in tantum arctetur & obstruatur, & etiam quædam seweræ inter Elsham & Feriby in tantum similiter obstruantur, quod terræ, prata, pasturæ hominum & tenentiū partium prædictarum, per arctationes & obstructiones prædictas, & etiam per quasdam trencheas per aliquos homines earundem partium auctoritate sua propria, a prædicta villa de E. usque ad

ad dictā villam de F. jam de novo factas inundata sunt, & alia quamplurima dāna inestimabilia ex præmissis causis temporibus retroactis ibidem evenerunt, & adhuc timendū est quod longe majora processu temporis evenient, nisi super hoc celerius adhibeatur remedium ut accepimus opportunū: nos p̄ eo quod ut supra usque ibi, adhiberi, afflignavimus dilectos, &c. ad p̄dictas aquam & seweras, & earum arctationes & obstructions, necnon ad trencheas p̄dictas supervidendum, & ad inquirendum p̄ sacramentū p̄borum, &c. ut in præcedenti brevi, p̄ quorum defectū arctationes, obstructions, necnon damna hujusmodi evenerunt ibidē, & qui p̄dictas trencheas fecerunt, & quando, & qualiter, & quomodo, & omnes illos qui cōmodum & salvationem seu defensionem p̄ elargitionē dictæ aquæ de H. & inundationem earundem aquæ & sewerarum, ac obstructions dictarum trenchearum habere poterunt, p̄ quantitate terrarum & tenementorum suorum sive p̄ numerum acrarum, sive p̄ carucas p̄ rata tenuræ suæ, seu pro quantitate cōmuniæ pasturæ suæ vel piscariæ ibidem distringend', una cum ballivis libertatum & aliorum locorum de eisdē partibus, ad elargitionem, inundationes, sive obstructions prædictas habere poterunt: diviti vel pauperi, vel alteri cujuscunque status seu conditionis fuerit, infra libertatē sive extra nullatenus parcatur in hac parte. Et ideo tibi præcipimus, &c. melius sciri poterit & inquire. Et habeas, &c.

¶ **Rex**, Will' de T. Henr' de S. Winand' de N. & Hug' de B. salutem. Sciatis quod cum nuper assignaverimus R. de P. jam defunctum, recitando totam commissionem prout, &c. continetur, ac jam intellexerimus quod diversi processus super indictamentis in comitatu prædicto jam factis, coram præfatis R. &c. inchoati & nondum terminati existunt: nos nolentes dictos processus per mortem prædicti R. aliquantulum deperire, nec etiam dies per præfatum R. seu alios vestrum &c. pro continuatione processuum prædictorum præfixos discontinuari, sed dictos dies & processus cum ea qua decet justitia, ac si dictus R. superstes fuisset continuari, & ulterius expeditionem eorundem omnium celeritate, qua de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fieri poterit, maturari volentes, assignavimus vos tres & duos vestrum justitarios nostros ad cōmissiones, indictamenta, processus, rotulos, & alia memoranda præmissa tangentia, ab executoribus prædicti R. recipienda, & ulterius tam ad dies per ipsum R. seu aliquem vestrum, &c. pro continuatione processuum prædictorum præfixos ut est dictum, quàm ad eosdem processus sic inchoatos & nondum determinatos continuand', & ad procedendum in eisdem processibus, & ad eosdem ac etiam omnia alia malefacta prædicta audiendum & terminandum, secundum legem & consuetudinem supradictas. Et ideo vobis mandamus, quòd omnia cōmissiones, indictamenta, rotulos, processus, & memoranda prædicta, à dictis executoribus recipiatis, & ulterius dies per præfatum R. seu aliquem vestrum ut prædictum est præfixos, necnon processus prædictos in eisdem comitatibus sic inchoatos continuetis, & in eisdem processibus

De continuando processum inchoatū post mortem capitalis justitiaris in brevi de audiendo & terminando & nota formam cōmissionis.

De audiendo & terminando.

cessibus procedatis, & ulterius ad certos dies & loca, &c. ad hoc provideritis, tam dictos processus quàm omnia alia prædicta malefacta in dictis comitatibus ut prædictum est facta, audiatis & terminetis in forma prædicta, facturi inde, &c. salvis, &c. Mandavimus præfatis executoribus, quòd omnia commissiones, processus, indictamenta, rotulos, & memoranda prædicta, quæ in custodia sua existunt ut dicitur, sub sigillis suis vel alicujus eorum coram vobis mittant indilate, necnon vicecomiti nostro comitatus prædicti, quòd ad certos dies & loca, &c. (ut in communi brevi,) sciri poterit & inquiri. In cujus, &c. T. &c.

De recipiendo
commissiones,
processus, &c.
de executorib'
defuncti, & de
continuando
eisdem pro-
cessus, &c.

¶ Rex, dilectis, &c. W. de T. E. de G. I. H. & W. salutem. Cùm nuper assignaverimus R. de P. jam defunctum, &c. prout, &c. continetur, ac jam intellexerimus quòd diversi processus coram dictis R. abbate, &c. virtute dictarum literarum nostrarum, tam super indictamentis ad sectam nostram factis, quàm super billis diversorum fidelium nostrarum querelas suas contingentibus inchoati, & nondum terminati existunt: nos nolentes dictos processus per mortem prædicti R. aliquantulum deperire, nec etiam dies per prædictum R. &c. seu aliquos vestrum pro continuatione processuum prædictorum præfixos discontinuari, sed dictos dies & processus, cum ea qua decet justitia, ac si præfatus R. superstes fuisset, continuari, & expeditionem eorum cum ea celeritate, qua de jure & secundum legem & consuetudinem prædictas fieri poterit, maturari volentes, assignavimus vos quinq; quatuor, tres, & duos vestrum justitarios nostros, ad omnia commissiones, indictamenta, billas, processus, ac rotulos, & alia memoranda præmissa contingentia, de executoribus prædicti R. recipiend', & ulterius tam ad dies per ipsum R. &c. seu aliquos vestrum pro continuatione processuum prædictorum præfixos, quàm ad processus prædictos sic inchoatos & nondum determinatos continuand', & ad processus in eisdem processibus, ac etiam omnia alia prædicta tam ad sectam nostram quam aliorum quorumcunq; audienda & terminanda, secundum legem & consuetudinem prædictas. Et ideo vobis mandamus quod, &c. vel duo vestrum omnia commissiones, indictamenta, rotulos, memoranda prædicta à dictis executoribus recipiatis, & ulterius dies per prædictos R. &c. seu aliquos vestrum ut prædictum est præfixos, necnon processus prædictos in eisdem comitatibus sic inchoatos continuetis, & in eisdem processibus procedatis & ulterius ad certos dies, &c. quos, &c. ad hoc provideritis, tam dictos processus quam omnia alia prædicta in præmissis commissionibus ut prædictum est facta audiatis & terminetis, & ea faciatis & expleatis in forma prædicta, facturi, &c. salvis, &c. Mandavimus enim præfatis executoribus, quòd ipsi omnia commissiones, indictamenta, processus rotulos, & memoranda, quæ in custodia sua existunt ut dicitur sub sigillis suis vel alicujus eorum coram vobis, &c. vel duobus vestrum mittant indilate, necnon vic' comitatum prædictorum quòd ad certos, &c. inquiri, &c. In cujus, &c.

Rex,

REX, nobili viro domino R. comiti Flandr̄ amico suo charissimo salutem cum dilectione sincera. Querelam R. recipimus continentem, &c. ad grave damnum ipsius R. & depauperationem manifestam: nos igitur prædicto R. volentes cum justitia subvenire, amicitiam vestram requirimus cum effectu, quatenus eidem R. de pecunia, bonis, & nave prædictis, vocatis qui fuerint evocandi, satisfactionem debitam ac justitiæ complementum fieri facias, ita quod pro defectu justitiæ querela ad nos inde non perveniat iterata. Et de eo quod super præmissis duxeritis faciend': nos reddatis si placet per literas vestras & per latorem præsentium certiores. Datum, &c.

Litera missa p̄ mercatore Angliæ comiti Flandriæ pro justitia habenda de damnis sibi factis per Flandrenses.

¶ Amicitiam vestram affectuose requirimus & rogamus, quatenus inquisita super injuriis & gravaminibus prædicto Roberto taliter illatis plenius veritate, si inveneritis ita esse: tunc eidem Roberto celeris justitiæ complementum inde fieri fac', prout de jure fuerit faciendum, & sicut volueritis quod nos pro mercatoribus de domino vestro infra regnum nostrum & potestatem nostram venientibus in casu consimili faceremus. Et quid inde faciendum duxeritis, nobis velitis rescribere per præsentium delatorem. Datum, &c.

Aliter de eodem.

¶ Amicitiam vestram requirimus & rogamus, quatenus audita benigne & intellecta querela ipsius P. una cum justis petitionibus & rationibus quas pro ipso fieri seu poni contigerit in præmissis, vocatisque qui ad hoc fuerint evocandi, & inquisita super his si necesse fuerit plenius veritate: eidem P. inde fieri fac' debitum & festinum justitiæ complementum, nostris precibus & amore, ne pro defectu justitiæ de alio nos oporteat remedio providere. Et super eo quod inde ad rogatum nostrum duxeritis faciend', nos quam citius bono modo poteritis reddere velitis per vestras literas certiores. Datum, &c.

Aliter de eodem.

REX, ballivis villæ de Lenñ episcopi salutem Ex gravi querela dilecti nobis S. accepimus, quod cum ipse nuper apud C. in partibus de Spinia in villa de C. causa mercandisandi moram traxisset, & bona & catalla ad valenciã centum librarum emisset: I. & T. & alii malefactores dictæ villæ mercatores de dictis partibus de S. præfatum S. apud dictam villam de S. vi & armis ceperunt & imprisonaverunt, & bona & catalla sua prædicta ab eo abstulerunt, & alia, &c. ei intulerunt, contra legem & rationem, in ipsius S. damnum non modicum & depauperationem manifestam. Et licet idem S. ad sumptus non modicos penes dominos partium illarum fuerit profecutus pro justitia super transgressionibus prædictis habend': ipse tamen non potest justitiam inde obtinere, sicut per quosdam fide dignos, qui tunc temporis in dictis partibus extiterunt, coram nobis est testificatum, super quo nobis supplicavit ut sibi de remedio provideri faciamus. Nos ad testimonium prædictum considerationem habentes, necnon injuriosæ depauperationi ipsius S. compatibles in hac parte: vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod corpora prædictorum T. & I. si ipsi seu eorum aliquis in prædicta villa de Lenñ inventi fuerint, necnon bona & catalla ad valenciã quadraginta librarum quam citius

De arresto facto super bonis mercatorum alienigenum, pro trās facta mercatoribus Angliæ.

De Errore.

ibidem invēta fuerint arrestari, & sub arresto salvo custodiri fac' quousq; prædicto S. de transgressione prædicta, ac de damnis & de perditis, quæ occasione prædicta sustinuit, fuerit satisfactum. Mandavimus enim ballivis villarum magnæ Yernemouth, quod ipsi ad valentiam quadraginta librarum de bonis & catallis prædictorum T. & I. ac cæterorum præ nominatorum unà cum corporibus eorundem quam citius in ballivis suis invēti fuerint arrestari, & sub arresto hujusmodi custodiri faciant, quousq; prædicto S. de transgressione & damnis ac de perditis prædictis in forma prædicta fuerit satisfactum. T. &c.

De superfedendo executioni prioris iudicii pendente loquela de errore in Hustēgo.

REX, majori & vicecomitibus Londoni salutem. Ex parte R. &c. nobis est ostensum, quod cum secundum consuetudinem in civitate prædicta, in casu quando aliquis sive querens sive defendens queritur, quod in loquelis, quæ fuerunt in curia nostra coram vicecomitibus civitatis prædictæ, errores aliqui intervenerunt, recordum & processum loquelarum illarum causa erroris intervenientis, venire faciunt in Hustengo civitatis prædictæ ad errores illos corrigendos, vicecomites civitatis illius executioni prioris iudicii coram eis redditi faciendæ superfedere debent, pendentibus in Hustengo prædicto recordo & processu loquelarum illarum indiscussis, ac nos nuper ad prosecutionem præfati R. nobis suggerētis, errorem in recordo & processu loquelæ quæ fuit corā vobis (præfati vicecomites) in curia nostra civitatis prædictæ, per breve nostrum inter A. & prædictum R. de eo quod idem R. &c. intervenisse manifestum, vobis præceperimus quod recordum & processum ejusdem loquelæ coram vobis in Hustengo prædicto venire faceretis, ad errorem si quis fuerit corrigendum: vos nihilominus (præfati vicecomites) pendente in Hustengo prædicto dicta loquela de errore indiscussa, executionem prioris iudicii fieri facitis minus juste, in ipsius R. dispendium non modicum & gravamen. Vobis igitur precipimus quod si ita est, & idem R. invenerit coram vobis sufficientem securitatem de satisfaciendo tam nobis de eo quod ad nos in hac parte pertinet, quam præfato A. de arreragiis & damnis sibi in hac parte adjudicatis, si contingat primum iudicium affirmari, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte: tunc executioni prioris iudicii faciendæ superfedeat, pendente in Hustengo prædicto loquela de errore supradicto indiscussa. Et si idem R. occasione iudicii illius captus sit & in prisona detentus: tunc ipsum A. a prisona illa, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, per securitatem prædictam interim deliberari fac', ut dictam loquelam suam de errore prosequi possit ut debet. T. &c.

De errore corrigendo.

REX, majori & vicecomitibus Londoni salutem. Quia in recordo & processu ac etiam, &c. coram W. uno vicecomitum civitatis prædictæ in curia nostra ejusdem civitatis sine brevi nostro, &c. ut in primo brevi usq; ibi, prout de jure & secundum consuetudinē civitatis prædictæ fuerit faciendum. Et si prædictus I. damna eidem R. in hac parte adju-

adjudicata, coram vobis ad ea p̄fato R. si contingat iudicium p̄dictum affirmari deliberanda deposuerit, ac insuper invenerit coram vobis sufficientē securitatem, quòd ipse p̄sens breve n̄m de errore p̄sequetur cum effectu: tunc vos, p̄fati vicecom̄, ipsum I. à prisona, qua, occasione p̄dicta detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberari fac' ex causis supradictis. T. &c.

¶ Rex dilectis & fidelib' suis I. de C. & sociis suis iustitiariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Cum Johannes nuper commorans fuisset in obsequio nostro in comitiva dilecti & fidelis nostri R. de K. nuper capitanei nostri de N. super salva custodia ejusdem castri, a die Mercurii proximo post festū sancti Hilarii anno regni nostri secundo, usque diem sabbati proximi post festum Natalis domini tunc proxime futuri, sicut per certificationem ipsius Radulphi quæ coram nobis residet ut dicitur, plene liquet, ac idem Johannes pro eo quòd non venit coram nobis ad satisfaciendum nobis de redemptione sua, occasione cujusdam transgressionis Leonardo de M. vi & armis factæ, unde per quandam inquisitionem inde inter eos in curia nostra coram nobis captam convictus est, in exigendis positus fuisset in comitatu Norff. ad utlagandum, & postmodum medio tempore, quo idē Johannes in obsequio nostro p̄dicto ut p̄dicitur moram fecit continuam, utlagatus est, sicut per recordū & processum utlagar' p̄dictæ coram nobis in hac parte habita plenius poterit apparere ut dicitur, & nobis supplicaverit ut sibi de remedio in hac parte providere velimus: nos quod justum fuerit in p̄missis fieri volentes, vobis mandamus quod inspectis recordo & processu utlagariæ p̄dictæ, ac certificatione ipsius R. in hac parte, si vobis constare poterit, ipsum Johān tempore, quo in dicto obsequio nostro extitit, fuisse utlagatū, tunc ulterius p̄ utlagaria p̄dicta adnullanda, quatenus de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum, procedatis. T. &c.

De errore pro illo qui est utlagatus tempore quo est in obsequio regis.

REX, majori & vicecomitibus Londoni salutem. Quia in recordo & processu, ac etiam in redditione loquelæ, quæ fuit in curia nostra civitatis p̄dictæ coram vobis (p̄fati vicecomites) sine brevi nostro, secundum consuetudinem ejusdem civitatis inter H. & R. de quadam transgressionem eidem H. per p̄fatum R. illata ut dicitur, error intervénit manifestus, ad grave damnum ipsius R. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus p̄dictis plenam & celerem justitiam fieri volentes in hac parte: vobis p̄cipimus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordum & processum loquelæ p̄dictæ cum omnibus ea tangentibus, coram vobis in proximo Hustēgo nostro ejusdem civitatis venire, eaq; in p̄sentia partium p̄dictarū p̄ vos (p̄fati vicecom̄) su p̄ hoc p̄monendarum si interesse voluerint, recitari & diligēter examinari, & errorem, si quis fuerit vel intervenerit in hac parte, modo debito corrigi, & partibus p̄dictis plenam & celerem justitiam inde fieri faciatis,

De errore corrigendo in London' de trās.

Conceditur sine fine & indorsetus.

De Errore.

faciatis, prout de jure & secundum consuetudinem civitatis prædictæ fuerit faciendū. T. &c. vel sic ante T. Et vos, præfati vicecomites, executioni prædictæ per securitatem coram vobis inveniendam vel faciendam, de respondendo eidem H. de eo quod ad ipsum pertinet in hac parte, si contingat prædictum judicium affirmari, interim supersedeatis, &c. vel sic: Et vos, præfati vicecomites, si prædictus S. invenerit vobis sufficientem securitatem, de respondendo præfato I. de damnis sibi in hac parte adjudicatis, si contingat judicium prædictum affirmari: tunc ipsum S. à prisione nostra de S. qua occasione damnorum prædictorum detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, pendente dicto negotio de errore coram vobis indiscusso, si secundū consuetudinē civitatis prædictæ fuerit faciendū, deliberari fac' per securitatem supradictam. T. Anno 13.

De errore corrigendo coram cancellario, &c. facto coram majore stapulæ.

¶ Rex majori & constabulariis stapulæ lanarū, coriorum, pelliū lanutarum, & plumbi, apud Bristol ordinatis salutem. Cū in statuto domini Edwardi quondā regis Angl' progenitoris nostri apud Westm' anno regni sui vicesimo septimo ædito, inter cætera contineatur, quod si aliquis mercator vel alius, de majore vel constabulariis stapulæ conqueri voluerit, quòd ipsi de recto defecerint, aut favorem alicui parti contra justitiam fecerint, per cancellarium & alios de consilio nostro festinanter corrigatur sine dilatione aliquali, jamq; in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii loquelæ, quæ fuit coram vobis in curia stapulæ prædictæ, sine brevi nostro secundum legem & consuetudinem stapulæ, inter A. mercatorem stapulæ & B. de debito centum librarum quod idem A. à præfato B. exigit ut dicitur, error sive defectus intervenit manifestus, ad grave damnū ipsius B. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem sive defectum si quis fuerit modo debito corrigi, & partib' prædictis plenā & celerē justitiā fieri volentes in hac parte, vobis mandamus quod si judicium inde redditū sit, tunc recordum & processum loquelæ prædictæ cum omnib' ea tangentibus habeatis, coram venerabili patre Johanne archiepiscopo Eborū cancellario nostro, & aliis de consilio nostro, tali die proxime futuro ubicunq; tunc fuerit: ut idem cancellarius & prædicti alii de consilio nostro, inspectis recordo & processu prædictis, ulterius inde pro hujusmodi errore sive defectu corrigend' fieri fac', quod de jure & secundum formam & effectum statuti prædicti fuerit faciend'. Et habeatis ibi tunc hoc breve. T. me ipso apud Westm', &c. Breve de statuto.

Patens ad errorem corrigendum in Lōdoñ &c. directū justitiariis.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis R. & S. salutem. Quia ex parte B. accepimus, quòd in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii loquelæ quæ fuit coram custode vel majore & vicecomitibus Lōdoñ, in hustengo nostro ibidem sine brevi nostro, inter C. & prædictum B. de quadam transgressione, &c. illata ut dicitur, error intervenit manifestus, nos in defectu eorundem majoris & vicecomitum volentes errorem, si quis fuerit, modo debito corrigi, & partibus inde fieri justitiæ complementum, assignavimus vos justitiarios nostros unā cum his quos vobis associaverimus, ad prædicta recordum & processum examinand',

aminand', & errorem, si quem in eis aut in redditione iudicii loquelæ prædictæ inveniri contigerit, corrigend', & ad plenam & celerem justitiam inde partibus fac', secundum consuetudinem civitatis prædictæ. Et ideo vobis mandamus, quod ad certum diem, quem ad hoc prævideritis, usque sanctum Martinum magnum Londoni accedatis, & in defectu prædictorum custodum majoris & vicecomitum præmissa fac' in forma prædicta facturi, &c. regni nostri & civitatis prædictæ: salvis, &c. Mandavimus eisdem majori vel custodibus & vicecomitibus, quod ad certum diem quæ eis scire fac', recordum & processum loquelæ prædictæ cum omnib' ea tangentib', ac partes prædictas coram vobis ad locum prædictum venire fac'. In cuius, &c. T. &c.

* Et est de gratia speciali.

☉ Rex majori vel custodi & vicecomitib' Londoni salutem. Quia ex parte B. accepimus, qd' in recordo & processu, &c. usq; ibi, assignavimus dilectos & fideles R. & S. justitios nostros unà cum his quos sibi associaverint, ad prædicta, &c. usq; ibi inde partibus faciend', secundum consuetudinem civitatis prædictæ apud sanctum Martinum magnum Londoni. Et ideo vobis præcipimus, quod ad certum diem quem iidem R. & S. vobis scire fecerint: recordum & processum prædicta cum omnib' ea tangentib', ac partes prædictas coram eis ad prædictum locum venire fac'. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

☉ Rex vicecomitib' Londoni salutem. Quia redditiō iudicii loquelæ quæ est corā vobis in hustengo nostro Londoni, sine brevi nostro inter A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata ut dicitur, diutinam cepit dilationem ad grave damnum ipsius A. sicut ex querela sua accepimus: vobis præcipimus quod si ita est, tunc ad iudicium inde reddendum cum ea celeritate, qua de jure & secund' legē & consuetudinem civitatis prædictæ fieri poterit, præcedatis, T. &c.

☉ Rex majori & vicecomitibus Londoni salutem. Quia in recordo & processu loquelæ, quæ fuit coram A. nuper majore & tunc vicecomitib' Londoni, in hustengo domini Edwardi nuper regis Angliæ patris nostri Londoni sine brevi ipsius patris nostri, ac in redditione iudicii ejusdem loquelæ coram nuper majore & tunc vicecomitibus Londoni in hustengo civitatis prædictæ, inter abbatem de W. & A. de B. de averiis ipsius abbatis captis & injuste detentis ut dicebatur, error intervenit manifestus ad grave damnum, &c. ut accepimus: nos nolentes errorem si quis, &c. complementum, &c. assignavimus dilectos & fideles nostros Berpardum, Richardum, Thomam, & Johannem, & tres & duos eorum justitios nostros ad recordum & processum loquelæ prædictæ in præsentia vestra si interesse volueritis, apud ecclesiam sancti Martini magni Londoni supervidendum & examinandum & errorem si quem in recordo & processu prædictis, aut redditione iudicii loquelæ prædictæ inveniri contigerit, corrigend', & ad plenam & celerem justitiam inde partibus prædictis faciendum, secundum legem & consuetudinem civitatis prædictæ. Et ideo vobis præcipimus, qd' ad certum diē quæ iidē Bernardus, R. T. & I. tres vel duo eorū vobis scire fac':

Nota.

Breve inde majori & vicecomitibus de venire faciend' recordum & processum ac partes coram justitiariis assignā.

De procedēdo ad iudiciū, &c. in Londoni.

Alitet coram justitiariis assignā ad errorem corrigendū in Londoni.

recor-

De Errore.

recordum & processum loquelæ p̄dictæ cum omnib' ea tangētibus, quæ penes vos resident ut dicitur, coram eis tribus vel duobus eorum ad locum prædictum venire fac': vosq; præfati vicecomites, scire faciatis præfato abbati, quòd tunc sit ibi errorem, si quem in recordo & processu prædictis, aut in redditione iudicii p̄dictæ loquelæ inveniri contigerit, auditur, & ulterius factur & receptor qd' curia nostra confideraverit in hac parte. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Patens inde. ¶ Rex dilectis, &c. B.R. T. & I. salutem. Quia, &c. ut. supra usq; ibi, complementum, assignavimus vos tres & duos vestrum iustitios nostros ad recordum & processum loquelæ prædictæ, in præsentia nunc majoris & vicecomitum civitatis prædictæ per vos super hoc præmonendorum si interesse voluerint apud ecclesiam sancti Martini magni Londoni supervidenda & examinanda, &c. ut supra usque ibi, civitatis prædictæ. Et ideo vobis mandamus, quod ad certum diem, &c. provideritis usq; dictam ecclesiam sancti Martini Magni Londoni accedatis, ac præmissa omnia & singula faciatis & expleatis in forma prædicta, facturi, &c. secundum legem & consuetudinem civitatis p̄dictæ: salvis, &c. Mandavimus enim eisdem nunc majori & vicecomitib', quod ad certum diem quem vos, &c. eis scire feceritis: recordum & processum loquelæ prædictæ cum omnibus ea tangētibus, quæ penes ipsos resident ut dicitur, coram vobis ad locum prædictum venire faciatis, præfatisq; vicecomitibus, quod ipsi scire faciant præfato abbati, quod tunc sit ibidem, errorem si quem in recordo & processu prædictis, &c. ut supra in præmissis. In cuius, &c. T. Anno 29.

Nota. * Ceux b̄rs furēt enfeales p̄ tous les sages de la chancery, per assent des serjeants le Roy & autres sages asses: & p̄uille judgment fuit reverse. Per Pernyng.

Quod bona illius qui sequitur breve de errore non amoveantur, ita qd' executio prioris iudicii si affirmetur, possit fieri de eisdem, &c.

¶ Rex majori & vicecomitibus Londoni salutem. Supplicarunt nobis cives nostri civitatis prædictæ, per petitionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam, ut cum querentes in diversis placitis coram vobis, præfati vicecomites, in curia nostra Londoni deductis, p̄ iudicium ritè redditum demandâ suam recuperarunt, & partes defendētes machinantes sæpius executionem iudicii illius prorogare, asserunt errorem inde in recordo & processu, licet nullus sit, intervenisse, recordum & processum illa in pleno hustengo nostro civitatis p̄dictæ coram vobis, & postmodū quandoq; coram iustitiariis nostris ad hoc specialiter deputatis venire fac', ad errorē siquis fuerit corrigendum, & eadem partes defendentes pendente huiusmodi placito de errore, p̄ diversas cavillationes longius indiscusso, executionēque prioris iudicii interim retardante, bona & catalla sua, quæ infra civitatē illâ habent, & de quibus executio prioris iudicii, si affirmaretur, fieri debet, vendant & elōgent, quo minus executio inde fieri possit in eventu, ad magnum damnum partium conquerentium, & retardationem executionis illius, ac enervationem iudicii supradicti, velimus super hoc de remedio congruo providere: nos huiusmodi damnis præcavere, & maliciis illis volentes obviare, vobis mandamus qd' in omni casu, ubi pars defendens

recor-

recordum & processum alicujus loquelæ coram vobis in hustengo prædicto, vel coram aliquibus justitiariis nostris venire faciant, ad errorem si quis intervenerit corrigendum; & executio prioris judicii retardetur ut prædictum est; taliter supervideatis & ordinetis, quod omnia bona & catalla ipsius partis defendentis infra ballivam vestram existentia, usque ad summam rei adjudicatæ damnorum & aliorum hujusmodi, salvo & secure absq; amotione aliqua, pendente hujusmodi placito de errore indiscusso, custodiantur: ita quod executio prioris judicii inde, si consideretur, modo debito fieri poterit de eisdē T. &c.

Per petitionem de consilio.

- Aliter de catallis.** ¶ Quod reddat B. catalla ad valenciam centum solidorū, quæ ei injuste detinet ut dicit. Et nisi, &c. vel sic, qd reddat B. & C. centū marcas quas ei debet & injuste detinet, & catalla ad valenciam quadraginta solidorum quæ eis injuste detinet ut dicunt. Et nisi, &c.
- Aliter de debito & catallis.** ¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Præcipe I. quod juste, &c. reddat H. L. & R. L. executoribus testamenti W. catalla ad valenciam centum solidorum, & quadraginta solidos quæ eis injuste detinet ut dicunt. Et nisi fecerit & prædicti executores fecerint te securum de clamore suo psequendo : tunc summ per bonos summonitores prædictum I. qd sit coram justiciariis, &c.
- Aliter de catallis & pixide.** ¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Præcipe I. qd juste, &c. reddat W. catalla ad valenciam centum solidorum, & quādam pixidē cum cartis, scriptis, & aliis minumentis in eadem pixide contentis, quæ ei injuste detinet ut dicit. Et nisi, &c.
- Pro executoribus.** ¶ Præcipe A. quod juste, &c. reddat B. et C. executoribus testamenti D. quinq; marcas quas ei injuste detinet ut dicunt. Et nisi, &c. et prædicti executores fecerint, &c.
- Contra executores.** ¶ Præcipe A. et B. executoribus testamenti C. qd, &c. reddant D. centum solidos quos ei injuste, &c.
- Aliter pro executoribus versus executores.** ¶ Præcipe A. et B. executoribus testamenti C. et D. et E. uxori ejus coexecutrici prædictorum A. et B. testamenti pd, quod juste, &c. reddant F. et G. executoribus testamenti H. et I. et K. uxori ejus coexecutrici prædictorum F. et G. testamenti prædicti H. decem marcas quas eis injuste detinent ut dicunt. Et nisi fecerint, et prædicti executores testamenti H. et I. fecerint te, &c. tunc summ, &c. prædictos A. B. D. et E. quod sint, &c.
- Nota.** * Nota quod in clausula de securitate facienda sufficit nominare aliquos executores tantum. Sed in clausula de summoniis non sic, imo nomina propria propriis nominata in brevi ut patet in brevi precedenti.

¶ Præcipe

¶ Præcipe I. abbati B. quod iuste, &c. reddat R. executori testamenti S. & abbati de C. & fratri Adæ de O. concanonico ejusdem abbatis de C. coexecutori prædicti R. testamenti prædicti, 10. li. Præcipe G. abbati de D. quod iuste, &c. reddat eisdem executoribus & abbati de C. 10. li. quas, &c. Et nisi, &c. & prædicti executores & abbas de C. fecerint, &c.

Aliter pro executoribus per plures præcipe.

¶ Et fiat breve pro executoribus executorum mutatis mutandis, per statutum Regula. E. tertij anno 25. cap. 5.

¶ Præcipe A. quod, &c. reddat B. & C. executoribus testamenti D. nuper executoris testamenti G. centum solidos, &c.

Aliter pro executoribus executoris.

¶ Præcipe A. & B. executoribus testamenti D. nuper executoris testamenti E. quod reddant A. executori testamenti T. &c.

Aliter versus executores executoris.

¶ Præcipe A. de S. fratri & uni hæredum B. & C. consanguineo & alteri hæred' ejusdē B. qd iuste, &c. reddant W. de N. centum solidos.

Aliter versus fratrem vel filium defuncti.

¶ Præcipe T. F. & Mariæ uxori ejus, H. de T. & I. uxori ejus, filiabus & hæredibus R. de D. qd iuste, &c. reddant W. de N. centum solidos quos ei debent & injuste detinent ut dicit. Et nisi, &c.

* Hujusmodi breve præterit sigillum apud E. anno 8. E. 3.

Nota.

¶ Et nota que les barons les femmes ne sont pas nomes mes per reson de couverture. Et pur ceo filiabus & hæredibus navoit relacion, mes tantum a les femmes. Et dicitur, (debent & injuste detinent) quod mirum est.

Regula.

* Nota que autile brief fuit port vers le heir an. 42 E 3. termino Pasche, & la est affirm per la court que comment qua assets descende al heir apres le mort son auncester de terre en fee simple: il ne ferra mie charge per cel dissent, sil ne eyt per discent jour de brese purchase ou unques puis. Tamen quære sil ferra charge sil soit seyfi jour de brese, &c. de terre, &c. a sa volonte.

Nota.

¶ Præcipe A. qd reddat B. & C. executoribus testamenti D. catalla ad valenciam centum solidorum & 40. solidos, quæ eis injuste detinet ut dicunt, &c.

Aliter pro executoribus.

* Nota qd an. 32 E. 3. termino Pasche, brese de dette fuit port versus le heir cest assavoir frier al obligor, & ne fuit pas nomee heir en le brese mes en le count, & nientlemins le brese fuit adjudge bon. Tamen fuit dit per Thorp qd le brese ferroit le meulx sil puisse aver bñ en la chaüerie & luy nomer heyr in le bñ. Et le hñ fuit challég, co qd en le brese fuit debet, lou il ferroit detinet tantū, nient obstaunt le hñ fuit ajugé bon. Et dicitur præcise qd le brese vers le heir ferra en le (debet & detinet:) mes envers executors detinet tantum.

Nota.

¶ Præcipe A. fil' & hæredi B. qd reddat C. & D. executoribus testamenti E. decem marcas quas ei debet & injuste detinet ut dicunt, &c.

Aliter pro executoribus.

* Istud breve factū fuit quia executores nomine suo habuerūt obligationem.

Nota.

¶ Nota qd si executour vende biens del testatour, & il port brese de det: le hñ dirra (quæ ei injuste detinet) & nemie (debet) cause pur ceo qd le (debet) suppose pperete, & executour ne poet clamer pperete de chose que fuit al mort: cujus contrarium supra.

Regula.

¶ Præcipe A. quod reddat B. que fuit uxor C. administratrici bonorum & catallorum quæ fuerunt D. quæ fuit uxor F. & G. filii ejusdem D. nuper executoris testamenti prædicti F. qui obierunt intestati ut dicitur, & H. & I. uxori ejus coadministratrici ejusdem B. bonorum & catallorum prædictorum 20. li. &c.

Aliter pro administratoribus executorum alicujus versus debitorem intestati.

¶ Nota qd lou il y ad plusours administratours, il coviêt de nomer tous en le

Regula.

De Debito.

breve porte devers eux ou pur eux. Mes la ou il y ad plufors executours : il fuffist de nomer ceux que font administratiō en le breve porte envers eux. Mes s'ils portent breve il leur covient qu'ils soient tous nomes.

De attorn' inde. ¶ **Rex, &c.** Justiciariis suis de banco salutem. Sciatis q̄d A. & B. executores testamenti C. attornaverunt coram nobis loco suo I. & H. ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum, inter ipsos executores & D. de eo q̄d idem D. reddat præfatis executoribus centum solidos, vel catalla ad valenciam centum solidorum. Et ideo, **&c.** Vel sic: inter A. & B. de eo q̄d idem B. reddat præfato A. catalla ad valenciam centum solidorum. Et ideo vobis mandamus, q̄d ipsos I. & H. vel alterum ipsorum si ambo interesse non possint loco ipsorum executorum ad hoc recipiatis. T. &c. Vel sic, inter A. & B. de debito decem marcarum q̄d idem A. à præfato B. exigit. Et ideo vobis mandamus q̄d, **&c.**

Nota. * Nota que termino Hillarii an. E. tertii 21. bñ de dette fuit porte vers le heir & obligatiō de son auncester fuit mis avaunt, & il dit que riens lui descende de mesme launcester. Et trove fuit que terres luy descendit apres la morte de mesme launcester, per qui le pl. recoverist, & fuit agarde que le pl. eust le elegit de la moyte de tout les terres le defendaunt, auxi bien de son purchace come des tenementes à luy descendus. Et la cause fuit pur ceo que lissu que le defendaunt tende, est trove faux.

Dedimus potestatem de debito. ¶ **Rex, dilecto & fideli suo, vel dilecto clerico suo, vel sic, dilecto sibi in Christo abbati de B. salutem.** Sciatis q̄d dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos I. quos coram vobis loco suo attornare voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram justiciariis nostris de banco per breve nostrum inter ipsum I. & H. de debito centum solidorum q̄d idem I. à præfato H. exigit ut dicitur. Vel sic, inter ipsum H. & I. de debito tanti, **&c.** vel sic, inter A. & B. de eo q̄d idem B. reddat eidem A. centum solidos & catalla ad valenciam, **&c.** Et ideo vobis mandamus q̄d cum attornatos illos receperitis, de nominibus eorundem attornatorum nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte & aperte constare faciatis: remittentes nobis hoc breve. T. **&c.**

Aliter. ¶ Sciatis q̄d, **&c.** attornatos B. & C. executorum testamenti D. vel sic, attornatum C. unius executorum testamenti D. quos coram vobis, **&c.** usq; ibi, de banco, inter ipsos executores vel inter ipsum C. executorem & E. coexec prædicti C. testamenti prædicti, & W. de K. de eo q̄d idem W. reddat præfatis executoribus vel præfato C. executori & E. coexecutori prædicti C. testamenti prædicti. 20. li. vel catalla ad valenciam tanti. Et ideo vobis, **&c.**

Regula. ¶ Et possunt ista brevía prædicta fieri è converso pro defendentibus, excepto hoc quod tunc dicendum est sic.

Aliter. ¶ Inter A. & B. executores testamenti C. & prædictum W. Vel sic, inter E. & prædictum W. & S. executores prædicti W. testamenti prædicti, **&c.**

Regula. ¶ Nunquam dicatur in brevib' de dedimus potestaté de debito tanti, nisi in casu quando petitur pecunia numerata tantū, & hoc quādo principalis creditor petit versus principalē debitorē. Et se tenet ista regula in le pone & recordari

&

& carta perdonationis de utlagaria. In aliis verò casibus dicatur, de eo quòd idem B. reddat præfato A. centum solidos & catalla ad valenciam, &c.

Rex, vicecomiti salutem. Præcipe A. Episcopo Lincoln, ad cujus manus bona & catalla quæ fuerunt B. qui obiit intestatus ut dicitur devenerunt, quòd reddat A. centum solidos quos idem B. ei debuit, & prædictus Episcopus ei injustè detinet ut dicit. Et nisi, &c.

De debito verus ordinarius de bonis intestati, &c. W. 2. cap. 19.

¶ Præcipe A. & B. administratoribus bonorum & catallorū quæ fuerunt C. qui obiit intestatus ut dicitur, quòd justè, &c. reddant W. centum solidos quos ei injustè detinet ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter versus administratores.

¶ Et potest le (qui obiit, &c.) omitti in casu quando executores nominati nolunt habere administrationem, & in defectu eorum alii administratores deputati sunt per ordinarium.

Regula.

¶ Præcipe A. de B. & T. de W. executoribus testamēti magistri R. de P. nuper decani ecclesiæ beati Petri Eborum, & custodis spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante, ad cujus manus bona & catalla, quæ fuerunt Eliæ de B. qui obiit intestatus ut dicitur, devenerunt, quòd reddant tali, &c. quadraginta libras quas idem E. ei debuit, & prædicti executores ei injustè detinent ut dicit. Et nisi fecerint, &c.

Aliter versus executores custodis spiritualitatis, ad cujus manus bona & catalla, &c. devenerunt.

* Cest briefe fuist en court anno. xj. R. ij. ou fuist dit que termino Trinitatis an. xvj. E. patris E. tertij avi regis nunc, mesme cestui Robert de P. fuist responder au tiel briefe qu'il porta vers executors de ordinary.

Nota.

¶ Rex, vicecomitibus London salutem. Præcipimus vobis quòd justitietis W. quòd reddat W. episcopo London, administratori bonorum & catallorum quæ fuerunt C. qui obiit intestatus ut dicitur, decem marcas quas ei, &c.

Aliter pro administratore: sed quære inde.

Rex, vicecomiti salutem. Pone ad petitionem petentis coram justiciariis nostris apud Westmonasterium tali die, loquelam quæ est in comitatu tuo per breve nostrum inter A. & B. de debito decem marcarum quod idem A. à præfato B. exigit. Vel sic, de eo quòd idem B. reddat præfato A. catalla ad valenciam, &c. vel sic, inter A. & B. executores testamenti C. & D. de eo quòd idem D. reddat præfatis executoribus, 10. li. Vel sic, catalla ad valenciam, 20. li. Et summ̄ p bonos summonitores prædictum W. quòd tunc sit ibi præfato A. vel præfatis executoribus inde responsurus. Et habeas ibi summ̄, hoc breve, & aliud breve. T. &c. Vel sic, de eo quòd prædicti I. & T. reddant præfato R. duo scripta obligatoria quæ ei injustè detinent, &c.

Pone de debito pro petente.

Canceditur præ sine.

¶ Pone coram justiciariis nostris, &c. loquelam, &c. usq; ibi, ad valenciam, 10. li. Vel sic, inter R. executorem testamēti A. & I. juniorem & C. uxorem ejus coexecutricem prædicti R. & H. de eo quòd idem H. reddat præfatis executoribus & I. quatuor libras. Vel sic, inter C. executorem testamenti W. & B. executorem testamenti A. & N. nuper executricem prædicti C. testamenti prædicti, & T. de eo quòd idem T. reddat præfatis executoribus, 20. li. Et dic præfatis executoribus quòd tunc sint ibi loquelam suam versus præfatū T. inde profecuturi

Pone pro descendente.

Pone de Debito.

- si voluerint. Vel sic: Et dic præfato A. quòd tunc sit ibi, &c. Et ha-
beas hoc breve & aliud breve. T. &c.
- Causa. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, protulit quod-
dam scriptum acquietantiæ de debito prædicto sub nomine prædicti A. a-
Aliter. pud N. in comitatu prædicto factum, vel sic, apud N. in comitatu Lincoln-
factum ut dicitur, quod quidam scriptum prædictus A. omnino dedixit:
propter quod loquela illa in eodem comitatu secundum consuetudi-
nem regni nostri Angliæ ulterius deduci non debet. Fiat executio istius
brevis si causa sit vera & prædictus B. hoc petat & aliter non.
- Causa. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, asseruit ipsum
A. prædictum B. in curia nostra coram iusticiariis nostris de baco, per
breve nostrum de prædictis quatuor libris implacitasse, & easdem qua-
tuor libras versus prædictum B. per considerationem ejusdem curiæ
recuperasse ut dicitur. Fiat executio, &c.
- Aliter pone pro ¶ Pone, &c. inter L. & H. executores testamenti W. & P. & C. execu-
Defendente. tores testamenti R. & A. B. & C. de eo quòd iidem executores testa-
mentum R. & A. B. & C. reddant præfatis executoribus septem libras,
vel sic, quatuor quarteria frumenti, avenarum, fabarum, & pisarum
preii decem solidorum. Et dic præfatis executoribus testamenti W.
quòd tunc sint ibi, &c. versus præfatos executores testamenti R. &
A. B. & C. &c. si voluerint, &c.
- Causa. ¶ Quia prædicti executores testamenti R. & A. B. & C. placitando in
comitatu prædicto, protulerunt quoddam scriptum acquietantiæ de
prædictis septem libris & quatuor quarteriis frumenti sub nomine ip-
sius W. apud, &c. extra comitatum prædictum factum, quod quidem
scriptum prædicti executores testamenti W. in eodem comitatu de-
Aliter. dixerunt ut dicitur: propter quod, &c. vel sic: Quia prædictus B. pla-
citando in comitatu prædicto, allegavit se de debito prædicto onerari
non debere, eo quòd prædictus B. vel sic, idem B. tempore confectio-
nis scripti, per quod præfatus A. asserit ipsum B. de debito prædicto sibi te-
neri, in prisona apud N. in comitatu Lincoln per prædictum A. de-
tentus fuit ut dicitur: propter quod loquela illa in eodem comitatu
tuo secundum, &c. terminari non potest. Fiat executio, &c.
- Aliter. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, asserit se prædi-
ctum debitum præfato A. persolvisse, & acquietantiam suam inde
habere, & pro eo quòd in eadem acquietantia diversi testes de diversis
comitatibus nominantur in loquela illa, in comitatu prædicto secun-
dum, &c. terminari non potest. Fiat executio, &c.
- Aliter ratione ¶ Quia I. de B. ballivus hundredi comitis Derb' honoris de N. in co-
champartiæ. mitatu prædicto, coram quo loquela illa pendet per retrorsum brevis
nostri, placitum prædictum pro parte prædictarum. 10. li. habenda
sibi assumpsit manutenend', propter quòd idem ballivus fovet ipsum A.
in loquela prædicta ut dicitur. Fiat executio, &c.
- Nota. * Nota recordari in curia ubi loquela recordata est per iusticiarios placitanda
juxta libertatem per cartam concessam.

Rex,

R Ex vic' Lincoln salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum, &c. in propria persona, &c. ad curiam nostram Lincoln, & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ est in eadem curia secundum consuetudinem civitatis prædictæ sine brevi nostro, inter A. & B. de debito decem librarum quod idem A. à præfato B. exigit. Et recordum illud habeas coram justitiariis nostris apud Westm tali die, sub sigillo tuo & sigillis quatuor legalium hominum ejusdem curiæ, &c. ut in recordare de averiis. Fiat executio istius brevis si prædictus A. hoc petat & aliter non.

Recordare de debito placitando infra libertates.

Et potest fieri cum causa pro defendente.

Regula.

¶ Quia prædictus B. placitando in curia prædicta, protulit quoddam scriptum acquietantiæ de debito prædicto sub nomine ipsius A. apud N. extra libertatē civitatis prædictæ factum ut dicitur, quod quidem scriptum præfatus A. omnino dedixit: propter quod loquela illa in curia prædicta ulterius deduci non debet. Fiat, &c.

Causa pro defendente.

¶ Rex vic' Essex salutem. Si T. executor testamenti N. de London & P. & C. uxor ejus coexecutor prædicti T. testamenti prædicti fecerint te, &c. tunc pone, &c. I. ballivum H. comitis H. honoris de M. in comitatu prædicto vel de wapentachio de N. quòd sit coram justitiariis nostris apud W. tali die, &c. ad respondendū tam nobis quàm præfatis executoribus & N. quare cum nos nuper tibi per breve nostrum præceperimus, quòd poneres coram præfatis justitiariis apud Westm ad certum diem proxime præteritum, loquelam quæ fuit in comitatu tuo per breve nostrum, inter I. & præfatos executores & N. de eo quòd iidem executores redderent præfato I. decem libras, quæ quidem loquela in curia prædicti comitis honoris prædicti in comitatu prædicto juxta libertatem eidem comiti concessam per te returnata fuit placitanda, & licet tu loquelam illam in eadem curia virtute mandati nostri prædicti coram præfatis justitiariis ad diem prædictum posuisses, & partibus prædictis in eadem loquela eundem diem dedisses: idem ballivus nihilominus placitum prædictum in eadem curia postmodum tenuit, & judicium inde versus præfatos executores reddidit, ac executionem judicii illius fieri fecit, in nostri ac mandati nostri contemptum, & prædictorum executorum & N. damnum non modicum & gravamen. Et habeas, &c.

De attachiando ballivos, quia tenuerunt placitum post le pone in brevi de debito.

¶ Quia prædictus A. placitando in loquela prædicta in wapentachio prædicto asseruit se de debito prædicto onerari non debere, eo quod nihil descendebat in feodo simplici post mortem prædicti I. patris sui: ac prædictus abbas è contrario allegavit quod satis ei descendebat in feodo simplici post mortem ejusdem patris sui in B. in comitatu prædicto, extra libertatē prædicti comitis wapentachii prædicti, & hoc obtulit se verificare ut dicitur, quæ quidem verificatio in wapentachio prædicto terminari non potest: propter quod loquela illa in eodem wapentachio secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' ulterius deduci non debet. Fiat, &c.

Causa pro defendente.

¶ Præcipe A. quod reddat B. quæ fuit uxor C. administratrici bonorum & catallorum quæ fuerunt D. quæ fuit uxor F. & G. filii ejusdem D. nuper executoris testamenti prædicti F. qui obierunt intestati ut dicitur, & H.

Aliter versus administratores.

& I.

Quod Mulieres habeant rationabiles partes, &c.

& I. uxori ejus coadministratrici ejusdem B. bonorum & catallorum prædictorum 30. li. &c.

Quod mulieres habeant rationabiles partes suas de bonis virorum suorum.

REX vicecomiti Berk. salutem, Si A. quæ fuit uxor B. &c. sumoneas, &c. C. & D. executores testamenti prædicti B. qd sint coram justiciariis nostris, &c. ostensuri quare cum secundum consuetudinem in comitatu prædicto hætenus obtentam, uxores post mortem virorum suorum habere debeant rationabilem partem suam de bonis & catallis quæ fuerunt virorum suorum prædictorum: iidem executores præfata A. rationabilem partem suam ad valorem, 40. li. de bonis & catallis quæ fuerunt prædicti B. quondam viri sui detinent minus juste, & eam ei reddere contradicunt, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen, & contra consuetudinem prædictam. Et habeas ibi sum & hoc breve. T. &c.

Regula.

¶ In quibusdam brevibus breve istud fundatur super Magnam cartam, sed non valet pur ceo que forspis de statut nest pas statut.

Aliter pro pueris.

¶ Rex vicecomiti Berk. salutem. Quia A. de N. & S. uxor ejus fecit &c. nos, &c. sum, &c. I. de H. & G. de P. executores testamenti R. & Christianæ quæ fuit uxor A. de M. & Nicholaum filium ejusdem Christianæ, executores testamenti ejusdem A. de M. nuper coexecutoris prædictorum I. & G. testamenti prædicti R. quod sint coram justiciariis nostris, &c. ostensuri quare cum secundum consuetudinem in comitatu prædicto hætenus obtentam & approbatam, pueri post mortem patrum suorum qui eorum hæredes non sunt, nec in vita patrum suorum promoti fuerunt, habere debeant rationabiles partes suas de bonis & catallis quæ fuerunt patrum suorum prædictorum: iidem executores præfatis A. & S. post mortem prædicti R. patris sui cujus hæredes ipsi non sunt, nec qui in vita ejusdem patris sui promoti fuerunt, rationabiles partes suas ad valentiam decem librarum de bonis & catallis quæ fuerunt prædicti R. patris prædictorum A. & S. detinent minus juste, & eas eis reddere contradicunt, in ipsorum A. & S. damnum non modicum & gravamen, & contra consuetudinem prædictam. Et habeas, &c.

Quod mulieres non distringantur pro debito virorum suorum in terris & tenementis quæ tenent in dotem de dono virorum suorum vel de hæreditate sua, vel de perquisito suo, &c.

REX vicecomiti salutem. Cum secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ mulieres in terris & tenementis, quæ tenent in dotem de dono virorum suorum, vel quæ sunt de hæreditate sua, vel quæ sibi acquisiverunt, pro debitis virorum suorum reddendis distringi non debeant ac tu B. quæ fuit uxor A. distringis in terris & tenementis suis quæ tenet in dotem de dono prædicti A. & etiam quæ fuerunt de hæreditate ipsius B. sicut ex querela sua accepimus: tibi precipimus quod ipsam B. in terris ac tenementis suis quæ tenentur in dotem, vel sunt de hæreditate sua propria, vel ex quæsito ipsius B. pro debito ipsius A. quondam viri sui reddendo non distringas vel distringi facias, contra legem & consuetudinem prædictas. Et distractionem, &c.

Aliter de eodem.

¶ Rex vic, &c. Cum secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, mulieres in terris & tenementis, quæ tenent in dotem de dono virorum suorum, vel quæ sunt de hæreditate sua, vel quæ sibi acquisiverunt, pro debitis virorum suorum distringi non debeant nec hætenus distringi consueverunt, ac tu C. quæ fuit

UXOR

uxor E. in terris & tenementis suis quæ tenet in dotē de dono ejusdē E. omissis hæredib' & executorib' testamēti ipsius E. & etiā quæ fuer' de hæreditate sua ac ex quæsito ipsius C. p' debitis prædicti E. quondam viri sui reddendis p' ammonitionem scaccarii prædicti distringis, sicut ex querela ipsius C. accepimus. Et quia nolumus qd eadē C. taliter prægravetur in hac parte: tibi præcipimus qd ipsā C. in terris & tñtis quæ sic tenet in dotē vel de hæreditate sua, p' debitis ipsius E. quondam viri sui reddendis, dū tamen hæred' vel executor testamenti ipsius E. ad debita illa nobis solvenda sufficiāt, nō distringas vel distringi facias contra consuetudinē prædictam. Et districtionē si quam, &c.

¶ Rex Theſ. & baronibus suis de scaccario salutem. Cum secundum legem & consuetudinē regni nri Angl', mulieres post mortē virorum suorum in terris & tenementis, quæ iidem viri & mulieres sibi cōjunctim acquisiverunt, pro debitis in quibus iidem viri sui post hujusmodi acquisitiones inciderunt, distringi non debeant nec hæcenus consueverunt, ac iā ex parte M. quæ fuit uxor B. nobis est ostēsū, qd vos ipsā M. in terris ac tenementis suis in M. in comitatu N. quæ eadem M. & prædictus B. sibi conjunctim acquisiverunt, pro debitis in quibus idem B. erga dominū Edwardū nuper regem Angl' patrem nostrum incidit post acquisitionem terrarū & tenementorum prædictorum, per summonitionē scaccarii prædicti distringi, & ipsam ea occasione multipliciter inquietari facias minus juste, in ipsius M. grave damnū & contra legem & consuetudinē prædictas, sup' quo nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi: nos ipsam M. nolentes in hac parte indebite prægravari, vobis mandamus qd scrutatis rotulis & memorādis præmissa contingentibus, si p' inspectionē eorū, vel p' inquisitionē inde faciendam aut alio modo legitimo vobis constare poterit, prædictum B. in debitis prædictis postquā ipse & præfata M. terras & tenemēta prædicta sibi conjunctim acquisiverunt sicut prædictum est incidisse, tunc demāda, quā eidē M. in terris & tenemētis prædictis, quæ de perquisito suo sic tenet, p' prædictis debitis ad opus nostrū reddend', fieri facitis, nisi alia de causā de eisdem erga nos onerari debeat, sine dilatione supersederi, & ipsā inde quietā esse fac. Et districtionem, &c.

Aliter quod non distringat' post mortem viri, in tenementis quæ conjunctim acquisiverit pro debito virorum suorum in quod incidit post acquisitionem.

¶ Rex Theſ. & baronibus suis de scaccario salutem. Ex parte E. quæ fuit uxor L. nobis est ostensum, qd licet ipsa teneat tertiā partem manerii de F. cum pertinentiis in comitatu Oxon' in dotē, de hæreditate E. de B. fil' & hæf' B. de G. defuncti, qui de domino E. nuper rege Angl' patre nostro tenuit in capite infra ætatem & in custodia nostra existentis ex assignatione nostra: vicecomes tamen noster Oxon' ipsam E. in prædicta tertia parte, pro debitis, in quibus prædictus L. quondam vir suus, & W. dudum domini manerii illius dicto patri nostro tenebantur, omissis illis qui inde de jure debent onerari, graviter distringit & inquietat multipliciter minus juste, in ipsius E. &c. Et quia dictā E. nolumus indebite prægravari: vobis mandamus qd si ita est, tunc demāda, quā idem vic' fac' p' sum' scaccarii prædicti in prædicta tertia parte, quā præfata E. sic tenet in dotē, p' debitis prædictis, put justum

Aliter quod mulier non distringatur in terris & tenementis quæ tenet in dotem pro debito viri sui, de hærede alicujus infra ætatem & in custodia regis existentis durante minore ætate, &c.

Superfedeas de exonerando, &c.

justum fuerit supersederi, ipsumq; vicecom̄ ab hujusmodi districtio-
nibus eidem E. ea occasione faciendis desistere fac̄, durante minore
ætate hæredis prædicti, si qua ei in hac parte indebite facta fuerit, sine
dilatione relaxari facientes. T. &c.

Quod mulieres
non distringan-
tur pro debito
virorum suo-
rum, in tene-
mentis quæ te-
nent in dotem
post matrimo-
nium contra-
ctum, vel con-
junctim perqui-
sitis.

¶ Rex Thef. & baron̄ suis de scaccario salutem, Cū secundum legem
& consuetudinem regni nostri Angl̄, mulieres in terris & tenementis,
quæ tenent in dotem de dono virorum suorum, p̄ debitis in quibus
ipsi viri post matrimoniū inter eos contractū, aut in terris & tenemen-
tis, quæ ipsæ & dicti viri sibi conjunct̄ acquisiverūt, p̄ debitis eorun-
dē virorū, in quibus ipsi post acquisitionē h̄m̄di inciderunt, reddend̄
distringi nō debent nec hæctenus consueverūt, jamq; ex parte M. quæ
fuit uxor R. datum sit nobis intelligi, q̄d vos ipsam M. in quibusdam
terris & tenementis, quæ tenet in dotem, de dono prædicti R. quōdam
viri sui in A. in comitatu N. pro aliquibus debitis, in quibus idem R.
post matrimonium inter eos contractum, nec non de manerio de B. in
eodem comitatu, quod ipsa M. & prædictus R. vir suus sibi conjunc-
tim acquisiverunt, pro debitis ipsius R. in quibus ipse post acquisitio-
nem illam erga progenitores nostros reges Angl̄ incidit ut dicitur,
ad opus nostrum reddendis, per summonitionem scaccarii nostri
vicecom̄ nostro comitatus prædicti, directam distringi, & multiplici-
ter inquietari facitis minus juste, in ipsius M. dispendium non modi-
cū & gravamen, & contra legem & cōsuetudinem prædictas, & quia
eidem M. injuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus q̄d si per
inquisitionem inde faciend̄, aut alio modo legitimo vobis constare
poterit, præfatam M. prædicta terras & tenemēta in A. in dotē, & dictū
manerium de conjuncto perquisito suo una cum dicto viro suo tenere,
dictumq; R. in debitis a præfata M. jam exactis, post matrimonium
inter eos contractum, ac dictam conjunctam acquisitionem, incidisse ut
prædictum est, & alia causa non sit quare eadem M. de debitis prædic-
ti R. onerari debeat: tunc exactiōni quam eidem M. de debitis illis
ad opus nostrū fieri fac̄, supersederi, & ipsam inde ad scaccarium præ-
dictum exonerari & quietā esse fac̄. Proviso q̄d debita illa de execu-
toribus & hæredibus prædicti R. ac tenentibus terrarum ac tenementor-
um quæ sua fuerunt, & quæ inde de jure debent onerari ad opus
nostrum leventur ut justum est. T. &c.

Superfedeas de
exonerando ip-
sum ad scacca-
rium, qui non
est hæres, &c.
nec tenet aliqua
terras seu tene-
menta in feodo
simplici, &c.

¶ Rex Thef. &c. salutem, Ex parte I. C. cōsanguinei Richardi Cur-
son nobis est ostensū, q̄d licet idē I. executor testamēti prædicti R.
non existit, nec plegius aut manucaptor suus aliquo tempore devenit,
nec aliqua terras seu tenemēta quæ fuerūt prædicti R. in feodo sim-
plici teneat, nec aliqua bona seu catalla quæ fuerūt prædicti R. die quo
obiit ad manus suas devenerūt: vos tamen 7. li. & 8. s. in quibus idem
R. nobis tenebatur de tertio an. 10. & 15. triemalium in com. Derb.
nobis per clerum & communitatem regni nostri concess. videlicet
anno regni nostri 25. 60. & octo solidos, & anno regni nostri 31.
quatuor libras, super ipsum R. pro portione sua assessas a præfato I.
per summonitionem scaccarii nostri exigitis, & ipsum ea occasione
multi-

multipliciter inquietatis & distringi faci, in ipsius I. damnum non modicum & gravamen, super quo, &c. nos nolentes ipsum I. indebite onerari, vobis mandamus quod si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum I. executores, plegi, aut manucaptors ipsius R. non existere, nec aliqua bona seu catalla quae fuerunt ejusdem R. die quo obiit ad manus ejusdem I. devenisse, nec aliqua terras seu tenementa quae fuerunt predicti R. die quo sic debitor noster devenit seu postea, in feodo tenere, nec ipsum I. de dictis septem libris & octo solidis aliqua alia de causa erga nos de jure onerari debere, tunc demandae, quam eidem I. de predicti, &c. ad opus nostrum solvendi per summonitionem scaccarii predicti fieri faci, superfederi, & ipsum inde ad idem scaccarium, prout justum fuerit exonerari & quietum esse faci. Provisio quod dicti, &c. de illis qui inde de jure onerandi fuerint, ad opus nostrum leventur ut est justum T. &c. anno 17.

¶ Rex, thes. & baronibus suis de scaccario salutem. Monstravit nobis R. filius I. de W. quod licet ipse non teneat terras seu tenementa quae fuerunt predicti I. praeter 12. messuagia, duas carucatas terrae, decem acras prati, & centum solidatos redditus cum pertinentiis in T. quae praedicti I. & C. uxor ejus mater praedicti R. quorum haeres ipse est tenuerunt sibi & haeredibus de corporibus ipsorum I. & C. exeuntibus, ex dono & concessione magistri H. de C. per finem inde in curia domini E. &c. patris nostri levatum, & quae post mortem praedictorum I. & C. ad manus ipsius R. virtute finis praedicti devenerunt: vos nihilominus ipsum R. in terris & tenementis praedictis, quae sic tenentur in feodo talliato, pro centum & tresdecim libris nobis per arreragiis extentae manerii de Oxford praefato I. per vos, postquam gubernacula regni susceperimus, & tenementa praedicta dictis I. & C. in feodo talliato sic data & concessa fuerunt; commisso reddendo, omissis tam haerede praedicti I. quam tenentibus terrarum & tenementorum quae fuerunt ipsius I. in feodo simplici, qui de debitis suis de jure debent onerari, & sufficienter habeant unde debita illa levare possint, distringitis, & ipsum ea occasione inquietatis multipliciter & gravatis minus juste, super quo, &c. nos nolentes praefato R. in hac parte injuriari, vobis mandamus quod, si vobis modo legitimo constare poterit, messuagia, terram, pratum, & redditum praedicta, praedictis I. & C. in forma praedicta data & concessa fuisse, ipsumque R. aliqua alia terras & tenementa, quae fuerunt praedicti I. praeter eadem messuagia, terram, pratum, & redditum praedicta, quae ad manus suas virtute finis devenerunt, non tenere, ac dictum haereditem seu tenentes praedictos sufficienter habere, unde dicta debita levare possint sicut praedictum est, tunc praedictum R. de praedictis C. & tresdecim li. erga nos exonerari & quietum esse faciatis, illos, qui inde de jure onerari debent prout justum fuerit, onerantes T. &c.

¶ Rex, thesaurario, &c. salutem. Ex parte A. &c. quod licet ipse non teneat aliqua terras seu tenementa, quae fuerunt R. nisi per civis & merceri London die quo idem R. in aliquo computo seu debito nobis tenebat, seu unquam postea, neque manucaptor seu executor existens, nec aliqua bona, &c. devenerunt: vos tamen ipsum A. ad computandum nobis de exitibus unius tene-

De exonerando haereditem qui tenet in feodo talliato.

Aliter superfedeas de distringendo ipsum ad computandum regi, qui non tenet aliqua terras seu

Superfedeas de debito.

nementa alicujus qui obligatus fuit regi ad computandum, &c.

tenementi in parochia tali Londoni, quod fuit talis, a tali die usque talem, quod quidem tenementum ad manus nostras tanquam escaeta nostra devenit vel feisitum fuit, unde idem talis nondum ratione cujusdam tenementi quod idem A. de praefato R. diu antequam praedictus R. in aliquo computo seu debito nobis tenebatur, acquisivit per summonitionem, &c. super quo, &c. nos, &c. poterit ipsum A. praedictum tenementum in parochia tali sibi et haeredibus suis vel in feodo de praedicto R. antequam idem R. in computo seu debito praedicto nobis tenebatur, acquisivisse, et idem tenementum ad manus ejusdem R. nunquam postea devenisse, nec ipsum A. haered', &c. nec ipsum, aliqua alia terras seu tenementa quae, &c. teneat, nec ipsum alia quacumque causa, &c. tunc demandat, &c. ad computandum nobis de exitibus praedictis ratione dicti tenementi in parochia tali per summonitionem, &c. fac. Proviso, &c. de exitibus illis de illis, &c. respondendum ut justum est T. &c.

Aliter de eodem quod non distringatur aliquis pro arreragiis computi, vicecom' solvendis, eo quod non tenet aliqua terras seu tenementa per descensum sed tantum ex perquisito, eo quod tenementum fuit perquisitum antequam vicecomes ille fuerit factus vicecomes regis,

¶ Ex parte A. &c. quod licet ipse aliqua terras seu tenementa, quae fuerunt I. nup' vicecomitis nostri Lincoln, non teneat, nisi tantum unum messuagium cum pertinentiis in G. quod idem I. diu antequam vicecomes noster extitit. seu debitor noster devenit, in feodo alienavit, et quod ad ipsum Arnulphum ex perquisito jam devenit, idemque A. haer', &c. nec aliqua bona, &c. per quod ipse de computo seu debito, in quibus idem I. non tenebatur, aequaliter de jure debeant onerari: vos tamen ipsum A. de C. li. de arreragiis computi ipsius I. de tempore quod vicecomes noster ibidem extitit ad idem scaccarium redditu, ratione messuagii praedicti onerare intenditis, et ipsum ea occasione distringi et multipliciter inquietari fecistis, in status ipsius I. depressionem manifestam, per quod nobis supplicavit, &c. Et quia nolumus ipsum **¶** vobis mandamus quod scrutatis, **¶** tang', si per inspectionem, **¶** vel per inquisitionem, **¶** aut alio, **¶** poterit praedictum I. messuagium illud antequam vicecomes seu debitor noster extitit in feodo alienasse, et aliquem statum in eodem postmodum non habuisse, nec aliqua alia terras, **¶** ad manus ejusdem A. non devenisse, ipsumque haeredem, **¶** non fuisse, et aliam causam rationabilem non esse per quod idem A. de arreragiis praedictis, **¶** tunc, **¶** pro praedictis centum libris de arreragiis computi illius occasione messuagii praedicti ad opus nostrum levandis per summonitionem, **¶** superfederi, **¶** Proviso quod, **¶** de his, **¶**

Superfedeas de debito xls. sine brevi.

R Ex, vic' Wiltes. salutem. Cum placita de catallis & debitis quae quadraginta solidos attingunt vel eam excedunt, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl' sine brevi nostro placitari non debeant, ac A. B. de debito centum solidorum in comitatu tuo sine brevi nostro implacitet ut accepimus: tibi praecipimus quod si ita est, tunc placito illi in comitatu praed' sine brevi nro ulterius tenendo superfedeas omnino. Et praefato A. dicas ex parte nostra, quod breve nostrum de praedicto debito versus praefatum B. sibi impetret si sibi viderit expedire T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, ballivis H. de L. salutem. Cum placita de catallis & debitis, quæ summā quadraginta solidorū attingūt vel eam excedunt, secundū legē & cons. regni nri Angl sine brevi nostro placitari nō debeāt, ac jam ex gravi querela A. acceperimus, quod I. curiæ nrae & legi & consuetudini prædictis illudere, & præfatum A. machinans prægravare, asserens ipsum A. eidem I. viginti libras debere, quandam querelam de debito p̄d' versus ipsum A. coram vobis in curia p̄d' dñi vestri de L. sine brevi nro, ut sic communi legi derogetur, maliciose p̄secutus fuit, contra legem & cons. prædictas, & vos ipsū A. ad respōdend' eidem I. coram vobis in curia prædicta sine brevi nro super querela p̄d' graviter distrinxistis, & ad iudicium de prædictis 20. li. in cui' prædicta reddendis contra ipsum A. p̄cessistis, in ipsius A. dispendiū non modicum & gravamen, ac legis & consuetudinis prædictarū læsionē manifestā, & quia volumus eidē A. in hac parte de remedio quo convenit p̄videre: vobis præcipimus quod si ita est, tunc executioni iudicii p̄ vos in curia prædicta, ut præmittitur, redditi omnino supersedeatis, præfato I. dicentes ex parte nra, quod breve nostrum de debito versus prædictū A. sibi impetret si sibi viderit expedire, T. anno 30.

De superseden-
do executioni
iudicii sine
brevis.

¶ Rex, ballivis, &c. Cum placita, &c. ut supra usq; ibi non debeāt: & tunc sic, ac A. nuper implacitasset coram vobis in cui' prædicti domini vestri de C. W. de debito decem librarum sine brevi nostro, & debitū illud coram vobis in eadem curia versus præfatum W. recuperasset, & vos ipsum W. ad solvend' prædicto A. dictas decē libras graviter distringitis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietatis, in ipsius W. dispendiū nō modicū & gravamen, & contra legem & consuetudinem prædictas, sicut ex querela sua accepimus: nos, qui ad illasam observationem jurium coronæ & dignitatis nrae vinculo juramenti astringimur, attendentes causam principalem coram vobis sine brevi nostro implacitari non debuisse, nolentesque ea de causa executionem iudicii in hac parte redditi, quæ est sequela ejusdem causæ, aliqualiter fieri: vobis præcipimus firmiter injungentes, quod si in curia prædicti domini vestri de B. taliter sit p̄cessum, tunc executioni iudicii prædicti supersedeatis omnino. Et distractionem si quam, &c. relaxetis eidem, id, quod per vos super hoc minus rite attentatum fuerit, penitus revocantes, T. &c.

Aliter.

¶ Rex, ballivis I. de N. vel ballivis suis de N. salutem. Cum placita &c. usq; ibi, non debeant, ac A. B. de eo quod idē B. reddat præfato A. catalla ad valentiam decem librarum, vel quendam saccum lanæ pretii decem marcarum, coram vobis in curia prædicti domini vestri de N. vel in curia nostra de N. sine brevi nostro implacitet ut accepimus: vobis præcipimus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis in curia prædicta sine brevi nostro ulterius tenendo supersedeatis omnino. Et præfato A. dicatis ex parte nostra, quod breve nostrum de catallis prædictis versus præfatum B. sibi impetret, &c.

Aliter ballivis.

¶ Rex vic̄ Wiltes. salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc pone, &c. B. ballivū nostrū de N. vel ballivū W. de E. quod sit coram justiciariis nostris

Attachiamen-
tum inde.

Superfedeas, &c.

stris apud Westmonasterium, ostensurus quare cum placita de catallis vel debitis, quæ summam quadraginta solidorum attingunt vel eam excedunt, secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglⁱ sine brevi nostro placitari non debeant: prædictus B. placitum, quod est in curia nostra prædicta, vel in curia prædicti W. de E. inter A. & R. de catallis pretii, &c. vel debito centum solidorum, &c. A. exigit, sine brevi nostro tenuit, contra legem & consuetudinem prædictas, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c. nomina plegiorum & hoc breve, T. &c.

Regula. **¶** Si placitum de catallis vel debitis q̄ summā quadragintā solidorū attingūt vel eam excedūt, in comitatibus vel in aliis curiis sine brevi nostro placitetur, quod absit: non fiat inde breve de falso iudicio, nec recordari, nec breve de executione iudicii: exceptis curiis civitatis & aliis quæ secundum consuetudinem huiusmodi jurisdictionem habent, &c.

Regula. **¶** Et si prohibitio procedens dirigatur parti: tunc potest poni in attachiamento præd' sic; (Pone etiam per vadiū prædictū B. quod tunc fit ibi ostensurus quare secutus est idem placitum in eadem curia contra legem, &c. prædictas, & contra prohibitionem nostram, &c. Et habeas, &c.)

Nota.

Superfedeas
executioni
iudicii.

* Et potest attachiamentū fieri versus vicecom' & partē p coronatores, &c.

¶ Rex, vicecomiti Essex salutem. Cum placita de catallis, &c. ac I. de C. quoddam debitum centum solidorum in comitatu versus A. de L. sine brevi nostro recuperavit, contra legem & consuetudinem prædictas ut accepimus: tibi præcipimus qd si ita est, tunc executioni iudicii inde in comitatu prædicto redditi, faciendæ superfedeas omnino. Et præfato I. &c.

Nota.

De superfeden-
do diversis
querelis.

* Eodem modo fit ballivis mutatis mutandis ut in secundo brevi, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cum placita de catallis & debitis, quæ summam quadraginta solidorum attingunt vel eam excedunt, secundū legem & consuetudinē regni nri Anglⁱ sine brevi nostro placitari non debeant, ac jam ex gravi querela A. acceperimus, qd B. per collusionem inter T. & ipsum B. habitā, curiæ nræ ac legi & consuetudini prædictis illudendo, & p'fatū A. indebite gravare machinando, asserendoq; ipsum A. eidē B. decem libras debere, vel sic, catalla ad valentiā centū solidorū detinere, duas querelas, vel plures, vel sic, diversas querelas de debito p'd' vel de detentione catallorū p'dictorum, quarū neutra vel quarum nulla summā quadraginta solidorū attingit, versus ipsum A. sine brevi nro coram te in comitatu p'd', ut sic legi cōmuni derogetur, & idē A. taliter impediatur de debito & cōsuetō remedio in curia nrā sup hoc perquirendo, maliciose p'sequitur, & tu ipsum A. ad respondendū eidē B. corā te sine brevi nro super querelis prædictis, ac si utraq; earundem vel quælibet earum ex separali contractu facta fuisset, cum debitum prædictum unum sit & ex una causa debeatur, vel catalla illa ratione unius contractus tantum exigatur vel exigantur, graviter distringis, & ipsum A. ea occasione multipliciter inquietas minus iuste, in ipius A. damnum non modicum & gravamen, & legis & consuetudinis prædictarum fraudem manifestam. Et quia huiusmodi fraudi collusioni & maliciæ velimus remedio q̄ convenit obviare: tibi Præcipimus qd si ita est,

ita est, vel sic, quod si tibi constiterit, debitum illud vel catalla illa ratione unius tantum contractus exigi ut dictum est, tunc huiusmodi placitis & querelis coram te sine brevi nostro ulterius tenendis supersedeas omnino, præfato B. dicens ex parte nostra, quod breve nostrum de debito prædicto vel de catallis prædictis versus præfatum A. sibi impetret si sibi viderit expedire, T. &c.

¶ Rex, vicecomiti, &c. salutem. Si I. fecerit, &c. tunc pone, &c. T. ballivum W. de B. de K. qd sit coram iusticiariis, &c. ostensurus quare cum placita de catallis & debitis, quæ summam quadraginta solidorum attingunt vel eam excedunt, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl sine brevi nostro placitari non debeant, & nos nuper ex querela ipsius Johannis accipientes, quod Hugo Hare curiæ nostræ ac legi & consuetudini prædictis illudendo, & præfatum I. indebite prægravare machinando, de quinque marcis eidem H. per præfatum I. debitis ut dicitur, plures querelas, quarum nulla summam quadraginta solidorum attingebat, versus eandem I. sine brevi nostro coram eodem ballivo in curia prædicta, ut sic legi communi derogetur, & eadem I. taliter impediatur de debito & consueto remedio in curia nostra super hoc perquirendo, maliciose fuit profecutus, eidem ballivo præceperimus, quod si ei constiterit debitum prædictum vel catalla, ratione unius contractus tantum exigi, tunc placitis & querelis prædictis supersederet omnino: præfatus ballivus tenuit placitum de querelis prædictis in curia prædicta sine brevi nostro, contra legem & consuetudinem prædictas, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina, &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, ballivis, &c. salutem. Cum placita de catallis, &c. ut supra, usq; ibi non debeant, ac jam ex gravi querela A. accepimus quod T. legi & consuetudini prædictis illudere, & præfatum A. machinando prægravare, quandam querelam de conventionione, continentem ipsum T. & præfatum A. nuper apud N. convenisse, quod prædictus A. præfato T. decem libras ad certos terminos jam elapsos solveret, quodq; idem A. dictas decem libras præfato T. juxta conventionem prædictam non solvit, coram vobis in curia prædicti domini vestri sine brevi nostro attachiari fecit, ut sic prædictas decem libras à præfato A. nomine damnorum recuperaret, & ipsum A. à remedio suo consequendo excluderet, in ipsius A. dispendium non modicum & gravamen, & contra, &c. vel sic, ac legis & consuetudinis prædictarum illusionem & adnullationem manifestas, super quo nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi, & quia huiusmodi maliciæ remedio congruo volumus obviare, præsertim cum dicta loquela de conventionione, si in forma prædicta fuerit attachiata, sit quedam querela de debito in effectu: vobis præcipimus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis in curia prædicti domini vestri sine brevi nostro ulterius tenendo supersedeatis omnino. Et præfato T. dicatis ex parte nra, quod breve nostrum de debito prædicto versus præfatum A. sibi impetret si sibi viderit expedire, T. &c.

De supersedendo diversis querelis de conventionione, &c. nomine debiti.

¶ Cum placita, &c. usq; ibi non debeant, ac jam ex gravi querela I. accepimus

Supersedeas

De Statuto Mercatorio.

quando execu-
tor alicujus for-
maverat diver-
sas querelas de
uno debito.

perimus quod R. executor testamenti A. curiæ nostræ ac legi & consuetudini prædictis illudendo, & præfatum I. prægravare machinando, de sex marcis, quas idem executor dicit sibi per præfatum I. detineri, plures querelas, &c. ut in primo brevi usq; ibi, facta fuissent, cum debitum illud unum sit, & ex una causa debeat, graviter distrinxistis, & ad judicium de duabus marcis de sex marcis prædictis in curia prædicta reddend', contra ipsum I. processistis, & placita de quatuor marcis residuis adhuc tenere intenditis, quanquam ex parte ipsius I. coram vobis in curia prædicta allegatum fuerit & responsum, quod hujusmodi placita & querelæ coram vobis in curia illa sine brevi nostro teneri non deberunt sicut prædictum est, in ipsius I. dispendium non modicum & gravamen & contra legem manifestam. Et quia hujusmodi, &c. utque ibi, obviare: vobis præcipimus quod si ita est, tunc placitis prædictis de quatuor marcis in curia prædicta sine brevi nostro ulterius tenedis, ac executioni judicii, quod ad prædictas duas marcas per vos in curia prædicta ut præmittitur redditum, omnino supersedeatis, prædicto Radulpho dicentes ex parte, &c. expedire, T. &c.

Aliiter de con-
ventione.

¶ Rex, ballivis, &c. salutem. Cum placita, &c. ac jam, &c. quod cum B. nuper implacitasset coram vobis in curia prædicti domini vestri de W. sine brevi nostro prædictum A. de eo quod ipse teneret præfato B. conventionem, &c. ac idem B. centum solidos pro damnis suis in hac parte in eadem curia recuperasset: vos eosdem centum solidos ab eodem Augustino levare intenditis, in ipsius, &c. & contra formam, &c. vobis præcipimus quod si in curia prædicta coram vobis taliter sit processum: tunc executioni, de dictis centum solidis sine brevi nostro ut præmittitur recuperatis, faciendæ, supersedeatis omnino: præfato B. &c. de hujusmodi conventionem, &c.

Nota.

* Nota quod an. 43 Edw. 3. termino Hillarii, un homme fait un certificat hors dun estatut marchaunt, & capias de prendre son corps, & auxi dextendre la tef: & le vicount returna quod le corps ne poet estre trovee, & qu'il aver extendue la terre & liver al plaintife. Et ore al auter terme celuy a quod le reconisance soy fist, viēt & dit quod les extendours ount extendue la tef a trope haute, & pria qu'il soit livere a eux solong lestatut d'Acton Burnell: quod ei negatum fuit per curiam pro ceo quod ceo ferra rette sa folie demesne quod le prist solong cell extent. Et auxi pur ceo quod il venist a auter terme: issint il venist trop tarde.

De recognitio-
nibus debitorum
per statutum
mercatorium.

Rex, vicecomiti, &c. salutem. Quia A. coram B. & C. clerico, ad recognitiones debitorum apud Eborum accipiend' deputatis, vel sic coram B. mercatore vel custode, vel coram I. majore vel nuper majore civitatis nostræ London' & F. clerico, vel tunc vel nuper clerico, ad recognitiones debitorum apud London' accipiendum deputatis, recognovit se debere B. decem marcas, vel B. defuncto decem marcas, quas ei solviffe debuit ad festum tale proxime præteritum, vel anno tali, & eas ei nondum solvit ut dicitur: tibi præcipimus quod corpus prædicti A. si laicus sit capias, & in prisona nostra salvo custodiri facias, donec eidem B. de prædicto debito, vel A. executori testamenti prædicti

prædicti B. de prædictis decem marcis plene satisfecerit. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, scire facias nobis tali die ubicunq; , &c. vel justiciariis nostris apud Westm̄ tali die per literas tuas sigillatas. Et habeas ibi hoc breve, T. &c.

Et si duo fuerint termini tunc sic :

¶ Quia, &c. recognovit se debere B. centum quarteria frumenti pretii quarterii 6. s. vel sic, decē saccos lanæ pretii tanti, unde ei solviffe debuit ad festum tale anno tali decem quarteria frumenti, & sic de anno in annum, & termino in terminum quolibet anno ad eosdē terminos decem quarteria frumenti, quousque prædicta centum quarteria frumenti fuerint plenarie persoluta, & ea ei nondum solvit ut dicitur : tibi præcipimus quod corpus prædicti A. si laicus sit capias, &c. donec eidem B. de prædicto blado, vel de prædicta lana, vel de ejus pretio plene satisfecerit. Et qualiter, &c. ut supra.

Regula.

Aliter ad duos anni terminos.

¶ Eodem modo fiat de magna summa argenti. Nota q̄ tous les recognifances fur statut marchât fait puis lan quint le roy E. 3. il covient qu'ils soynt fait en presence de quatre au meyns, q̄ ne sont pas parties a les recognifaunces.

Regula.

* Nota q̄ si le vicoür returne quod non est inventus in balliva sua : adonques issera brief judicial de fair livery al reconifsee des terres & tenements douit le reconifour fuit seisi jour de la reconifans fait. Et si estatute marchaunt soit fait a deux & lun purchace apres terres ou tenements del reconifour, & est seyfi le jour ut supra, adonq̄ le dit estatut ad perdue sa force & vertue devers ambideux, ut patet in libro assisarum anno Edwardi tertii 21.

Nota.

¶ Quia A. & B. defuncto decem marc, &c. donec C. & E. executores testamenti prædicti B. de prædictis decem marcis, &c.

Aliter pro executoribus.

¶ Nunquam dicitur pro executoribus de pd' debito, &c. Nota formam brevis hujusmodi p̄ executoribus executorum primi testatoris quod datur p̄ statutū E. tertii anno 25. de provisoribus capitulo quarto.

Regula.

¶ Quia R. & W. de comitatu tuo vel de comitatu Lincoln coram, &c. recognoverunt se debere & quemlibet eorum in solidum debere 10. li. quas ei, &c.

Aliter quando duo recognoverunt se debere.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia R. de S. coram W. & E. nup̄ clerico, ad recognitiones debitorum apud N. accipiend' deputatis, recognovit se debere I. T. quadraginta libras, unde ei solviffe debuit ad festum nativitatis beatæ Mariæ proxime præteritum quinq; marcas, & easdem quinq; marcas ei nondum, &c. de prædictis quinq; marcis, vel sic, unde ei, &c. ad tale festum quinq; marcas, & ad tale festum tunc proxime sequens quinq; marcas, & easdem decem marcas, &c.

Aliter pro primo termino non soluto, vel pro duobus terminis.

¶ Rex, Justiciariis suis de banco salutem. Sciatis quod A. attornavit &c. ad prosequendum versus G. executionem cujusdam recognitionis decem li. eidem A. per præfatum G. juxta formam statuti apud Acton Burnell' pro mercatoribus æditi factæ, cujus quidem recognitionis executio coram vobis per breve nostrum restat faciend'. Et ideo vobis mandamus, &c.

De attorn' inde coram justiciariis.

¶ Lincoln ff. A. po. lo. suo B. ad p̄sequed', &c. factæ, cujus quidē recognitionis executio corā ipso rege p̄ breve suum restat faciend', &c.

Aliter coram rege.

¶ Et possunt clerici & laici simul poni in eodē brevi si simul obligentur, &c.

Regula.

De Statuto Mercatorio.

Quod clericus captus virtute statuti mercatorii deliberetur.

Rex, vicecomiti Dof. ff. salutem. Cum secundum formam statuti nri de recognitionibus debitorū p mercatoribus faciend' æditi, clerici p debitis suis, licet terminus solutionis debitorum illorum præteriit, capi non debeant seu imprisonari: tibi præcipimus qd A. psonam vel clericum captū et in prisona nra de L. detentū p hujusmodi recognitione ut dicitur, nisi cōstet tibi qd aliquid obstat quare privilegio clericali gaudere non debeat juxta tenorē statuti præd', occasione alicujus recognitionis p ipsum in forma statuti prædicti factæ, non molestes in aliquo sive graves, sed ipsum à prisona prædicta, si ea occasione et non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberes, T. &c.

Aliter quod clericus non capiatur.

Rex, vicecomiti L. salutem. Cum in statuto nostro de recognitionibus debitorum p mercatore ædito contineatur, qd clerici p hujusmodi recognitionibus juxta formam statuti prædicti p ipsos factis, virtute statuti illius capi non debeant seu imprisonari: tibi præcipimus quod A. qui clericus est ut dicitur occasione alicujus recognitionis p ipsum secundum formam statuti prædicti factæ, contra formam ejusdem statuti non graves in aliquo seu molestes, nisi constet tibi aliquid ob stare quare privilegio, &c. clericali, &c.

De vicario deliberando occasione cujusdam recognitionis capto, &c. sine brevi.

Rex, majori et ballivis civitatis Lincoln salutem. Ex parte H. vicarii ecclesie de C. nobis est graviter conquerendo monstratum, quod licet in statuto de recognitionibus debitorum apud Acton Burnell p mercatoribus ædito contineatur, quod si quis recognitionem aliquam de debito aliquo, corā majore seu custode civitatis aut villæ, ubi major sive custos ad recognitionem hujusmodi accipiendam deputatus existat, fecerit, et terminus solutionis debitorū illorū præteriit, dictus major sive custos corpus hujusmodi debitorū, si laicus fuerit et infra potestatem suam inveniat, capi, et prisonæ nostræ ibidem liberari fac, in eadem moratur quousq; de pd' debito plene satisfecerit: vos tamen virtute cujusdam recognitionis vigint' librarum, venerabili patri W. archiepiscopo Eborum per ipsum H. capellanū executorem testamenti R. nuper personæ ecclesie de B. coram I. nuper majore civitatis prædictæ & C. clerico ad hujusmodi recognitiones apud L. accipiendas deputatis factæ, præfatum H. ac si laicus esset, quanquam ipse vicarius ejusdem ecclesie tempore recognitionis prædictæ, extitisset, et adhuc existat in civitate prædicta, sine brevi nostro capi, et in prisona ibidem detineri fecistis, et adhuc facitis minus juste in ipsius H. dispendium non modicum et gravamē, et contra formam statuti prædicti. Et quia eundem H. nolumus in hac parte indebite prægravari: vobis mandamus, qd si vobis constare poterit, prædictum H. vicarium ecclesie prædictæ tempore ejusdem recognitionis extitisse et adhuc existere ut dictum est, tunc ipsum H. a prisona prædicta qua sic detinetur, si ea, &c. in eadem, sine dilatione deliberari faciatis, et ipsum contra tenorem statuti prædicti non molestetis in aliquo seu gravetis. Proviso quod prædictæ viginti libræ de terris, bonis et catallis ipsorum H. et R. si nondum levatæ fuerint, juxta formam statuti prædicti leventur ut est justum, T. &c.

Rex,

Rex vobis salutem. Quia A. persona Ecclesiæ de B. &c. tibi præcipimus quod prædictas decem libras de bonis et catallis ipsius A. in balliva tua mobilibus sine dilatione levari, et eidem W. habere fac. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executis, &c.

De statuto mercatorio contra personam ecclesiasticam.

Rex vicecomiti salutem. Quia abbas de K. coram, &c. et eas ei nondum solvit ut dicitur: tibi præcipimus quod bona mobilia ipsius abbatis in balliva tua inventa ad valenciam prædicti debiti per rationabile pretium eidem W. sine dilatione deliberari facias. Et qualiter præceptum nostrum, &c. et habeas, &c.

Aliter contra abbatem.

Rex dilectis sibi H. majori civitatis suæ Londoni et T. clerico ad recognitiones debitorum apud L. accipiendas deputatis salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quod cum R. anno regni nostri decimo, coram W. nuper majore civitatis prædictæ et H. tunc clerico, ad hujusmodi recognitiones in eadem villa accipiendas deputatis, recognovisset se debere præfato I. quaterviginti libras juxta formam statuti dudum apud Aston Burnes pro mercatoribus æditi, certis terminis solvendas, et licet termini solutionis prædictæ à diu sint elapsi, idemque I. vos sæpius requisiverit ut nos in cancellaria nostra de recognitione prædicta juxta formam statuti prædicti certificaretis: vos tamen nos in cancellaria prædicta super recognitione prædicta hucusque certificare distulistis et adhuc differtis, unde quamplurimum admiramur. Vobis mandamus quod scrutatis rotulis de hujusmodi recognitione coram præfatis W. et H. anno prædicti factis, in custodia vestra ut dicitur existentibus, si inveneritis recognitionem prædictam in forma prædicta factam fuisse, & terminos solutionis prædictæ elapsos fuisse, et nos in cancellaria nostra alias inde certificados non fuisse, tunc nos in eadem cancellaria super recognitione prædicta distincte et aperte juxta formam statuti prædicti sub sigillo pro recognitione mercatorum ibidem deputato certificetis, ut ulterius super hoc fieri faciamus, quod secundum formam statuti prædicti fuerit faciendum T., &c.

De certificando cancellario de statuto mercatorio, quando major & clericus distulerunt certificare regi recognitionem coram eis factam in favorem debitoris.

Et potest fieri sicut alias.

Rex dilectis, &c. salutem. Cum nuper ad prosecutionem I. nobis suggerentis R. anno regni nostri decimo coram, &c. ut supra, recognovisset se debere præfato I. &c. solvend', et ipsum I. pro eo quod termini solutionis prædictæ à diu essent elapsi, vos ut nos in cancellaria nostra certificaretis requisivisset, vosque nos in cancellaria prædicta hucusque certificare distulisset, vobis pluries mandaverimus quod scrutatis, &c. existentibus, si inveneritis recognitionem, &c. ut supra, certificaretis, vel causam, &c. minime parvultis, ac vos spretis, &c. præmissa facere vel saltem causam, &c. non curaveritis, in nostri ac mandatorum, &c. non modicum et gravamen, de quo miramur quamplurimum et movemur: vobis adhuc mandamus firmiter injungentes, quod præmissa faciatis juxta tenorem mandatorum nostrorum, &c. vel vos ipsi sitis coram nobis tali die ubicunque, &c. parere contempseritis. Et habeas ibi hoc breve T., &c. Ista brevina sicut alias et cum pluries fuerit consignata anno 7. E. tertii apud Eborum.

Regula. Cum pluries inde.

Rex,

De Certiorando.

Aliter non ob-
stante qd' alias
fuit certifica-
tum, quia exe-
cutio facta non
fuit, &c.

¶ Rex dilectis, &c. ut supra, salutem. Monstraverūt nobis I. & W. ex-
ecutores testamēti I. quod cum R. &c. ut supra usq; ibi, juxta formam
statuti prædicti certificaretis: vos tamen pro eo quod per rotulos ve-
stros invenistis, quod cancellaria nostra super eadē recognitione alias
extitit certificata, quicquā inde facere hactenus non curastis. Ac p̄fati
executores coram nobis personaliter in cācellaria n̄ra constituti asse-
ruerunt aliquam executionem recognitionis prædictæ in vita ipsius
I. seu post mortem suam virtute certificationis inde in cācellaria præ-
dicta prius factæ, nullatenus factam fuisse, & nobis supplicaverunt ut
sibi in hac parte velimus de remedio providere. Et quia eisdem execu-
toribus, quatenus juste poterimus, in hac parte volumus subvenire:
vobis mandamus, quod scrutatis rotulis vestris prædictis hujusmodi
recognitionem tangentibus, si inveneritis recognitionē illam in for-
ma prædicta factam fuisse, & terminos solutionis inde transactos esse
ut est dictum, tunc nos in cancellaria nostra super recognitione prædicta
distincte & aperte sub sigillis vestris pro recognitione debitorū ibidem
deputatis prout moris est certificetis, non obstante qd' cancellaria n̄ra
prius inde extitit certificata, T. &c. anno 20. sicut alias, &c.

Aliter de cer-
tiorando.

¶ Rex dilectis sibi, &c. ut supra, deputatis, &c. salutem. Volentes qui-
busdam certis de causis certiorari, super recordum & p̄cessum recog-
nitionis quā T. de B. fecisse debuerat S. & M. uxori ejus, de ducentis
marcis solvēdis eis ad certos terminos in dicta recognitione contē-
tos jam elapsos ut dicitur, juxta formam statuti dudū apud Acton Bur-
neſ p̄ mercatoribus æditi: vobis mandamus qd' scrutatis rotulis dictā
recognitionem contingentibus, recordum & processum recognitionis
p̄dictæ nobis in cācellaria n̄ra sub sigillo p̄ officio prædicto ordinato
distincte & aperte sine dilatione mittatis & hoc breve, T. &c.

Nota.
Nota.

* Istud breve sicut alias & cum pluries fuerūt cōsignata apud Eborū an. 8.

* Nota b̄ pro debitore pro terris & tenementis suis deliberandis, quando de-
bitū solutum seu levatum fuerit: quod datur per statutum de recognitione de-
bitorum capitulo 5.

Aliter de certi-
ficatione non
obstante quod
prius certifica-
tum fuit de sta-
tuto mercatorio
quia major &
clericus minus
provide & in-
sufficenter cer-
tificaverunt, eo
quod cognomen
unius debitoris
diversimode &
non conformi-
ter inseritur in
certificatione,
&c.

¶ Rex majori villæ, &c. & W. clerico ad recognitiones debitorum a-
pud L. accipiendas deputatis salutem. Ex parte A. nobis est ostensū,
ut cū B. & C. & D. tali die anno tali, corā tunc majore villæ & E. tunc
clerico, ad hujusmodi recognitiones in eadem villa accipiēdas deputa-
tis, recognoverunt se debere prædicto A. viginti libras juxta formam
statuti dudum apud Acton Burneſ pro mercatoribus æditi, ad certos
terminos jam elapsos solvendas, ac vos nos in cancellaria nostra su p̄
recordum & processum recognitionis prædictæ minus provide &
insufficenter certificaveritis, in hoc quod cognomen prædicti C. in
scripto obligatorū coram nobis in cancellaria exhibito, & in certifica-
tione vestra prædicta diversimode & non conformiter inseritur, prout
per inspectionem scripti & certificationis prædictorum coram nobis
in cancellaria nostra prædicta plene liquet: idem A. executionem
recognitionis prædictæ consequi non potest, in ipsius A. damnū non
modicum, &c. super quo nobis supplicavit sibi per nos remediū adhi-
beri.

beri. Nos consideratione præmissorum, & pro eo quod dilectus nobis I. de T. attornatus ipsius A. in hac parte coram nobis in dicta cancellaria nostra personaliter comparens, asseruit ipsum A. executionem recognitionis prædictæ nondum assecutum esse, volumus eidem A. in hac parte in quantum poterimus subvenire: vobis mandamus quod scrutatis rotulis recognitionis huiusmodi de dicto anno, qui in custodia vestra existunt ut dicitur, ac visis & examinatis dicto scripto obligatorio & irrotulamento recognitionis prædictæ, nos super recordum & processum recognitionis prædictæ, in dicta cancellaria nostra sub sigillo pro huiusmodi recognitione ibidem deputato distincte & aperte certificetis indilate, eo non obstante quod dicta cancellaria nostra prius inde extitit certificata, T. &c.

Rex Justiciis suis de banco salutem. Ex gravi querela I. accepimus, quod cum idem I. nuper coram I. tunc majore villæ Bristol & I. tunc clerico, ad recognitiones debitorum apud B. accipiendum deputatis, recognovisset se debere A. C. li. ad certos terminos in recognitione prædicta contentos solvendas, ac idem A. postmodum per quandam indenturam inter ipsos A. & I. confectam concessisset, quod si præfatus I. solverit præfato A. singulis annis ad quatuor anni terminos per æquales portiones, quendam redditum 60. s. exeuntem de terris & tenementis prædicti I. aut R. de K. fratris ejusdem I. in villa & suburbio Bristol ad totam vitam ipsius A. extunc dicta recognitio de C. li. penitus cesseret & pro nulla haberetur, prout per alteram partem indenturæ prædictæ sigillum prædicti A. sigillatæ, quam idem I. penes se habet ut asserit, plenius poterit apparere, & licet prædictus I. dictum redditum sexaginta solidorum præfato A. singulis annis ad terminos prædictos æquis portionibus à tempore confictionis recognitionis prædictæ usque ad festum Paschæ, & termino, &c. bene & fideliter solverit, & eundem redditum eidem A. semper hactenus à festo prædicto ad eosdem terminosolvere paratus fuerit & adhuc existat, prout viis & modis quibus convenit paratus est edocere: idem tamen A. executor dictarum C. librarum de terris & tenentis ipsius I. prætextu recognitionis prædictæ prosequitur minus juste, in ipsius I. dispendium non modicum & gravamen, & contra vim & effectum indenturæ supradictæ, super quo &c. Et quia eidem I. injuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quod visa altera parte indenturæ prædictæ, & vocatis coram vobis partibus prædictis, auditisque; hinc & inde earum rationibus alterius in hac parte fieri faciat quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum, T. &c.

Audita querela coram justiciariis de banco, quoniam creditor prosequitur executionem recognitionis de debito per statutum mercatoris, licet debitor perfolverit annuum redditum juxta formam indenturæ inter ipsos inde factæ.

Nota.

* Nota quod si un homo face un statut merchant au temps quil soit deins age, & execution soit sui vers lui sur mesme lestatut: il puit aver une Audita querela. Mes lui faut de sver deins le temps quil soit deins age, issint quod per inspectio de court il puisse apparoir quil soit deins age, ou autrement tiel sult ne vaudra riens ut patet termino Hillarii an. 20 E. tertii en un Audita querela quod sult porte per un qui avoit fait un estatut merchant per durelle de emprisonment. Et auxi si home face estatut merchant, & puis paie les deniers, & le statut soit dampnee en lieu de acquittance, & puis lautre sui un faux estatut, celui que soit greve ferra eide per tiel brief, ut patet ibidem.

☉ Rex

Audita querela.

Dedimus potestatem recipiendi attornatos, ad prosequend' executionem recognitionis factæ in cancellaria.

Rex T. de C. salutem. Sciatis qđ dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos R. & A. quos corā vobis loco suo attornare voluerint, ac lucrand' vel perdend' in loquela quæ est in cancellaria nostra per breve nostrum inter P. & prædictos R. & A. de eo quod iidē R. & A. ostendant si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare omnia catalla sua & medietatē terræ quæ fuit ipsius 30. die Junii an. &c. 11. p centum libris quas eadem A. in prædicta cancellaria recognovit se debere præfato P. liberare non debeant. Et ideo, &c.

Dedimus potestatem recipiendi recognitionem de scripto irrotulando in cancellaria.

Rex dilecto & fideli suo R. salutem. Sciatis qđ dedimus vobis potestatem recipiendi recognitionem, quam A. corā vobis facere voluerit, si quoddam scriptum continens ipsum quendam annuū redditum viginti marcarum de terris & tenementis suis in K. in comitatu tali S. de L. hæredibus & assign' suis in perpetuum concessisse, sit factum ipsius A. & si idem A. scriptum prædictum in rotulis cancellariæ nostræ irrotulari voluerit necne. Vobis mandamus quod ad præfatum A. personaliter accedentes, recognitionē suam prædictam recipiatis, & cum eam receperitis, nobis in dicta cancellaria nra sub sigillo vestro inde distincte & aperte certificetis: scriptum prædictum & hoc breve vobiscum deferentes, T. Sc.

Audita querela qn' quis sequitur executionem virtute statuti mercatorii versus unum tenentem terrarum & tenementorum quæ fuerunt recognitoris die recognitionis, & alios omittit.

Rex Justitiariis suis de banco salutem. Monstravit nobis R. A. civis & aurifaber Londoñ, ut cum I. de O. marescallus & civis Londoñ, coram Adam Fraunceis nuper majore civitatis prædictæ, & Andrea Aubrey tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Londoñ accipiendas deputatis recognoverit se debere R. Sallyng Masoñ viginti & tres libras certis terminis in dicta recognitione contentis solvendas, Sc. & licet omnia terræ & tenementa quæ fuerunt ipsius I. die recognitionis prædictæ de debito prædicto de jure onerando existant: prædictus tamen R. Sallyng prætextu hujusmodi recognitionis, pro eo quod idem Johannes terminos solutionis suæ non observavit, unum messuagium ipsius R. Arnald' cum pertinentiis in Londoñ quod fuit prædicti Johannis, omisso uno alio messuagio quod similiter fuit ejusdem Johannis in eadem civitate die prædictæ, & quod Adam Bonetoñ Londoñ cordwayner tenet, per processum corā vobis in banco prædicti factum extendi, & sibi pro debito prædicto liberari procuravit, in ipsius R. Arnald' dispendium non modicū & gravamen, super quo idē R. Arnald' nobis supplicavit sibi de remedio provideri. Nos volentes inde fieri quod est justum: vobis mādamus quod audita querela ipsius R. Arnald', vocatisq; coram vobis in hac parte evocand', eidem R. Arnald' in præmissis debitum & festinum justitiæ complementum fieri faci, put de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum, T. Sc.

Dedimus potestatem de recognitione debiti recipienda.

Rex dilecto clerico suo A. salutem. Sciatis qđ dedimus potestatem recipiendi hac vice nomine nro, recognitionem quā I. T. de quocunq; debito facere voluerit coram vobis. Et ideo vobis mandamus qđ cum illam recognitionem receperitis, nos inde sub sigillo vestro distincte & aperte reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes, T. &c.

Rex

¶ Rex, Justic̄ suis de banco salutem. Ex parte I. de B. nobis est gravi-
ter conquerendo monstratum, ut cum ipse coram Adam de Bury nu-
per majore civitatis nostræ London̄ & Will' de Merston̄ clerico, ad
recognitiones debitorum in eadem civitate accipiend' deputatis, re-
cognivisset se debere R. de K. ducetas marcas, quas ei solvisse debuit
ad certum terminum in dicta recognitione contentum, & licet prædi-
ctum R. per scriptum suum omnimodas actiones reales & personales,
quas erga prædictum I. ratione cujuscunq; transgressionis, computi,
sen debiti habuit, eidem I. remisisset & relaxasset, prout per scriptum
prædictum, quod idem I. penes se habet ut asserit, plenius poterit ap-
parere: idem tamen R. ad scriptum prædictum considerationem nõ
habens, executionem de debito prædicto in curia nostra coram vobis
virtute statuti prædicti versus præfatum I. prosequitur, & ipsum I. ea
occasione capi, & in prisona nostra detineri procuravit, in qua adhuc
detentus existit, in ipsius I. damnum non modicum & gravamen, &
vitæ suæ periculum manifestum, ac contra formam scripti prædicti, &
nobis est supplicatum sibi per nos remedium adhiberi. Nos quod ju-
stum fuerit fieri volentes: vobis mandamus quod audita querela ipsius
I. in hac parte, vocatisque coram vobis partibus prædictis, auditisq;
hinc & inde earum rationibus, ac inspecto scripto prædicto, eidem I.
festinum justitiæ complementum fieri faciatis, prout de jure & se-
cundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' fuerit faciendum,
T. me ipso, &c.

Audita querela
super statutum
mercatorum.

REX, vic' South' salutem. Licet nuper prætextu cujusdã recognitio-
nis. l. li. W. per I. in cancellaria nostra factæ, quas idẽ I. præfato
W. solvisse debuit ad certos terminos jam præteritos, & quas non-
dum solvit ut dicitur, tibi per breve nostrum præceperimus, quod
omnia catalla ipsius I. ad valentiam dictarum. l. li. exceptis bobis &
affris carucæ suæ, per rationabilem apprecionem in præsentia prædi-
cti I. per te inde præmonendi si interesse vellet faciend', præfato W. vel
suo certo attornato faceres liberari, & si catalla illa ad valentiam præ-
dictarum. l. li. non sufficerent, tunc catalla illa sic minus valentia, per
rationabilem apprecionem, ac etiam med. etatem terræ ipsius I. in bal-
liva tua per extentã similiter in præsentia sua in forma prædicta facien-
dam, præfato W. vel suo certo attornato faceres liberari, tenend' ut
liberum tenementum suum quousq; dictum debitum inde esset leva-
tum, quia tamen præfatus I. exhibuit in dicta cancellaria nra quandã
literam acquietantiæ de debito prædicto, sigillo prædicti W. ut di-
citur consignatam, per quam asserit se dictum debitum præfato W.
psolvisse, & nobis supplicavit ut ei in hac parte de remedio pvideri
faciamus: nos in præmissis volentes fieri quod est justum, tibi præci-
pimus quod scire facias præfato W. quod sit in cancellaria nra in cra-
stino Ascensionis domini pximo futuro ubicunq; tunc fuerit, quem
diem præfato I. super hoc dedimus, ad faciendũ & recipiendum quod
curia nostra consideraverit super acquietantia prædicta. Et quia idem
I. invenit coram nobis in dicta cancellaria nra A. & B. manucaptors
suos

Scire facias su-
per recognitio-
ne facta in can-
cellaria, quia
pars protulit
literam acquie-
tantia.

Audita querela.

suos, qui manuceperunt pro ipso I. ad respondendum præfato W. ad diem prædictum de dictis l. li. ubi idem I. tunc docere poterit se inde quietum esse debere: tibi præcipimus quod executioni dicti brevis nostri de omnibus catallis & medietate terræ ipsius I. præfato W. liberanda interim supersedeatis per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi nomina illorum per quos ei scire feceris & hoc breve, Teste, &c.

Aliter pro illo qui est infra ætatem.

¶ Rex, dilectis & fidelibus W. & sociis suis justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Supplicavit nobis T. infra ætatem existens ut dicitur, ut cum ipse nuper coram B. majore stapulæ apud G. ordinatæ per R. & N. ductus fuisset, & ad procuracionem eorundem R. & N. & per graves comminationes ei per ipsos factas, coram præfato majore quandam recognitionem 10. li. similiter cum eodem R. L. de W. juxta formam statuti dudum, &c. æditi fecisset, sibi certis terminis in dicta recognitione contentis solvend', velimus eidem T. super adnullatione recognitionis prædictæ in quantū ipsum T. concernit de remedio providere: nos volentes eidem T. in hac parte fieri quod est justum, vobis mandamus quod si vobis legitime constare poterit ipsum T. tempore recognitionis prædictæ infra ætatem extitisse & adhuc existere, tunc audita querela ipsius T. in præmissis, & vocatis coram vobis quos in hac parte fore videritis evocand', ulterius in negotio illo fieri faciatis quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciend'. Teste, &c. anno 30.

Aliter qu' solvit, & habet literam obligatoriam loco acquietantiæ, & debitor imprisonatur causa prosecutionis executionis recognitionis.

¶ Rex, justiciariis suis de banco salutem. Ex parte R. filii I. nobis est graviter conquerendo monstratum, quod cum ipse nuper coram A. tunc majore civitatis nostræ Londoniæ & W. de C. clerico, ad recognitiones debitorum in eadem civitate accipiend' deputatis, recognovit se teneri R. de H. civi Londoniæ in quadraginta libris ad certum terminum in dicta recognitione contentum jam præteritum solvend', & licet idem R. filius I. de prædictis quadraginta libris prædicto R. de H. jam diu est satisfecerit, idemq; R. de H. literam obligatoriam de summa prædicta eidem R. filio I. loco literarum acquietantiæ liberari fecisset: ad prosecutionem tamen prædicti R. de H. ut dicitur factā, idem R. filio I. per breve nostrum captus, & in prisona nostra de N. diu extitit detentus, & per processum inde coram vobis habitum in prisona nostra de F. jam detinetur, in ipsius R. filio I. damnum non modicum & gravamen, & vitæ suæ periculum manifestum, super quo ex parte ipsius R. filio I. nobis est supplicatum ut ei de remedio congruo providere velimus. Nos nolentes eidem R. filio I. injuriari in hac parte: vobis mandamus quod audita querela ipsius R. filio I. vocatoq; coram vobis præfato R. de H. auditisque hinc & inde partium rationibus, ulterius pro præfato R. filio I. in præmissis fieri faciatis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum, T. &c.

Rex

R Ex vic̄ Lincol̄n salutem. Quia Johanna at Noke quam W. S. jam duxit in uxorem tali die tali anno, coram A. de B. tunc majori stapulæ Westm̄, &c. recognovit se debere R. viginti libras quas, &c. et eas, &c. tibi præcipimus quod corpus prædictæ Johannæ si laica sit capi, & in prisona nostra, &c. et omnes terras ipsorum Wilhelmi et Johannæ et catalla ipsius Wilhelmi in balliva tua, &c.

De fœmina obligata in statuto stapulæ qn' non habet virum.

* Et nota quod in le sicut alias inde non debet inferi ista clausula, (vel causam nobis, &c.) Nota.

R Ex, justiciariis suis de banco salutem.* Sciatis quod R. attornavit coram nobis, &c. S. ad p̄sequendum executionem cujusdam recognitionis eidem R. per L. coram vobis in banco prædicto de viginti marcis factæ, et ad acquietantias inde faciendas, et ad omnia alia negotia illud tangentia facienda. Et ideo vobis mandamus, &c.

De attorn' de recognitione facta coram justiciariis de banco.

R Rex, A. de B. salutem. Sciatis quod dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos quos A. de B. coram vobis facere voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram justiciariis nostris de banco, de recordo et processu loquelæ quæ fuit in curia domini E. nuper regis Angl' avi nostri, coram justiciariis suis de banco prædicto: quæ quidem recordum & processum coram nobis certis de causis venire fecimus, vel sic, de debito viginti marcarum quod idem A. per formam statuti apud Acton Burnell p̄ mercatoribus dudum æditi exigebat, &c.

Dedimus potestatem, &c. de recognitione facta coram justiciariis de banco.

R Sciatis quod dedimus, &c. R. in Wallia commorantis, quos, &c. ad p̄sequendum executionem cujusdam recognitionis tanti, quam A. et P. fecerunt præfato R. coram justiciariis nostris de banco, et ad pecuniam illam recipiendam, et acquietantiam inde faciendam. Et ideo, &c.

Aliter pro amico commorante in Wallia de recognitione coram justiciariis de banco.

R Rex, thesaurario et camerariis suis salutem. Cum I nuper in curia domini E. &c. avi nostri, coram R. de B. et sociis suis tunc justiciariis ipsius avi nostri, ad placita coram ipso avo nostro tenenda assignatis, recognovisset se debere W. quadraginta libras in certis terminis præteritis solvendas, quas quidem quadraginta libras dictus I. idem W. nondum solvit, sicut ex parte sua nobis intelligi datur: nos igitur volentes ex hac causa super tenore recognitionis prædictæ certiorari, vobis mandamus quod scrutatis rotulis ipsius Roberti de tempore prædicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra ut dicitur nos super tenore recognitionis prædictæ sub sigillo scaccarii nostri distincte et aperte sine dilatione reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes. T. me ipso apud Westm̄. &c.

Breve thesaurario & camerariis, de certiorando de tenore cujusdam recognitionis factæ coram justiciariis avi ad placita, &c. tenenda assignatis.

* Nota q̄ en cire tous les recognifances que demandant execution, & tous les judgments q̄ sont rendus: seront maunds en bank le Roy pur aver execution. Mes tous les auters plees sur queux judgment nest pas rendu, serrount maunds en common bank pur doner judgment.

Nota.

R Rex, dilecto & fideli suo A. salutem. Quia quibusdã certis de causis certiorari volumus, super tenore cujusdam recognitionis decem librarum

De certificando super tenore recognitionis

De Certificando.

nis factæ coram
justitiariis iti-
nerantibus.

Breve thesaurario & baronibus de transcripto recognitionis factæ coram justitiariis itinerantibus, executoribus alicujus, mittendo in cancellaria.

De certificando quoniam recognitio secundum formam statuti mercatorii fit coram majore stapulæ.

Aliter de certificando quid actum est de brevi super statutum mercatorium, & si processus fit discontinuatus necne.

Non omittas propter libertatem.

librarum I. de K. p T. de C. coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris itinerantibus in comitatu Lincoln factæ: vobis mandamus quod nos super tenore recognitionis predictæ, sub sigillo vestro distincte & aperte reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes, Teste, &c.

Rex, thesaurario & baronibus suis salutem. Cum N. coram A. & sociis suis nuper justitiariis domini E. nuper regis Anglavi nostri dudum itinerantibus in comitatu Lincoln, anno dicti avi nostri 10. recognovit se debere executoribus testamenti G. quinq; marcas certis terminis solvendas, ac licet terminus solutionis dictæ pecuniæ jamdiu est pertransit, iidem tamen executores executionem ejusdem recordi nondum sunt affecuti ut dicitur: nos volentes dictam recognitionem debito effectui demandari, vobis mandamus quod scrutatis rotulis & memorandis predicti A. de itinere predicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra ut dicitur, transcriptum recognitionis predictæ nobis sub sigillo scaccarii nostri sine dilatione mittatis & hoc breve, T. &c.

Rex, dilecto & fideli suo W. majori stapulæ suæ Westm. salutem. Volentes certis de causis certiorari, si R. de B. miles de comitatu N. coram te in stapula pd' recognovit se debere I. de B. civi & armurario Londoni, & W. de H. bladesmyth civi dictæ civitatis, centum & viginti & octo libras & duos solidos, solvendos eidem I. & W. juxta formam statuti dudum apud Acton Burnell p mercatoribus æditi necne: tibi præcipimus quod scrutatis rotulis & aliis memorandis stapulæ predictæ recognitionem predictam contingentibus, nos inde in cancellaria nostra sub sigillo p hujusmodi recognitionibus ordinato, si nondum inde certificatum sit, distincte & aperte sine dilatione certifies, hoc breve nobis remittens, T. anno 10. R. secundi. Newenham.

Rex, dilecto & fideli suo B. salutem. Quibusdam certis de causis certiorari volumus, si quoddam breve de statuto mercatorum, quod W. & T. tulerunt coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris de banco versus R. & M. de decem libris p præfatos R. & M. apud Eborum nup recognitis, in octavis sancti Michaelis proximo præteritis vel anno tali retornabile, p vic Eborum retornatum fuerit necne. Et si sic, tunc ulterius quid inde actum fuerit, & si processus inde factus, discontinuatus sit necne. Vobis mandamus quod scrutatis brevibus de octavis predictis: nos in cancellaria nostra, de eo quod inde inveneritis, sub sigillo vestro distincte & aperte sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes, T. &c.

Rex, vic L. salutem. Cum A. de B. de com tuo, primo die Octobris anni regni nostri primo, coram I. de L. tunc majore stapulæ nræ de Q. ad recognitiones debitorum in eadē stapula accipiend' deputato, recognoverit se debere S. octo libras, quas ei solvisse debuisset in festo tali tunc proximo sequenti, & eas ei nondum solverit ut dicitur, tibi per breve nostrum præceperimus quod corpus predicti A. si laicus esset capi, & in prisona nræ donec eidem S. de pd' debito plene satisfactum foret salvo custodiri, & omnia trās & catalla ipsius A. in balliva tua p sacm, &c. ut

Et ut in brevi de stapula usq; ibi, p literas tuas sigillatas, ac tu nobis retornaveris, qd prædictus A. non est inventus in balliva tua post adventum brevis prædicti extra libertatem archiepiscopi Cantuar, nec idem A. aliqua habet terras seu tenementa quæ extendi seu appretiari potuerunt, et quod fecisti retornum brevis prædicti W. de T. senescallo libertatis prædictæ, qui tibi nullum dedit responsum: tibi præcipimus quod non omittas ppter libertatem prædictā, quin eam ingrediaris, & corpus ipsius A. si laicus sit capi, et in prisona nostra donec eidem S. de prædicto debito plene satisfecerit salvo custodiri, & omnia terras et catalla ipsius A. infra libertatem prædictæ p sacramentum pborum et legalium hominum de eadem libertate, p quos rei veritas melius sciri poterit, juxta verum valorem eorundem diligenter extendi et appretiari, Et usq; ibi ordinationis inde factæ. Et qualiter hoc pceptum nostrum fueris executus: scire fac nobis in cancellaria nostra à die Paschæ in unum mensem ubicunq; tunc fuerit per literas tuas sigillatas. Et habeas ibi tunc hoc breve, T. Et.

Rex, vic Lincolni salutem. Quia R. de W. vicesimo die Septembris anno tali, corā B. majore stapulæ Westm, et E. et F. constabulariis ejusdem stapulæ, vel F. clerico, ad recognitiones debitorum in eadē stapula accipiend' deputatis, recognovit se debere K. octo libras quas ei solvisse debuit in festo tali tunc proximo sequenti vel ultimo pterito, & eas ei nondum solvit ut dicitur: tibi pcepimus quod corpus p'dicti R. si laicus sit capi, et in prisona nostra donec eidem K. de p'dicto debito plene satisfecerit salvo custodiri, et omnia terras et catalla ipsius R. in balliva tua per sacramentum pborum et legalium hominum de eadem balliva tua, p quos rei veritas melius sciri poterit, juxta verum valorem eorundem diligenter extendi et appretiari, et in manum nostram seisiri facias, ut ea præfato K. quousq; sibi de debito prædicto satisfactum fuerit, liberari faciamus juxta formam ordinationis inde factæ. Et qualiter hoc pceptum nostrum fueris executus: scire facias nobis in cācellaria nostra tali die pximo futuro ubicunq; tunc fuerit p literas tuas sigillatas. Et habeas ibi hoc breve, T. Et.

De recogniti-
onibus in stapu-
la ad capien-
dum debitorem.

Statutum de
stapula, An.
22 E. 3. cap. 9.

Et si diversa brevina fieri debeant in diversis comitatibus vel in civitate London: tunc in fine brevis proximo ante le T. dicatur sic. Regula.

¶ Mandavimus enim vic nro Nottingham', vel vicecomitibus nostris London, vel vicecomitibus nostris Wiltes' et North', quod omnia terras et catalla ipsius R. in ballivis suis juxta verum valorem eorundem diligenter extendi et appretiari, et in manum nostram seisiri faciant in forma prædicta, T. Et. Vel sic, à die sancti Michaelis pximo futuro in unum mensem, &c.

Aliter.

¶ Rex, eidē vic salutem. Quia R. &c. ut supra, p literas tuas sigillatas, ac tu nobis retornaſti quod p'd' W. non fuit inventus in balliva tua postquam breve nostrum tibi liberatum fuit, sed qd cepisti in manum nostram omnia terras, tenementa et catalla ipsius R. in dicta balliva tua, et ea extēdi et appretiari fecisti juxta tenorē brevis nostri prædicti, videlicet duas partes unius messuagii quæ appretiantur ad tantum:

Aliter de eo dem
post retornum
vicecomitis de
brevis prædicto.

Si recognoscat.

tibi præcipimus quod eidem K. omnia terras, tñta & catalla p̄d' p te in manum nostram sic capta, si ea p̄ extentam & appretiationem p̄dictas habere voluerit, liberes, juxta formam ordinationis p̄d', habend' quousq; sibi de debito p̄d' fuerit satisfactum. Et qualiter, &c. ut supra.

Aliter pro executoribus ut in priori brevi.

¶ Quia R. de I. vicesimo die, &c. ut supra, debere K. jam defuncto ut dicitur, octo libras, &c. usq; ibi, donec D. & S. executoribus testamenti p̄dicti K. quousq; sibi de p̄dictis octo libris plene satisfecerit, salvo, &c. usq; ibi, ut ea p̄tatis executoribus quousq; sibi de p̄dictis octo libris satisfactum fuerit, &c.

Breve de certificando de recognitione stapulæ, eo quod petens tenuit penes se certificationem alio cancellario nominatim directam.

¶ Rex, dilecto & fideli suo W. de W. majori stapulæ Westm̄ ad recognitiones debitorū in eadem stapula accipiendas deputato salutem. Ex parte Thomæ Beere personæ ecclesiæ sancti Michaelis de Pater-noster-church London̄ nobis est ostensum, quod cum W. Chivaler de parochia de C. in comitatu Kan̄ anno regni nostri tertio, corā vobis in stapula p̄dicta recognovisset se debere p̄fato T. quadraginta libras juxta formā statuti stapulæ p̄dictæ certis terminis solvendas, & licet vos termino solutionis p̄dictæ elapso, Rad'o episcopo London̄ nuper cancellario nostro, dū in officio cācellarii stetit, sub sigillo officii vestri prout moris est certificaveritis, quia tamen p̄dictus T. dictam certificationem penes se hucusque retinuit, & p̄fatus nuper cancellarius, cui prius nominatim inde certificastis, ab officio suo cancellarij, à diu est, extitit exoneratus: volumus & vobis mandamus quod dicta certificatione p̄fato nuper cācellarij per vos sic facta sane & integre vobis restituta, & scrutatis rotulis de hujusmodi recognitionibus coram vobis anno p̄dicto factis, si inveneritis recognitionē p̄dictam in forma p̄dicta factam fuisse: tunc cancellario n̄ro moderno in eadem cancellaria super recognitione p̄dicta distincte & aperte juxta formam statuti p̄dicti sub sigillo, p̄ recognitionibus stapulæ p̄dictæ deputato certificetis indilate, ut ulterius super hoc fieri faciamus quod secundum formam statuti p̄dicti fuerit faciendum: dicta certificatione prius sic facta non obstante, T. &c.

Si recognoscat.

Rex, vic̄ salutem. Præcipimus tibi quod si A. recognoscat se debere B. C. solidos, tunc ipsum A. distringas ad p̄dictum debitum eidem B. sine dilatione reddend', T. &c. ¶ Se debere C. & D. centum solidos: tunc ipsos A. & B. distringas ad p̄dictum debitum eidem C. & D. sine dilatione reddend' T. & c.

Aliter.

Regula.

¶ Istud breve non fit nisi de pecunia numerata: Et potest fieri sicut alias, & cum pluries, & attachiamētū potest fieri inde. Et si vic' retornaverit quod distrinxit partē per frumentum vel alia catalla ad quæ nō invenit emptores: scribatur ei cum pluries, recitādo retorū & illud insufficiens reputād'. Et eodē modo fiat executio judicii in aliis b̄r accessoriis ubi placitū non est in curia ista. Sed si principale placitū sit hic, veluti de recognitionibus hic factis, & de arentationibus, & tale retorū fiat: potest præcise rescribi quod vendātur vel quod deliberentur querenti, &c.

Sicut alias.

¶ Rex, vic̄ L. salutem. Ex parte A. accepimus, quod cum nuper tibi p̄ceperimus, quod si B. recognosceret se debere A. tantum: tunc ipsū B. distring' ad p̄dictum debitū eidem A. sine dilatione reddend'. Et licet idem

idem B. coram te recognoverit se debere præfato A. debitum prædictum: tu tamen ipsum B. ad debitum illud præfato A. reddendum distringere hæcenus distulisti & adhuc differs, in ipsius A. damnum nõ modicum & gravamen. Et ideo tibi præcipimus quod si ita est, tunc executionem recognitionis prædictæ sine dilatione fieri facias juxta tenorem mandati nostri supradicti. Et hoc nullo modo omittas, T. &c.

☉ Rex, vic salutem. Monstravit nobis A. quod cum ipse implacitasset in comitatu tuo p breve nostrum B. & idem B. in pleno comitatu illo recognoverit se debere præfato A. certam pecuniæ summam ad certum terminum reddendam: tu tamen termino illo elapso eadem pecuniã eundem A. nondum solutam ad querelam suam secundum recognitionem prædictam habere non fecisti, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen. Et quia A. prout justum fuerit subvenire volumus in hac parte: tibi præcipimus quod si ita est, tunc pecuniam illam de bonis & catallis ipsius B. in balliva tua levare, & illam præfatum A. sine dilatione habere facias, ne clamor inde ad nos perveniat iteratus, T. &c.

De executione
facienda de re-
cognitione fa-
cta in comitatu.

☉ Rex, charissimo avunculo suo I. duci Lancie vel ejus cance in ducatu prædicto salutem. Tenorem cujusdam recognitionis statuti mercatorii nobis in cancellaria nostra per I. de B. majorẽ villam de C. & I. de E. clericum, ad recognitiones debitorum apud C. accipiendas deputatos, missa, vobis mittimus presentibus interclusum. Mandantes ut inspecto tenore prædicto, ulterius inde fieri faciat, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie fuerit faciendum, T. &c.

Mittimus can-
cellario Lan-
castriae.

☞ Nota quod si le defendant en le bñ ensuãt face defaut apres apparãce, un graud distresse serra agarde versus luy en lieu de petit Cape. Et sil face aitre foits defaute: donques le demandaũt recoversa sa suite, & ses damages, mes nemie les damages auxi come counta: mes il avera bñ al viscount denquire des damages. Et en cas quod home de religion porte cest bñ, et le defendaunt face defaute come defuis: il naveras pas execution tanquod il soit enquis de la collusion pur disceit quod purroit estre a lestatut de W. 2. capitulo 33. ut patet termino Trinitatis 17 E. 3. Et nota quod tiel distresse nest my a distreiner la partie pur respoudre a la defaute, mes pur respoudre au party. Et issint est adjudge en un brieve de nusaunce anno 42 E. 3. termino Pasche lou tiel distresse fuit agard en meime le brieve, &c.

Regula.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod justities A. quod juste & sine dilatione faciat sectam ad molendinum E. in C. quam ad illud facere debet & solet ut dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quod eam ad illud facere debeat: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justitiarum, T. &c.

De secta ad
molendinum in
comitatu.

☉ Præcipe A. &c. faciat sectam ad molendinum E. in C. quam ad illud facere debet & solet ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter ad ban-
cum.

☞ Istud breve præcedens est breve de recto & fit inter extraneas personas pro secta tali subtracta. Sed si dominus petat hujusmodi sectam a tenente suo: potest distringere & advocare restrictionem esse rationabilem, & hoc visum est tempore Edwardi filii regis Henrici, &c.

Regula.

☉ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod justities A. quod juste

Quod permittat
juste

De Molendino, Domo, & Ponte reparand'.

villanos facere sectam in comitu. **I**uste & sine dilatione permittat villanos suos de C. facere sectam ad molendinū B. in F. quam ad illud facere debent & solent ut dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quod eam ad illud facere debeāt; ne amplius inde clamorem audiamus, &c.

De eodem ad bancum. **¶** Præcipe A. quod permittat villanos suos de C. facere sectam ad molendinum B. in G. Præcipe D. &c. permittat villanos suos de K. facere sectam ad idem molendinum, quam ad illud facere debent & solent, vel debent ut dicit. Et nisi, &c.

Regula. **¶** Eodem modo fiant brevia ad furnum, torale, & ad omnia alia hujusmodi. Et sunt de cursu ad bancum & in itinere, &c.

Quod permittat molere quietum de multura. **¶** Præcipe A. quod iuste, &c. permittat B. molere dominicū bladum suum de N. ad molendinum ipsius A. in N. quietū de multura, quod ad idem molendinum molere debet & solet ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter in comitatu. **¶** Præcipimus tibi quod iustities A. &c. permittat B. molere dominicū bladū, &c. usq; ibi, debet & solet, sicut rationabiliter mōstrare, &c. qđ ad illud molere debeat: ne amplius inde clamorē audiamus, &c.

De molendino tento pro indiviso reparando cum participibus. **R**ex, &c. Si A. fecerit, &c. tunc summū, &c. B. & C. qđ sint, &c. apud W. &c. ostensuri quare cum iidem A. B. & C. quoddam molendinū in N. p̄ indiviso teneant, & exitus inde proveniētes pro æquali portione participant, & ad reparationem & sustentationem ejusdem molendini teneantur, ac iidem B. & C. licet portionē de exitibus illis ipsos contingentē participant, reparationi tamen & sustentationi prædicti molendini contribuere contradicunt, in ipsius A. dispendium non modicum & gravamen ut dicit. Et habeas ibi summonitorum nomina & hoc breve, &c.

Regula. **¶** Et potest fieri pro pluribus versus plures, &c.
De domo reparanda. **¶** Iustities A. quod iuste & sine dilatione reparari faciat quandam domum suā in W. quæ minatur ruinam, ad nocumentum liberi tenementi B. in eadem villa quam reparare debet & solet ut dicit, sicut rationabiliter monstrare, &c. quod eam reparare debet, &c.

De ponte reparando, &c. **¶** Præcipe A. quod iuste, &c. reparari faciat una cum B. & C. participibus suis, quendam pontē, vel gutterā, vel quoddā stagnū in N. quem, quam, vel quod, cum eis reparare debet ut dicunt. Vel sic, quendam pontem, vel quoddam stagnum qui vel quod dirutus vel dirutum est, ad nocumentū liberi tenementi D. in eadē villa vel in alia, quem vel qđ facere debet & solet ut dicit. Vel sic, reparari faciat una cū B. & C. participibus suis wallias & fossata sua in N. quæ dirutæ vel diruta sunt, ad nocumentum liberi tenementi D. in eadem villa vel in alia, quas vel quæ cum eis reparare debet & solet ut dicunt, &c.

Regula. **¶** Et potest omitti le solet si casus fuerit.
Aliter. **¶** Rex, vicescomiti salutem. Quia pons de N. dirutus est & confractus, ad grave damnum partium adjacentium, & periculum hominum per eundem transeuntium manifestum ut accepimus: tibi præcipimus qđ si ita est, tunc omnes illos, quos p̄ legalem inquisitionem per te inde faciend' reparationi ejusdē pontis teneri inveneris, distringas ad pontē illū reparandū & sustentandū, sicut prius fieri cōsuevit: ne

ne amplius inde, &c. pro defectu reparationis pontis illius super hoc iterato sollicitemur, T. &c.

¶ Quia, accepimus q̄d pons de N. adeo dirutus est et confractus, q̄d Aliter. maximum periculum de facili possit imminere hominibus per pontē illum transitoris necnon transeuntibus imminet his diebus, vel sic, majus periculum de facili poterit evenire, nisi citius reparetur: tibi præcipimus quod omnes illos de balliva tua, qui pontem illum reparare & sustentare debent et solent, distringas ad pontem illum reparandum et sustentandum, prout alias fieri consuevit, T. &c.

¶ Quia intelleximus quod pontes inter A. et B. diruti sunt et confracti, Aliter. ad grave damnum partium adjacentium, et periculum per pontes illos transeuntes: tibi præcipimus quod pontes illos, ex quorum frequenti transitu pontes illi diruti seu confracti sunt, et qui ad pontes illos reparandos et sustentandos, &c. sicut rationabiliter fieri consuevit temporibus retroactis, &c.

¶ Quia ex testimonio fide dignorum accepimus, quod homines de comitatu S. et M. grave damnum incurrunt pro defectu reparationis pontis de A. ultra aquam de N. tibi præcipimus quod p̄ sacramentū proborum et legalium hominum de comitatu tuo, p̄ quos rei veritas melius, &c. diligenter inquiras qui pontem illum reparare debent et hætenus reparare consueverunt, et omnes illos qui ad reparationem ejusdem pontis tenentur, prout justum fuerit distringas ad pontem illum reparandum, prout reparare debent et hætenus reparare consueverunt, T. &c. Aliter de ponte reparando in diversis comitatibus.

¶ Rex vicecomiti salutem. Quia pons de N. qui situs est in confinio comitatus tui et comitatus Norff. dirutus est ad grave damnū partiū adjacentium et periculum hominum ibidem transeuntium: tibi præcipimus quod omnes illos de balliva tua, qui una cum hominibus comitatus Norff. pontem illum reparare debent et solent, distringas ad pontem illum reparandum et sustentandum, sicut alias rationabiliter fieri consuevit, T. &c. Aliter in confinio.

¶ Quia via quæ vocatur Lincolñ strete in villa de sancto Botho, per inundationem maris diruta est, ad grave damnum hominum in partibus illis commorantium et ibidem transeuntium: tibi præcipimus q̄d si ita est, tunc omnes illos de balliva tua, qui viam illam reparare debent et solent, distringas, ad viam illam reparandum et sustentandum prout alias fieri consuevit, ne amplius pro defectu reparationis illius super hoc iterato sollicitemur, T. &c. Aliter de via reparanda.

¶ Quia calcetum in regia strata nostra inter A. et B. per frequentes inundationes aquarum adeo dirutum est et confractum, q̄d maximum damnum et periculum hominibus partium illarū et aliorum per calcetum illud transeuntium imminet ut dicitur his diebus: tibi præcipimus q̄d omnes illos de balliva tua, qui ad reparationē et sustentationē calcetti illius tenentur, distringas ad calcetū illud reparandū et sustentandū prout alias fieri consuevit: ne amplius inde clamorem aud' &c. De calceto.

¶ Quia pavementum villæ nostræ de N. per frequentem accessum et De pavimento. incessum

De Pavimento reparando.

incessum caretarum et equorum dirutum est & contractum, ad grave damnum hominum p locum illum transeuntium: tibi præcipimus quod omnes illos de balliva tua, qui pavementum illud reparare debent & solent, distringas, ad pavementum illud reparand' et sustentand', prout illud reparare debent et consueverunt temporibus retroactis, T. &c.

Regula.

¶ Rex, thesaurario et camerariis suis salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore indictamenti facti de W. coram I. de E. et sociis suis nuper justiciariis Henrici ducis Lancastriæ, ad statuta operariorum et servientium in ducatu prædicto conservando assignatis ut dicitur, necnon super tenore recordi et processus inde habitorum quæ in custodia vestra existunt ut dicitur: vobis mandamus quod tenorem indictamenti prædicti, ac etiam tenorem recordi et processus inde habitorum, nobis in cancellariam nostram sub sigillo scaccarii nostri distincte et aperte sine dilatione mittatis et hoc breve, T. &c.

Aliter de utlagaria.

¶ Rex, eisdem salutem. Volentes certis de causis certiorari super recordum et processum utlagariæ in I. in comitatu Lancastriæ tempore Henrici ducis Lancastriæ promulgatæ, et coram justiciariis ut dicitur retornatæ: vobis mandamus quod scrutatis rotulis et memorandis justitiorum prædictorum tempore prædicto præmissa tangentibus, quæ in thesauraria nostra sub custodia vestra existunt ut dicitur, recordum et processum prædicta nobis in cancellariam nostram sub sigillo scaccarii nostri distincte et aperte sine dilatione mittatis et hoc breve, T. &c.

Certiorari capitali justiciario.

¶ Rex, dilecto et fideli suo I. capitali justiciario suo ad placita coram nobis tenenda assignato salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore

tenore recordi et processus loquelæ, quæ fuit coram vobis & sociis vestris iusticiariis nostris ad placita prædicta tenenda assignatis, per breve nostrum inter nos & I. & W. de manerio de B. cum pertinentiis in comitatu N. vobis mandamus quod scrutatis rotulis & memorandis vestris præmissa tangentibus, tenorẽ recordi & processus prædicti nobis sub sigillo v̄ro distincte et aperte sine dilatione mittatis et hoc b̄r, T. &c.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Volentes certis de causis certiorari, si I. C. clericus recuperaverit coram vobis versus I. M. de B. ducentas libras, & si I. M. eidem I. C. in curia nostra coram vobis de dictis ducentis libris satisfecerit necne: vobis mandamus quod nos inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro (vos præfate senescalle) distincte & aperte certificetis indilate, hoc breve nobis remittentes, T. R. apud Westm̄ 6 die Novembris anno 6.

Breve de certiorando si aliquis recuperavit coram senescallo & marescallo hospitii regis.

¶ Rex iusticiariis suis de banco salutem. Quoddam breve nostrum senescallo & marescallo hospitii nostri directum, & coram nobis in cancellaria nostra per præfatum senescallum retornatum, vobis mittimus præsentibus interclusum: mandantes ut inspecto b̄r prædicto ac indorfamento ejusdem brevis, ulterius ad prosecutionem I. de C. clerici fieri facias, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni n̄ri Angl̄ fuerit faciend', T. R. 14 die Novembris anno sexto.

Mittimus inde.

¶ Rex, thesaurario & camerariis suis salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super tenore pedis cujusdam finis nuper levati in curia domini H. filii regis Johannis quondam regis Angliæ progenitoris nostri, anno regni sui secundo, coram R. & sociis suis tunc iusticiariis ejusdem nuper regis H. de banco, per breve suum, &c. ut in primo brevi.

Breve de certiorando tempore regis H. 3.

* En tant des maners poet femme perdre sa dower des tenements, des queux son baron fuit seisy. Si son baron soit atteint de felony: ou si son baron soit villain: ou si son baron ad ew deux femmes & de la primer vient la heritage qu'il tient per la ley dengleterre, la secunde femme ne poet aver dower: ou si son mary devie tanque come il est deins age, &c.

Nota quot modis femina potest perdere dorem.

R Ex, dilecto & fideli suo S. escaetori suo in comitatu L. salutem. Mandamus quod accepta securitate de A. quæ fuit uxor B. nuper defuncti, qui de nobis tenuit in capite, quod se non maritabit sine licentia & voluntate nostra, & facta extenta terrarum & tenentorum quæ fuerunt prædicti B. quondam viri sui de balliva vestra: eidem A. rationabilem dotem suam, ipsam de terris & tenementis prædictis contingentem, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl̄ assignari facias, T. &c.

De dote quando mulier invenit securitatem, &c. Prærogativa regis, ca. 3.

R Ex, vicecomiti salutem. ¶ Præcipe A. quod, &c. reddat B. quæ fuit uxor C. rationabilem dotem suam, quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit prædicti C. quondam viri sui in N. unde nihil habet ut dicit, et unde queritur quod prædictus A. ei deforciat. Et nisi, &c. tunc summ̄ per bonos summonitores prædictum A. quod sit, &c.

De dote unde nihil habet. Non indorfetur.

Attincta de Dote.

- De attornato inde. **¶** Inter B. quæ fuit uxor C. petentem, et prædictam A. deforciantem, de dote ipsius B. in N. Et ideo, *¶*
- Aliter pro viro & uxore. **¶** Quod reddat B. et C. uxori ejus rationabilem dotem ipsius C. quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit D. quondam viri sui in N. unde nihil habet ut dicunt, et unde queruntur quod prædictus A. eis deforciat. Et nisi, &c.
- Aliter versus custodem. **¶** Præcipe T. custodi terræ et hæredis I. vel custodi terræ hæredis I. quod, *¶* reddat B. quæ fuit uxor C. *¶*
- Regula. **¶** Ista forma tenet sive sit custodia totius terræ sive partis, &c.
- Aliter de dote assignata ad ostium ecclesiæ. **¶** Præcipe T. quod, *¶* reddat B. quæ fuit uxor C. decem acras terræ cum pertinentiis in N. de quibus prædictus C. quondam vir ipsius B. eam dotavit ad ostium ecclesiæ quando eam desponsavit, unde nihil habet ut dicit, et unde, *¶*
- Regula. **¶** Nota que le registre ne done mye justicies de dower, mes la ou la femme est endowe al huys de leglise. Et ideo quære si tous auters briefes de dower poent estre pledes en countie ou fors cel solement, &c.
- Aliter de dote de denariis assignatis ad ostium ecclesiæ. **¶** Quod reddat B. quæ fuit uxor C. viginti marcas quas idem C. quondam vir ipsius B. ei assignavit ad ostium ecclesiæ quando eam desponsavit, unde nihil habet, *¶*
- Regula. **¶** Et potest placitari in comitatu, &c.
- Aliter de assensu patris ad ostium ecclesiæ. **¶** Præcipe A. quod reddat B. quæ fuit uxor C. centum acras terræ cum pertinentiis in N. de quibus prædictus C. filius et hæres ipsius A. quondam vir ipsius B. de assensu et voluntate prædicti A. patris sui, eam dotavit ad ostium ecclesiæ quando eam, *¶*
- De dote in London. **¶** Rex, majori vel custodi et vicecomitibus London salutem. Præcipimus vobis quod justitietis A. quod juste et sine dilatione et secundum consuetudinem civitatis nostræ London, reddat B. quæ fuit uxor C. rationabilem dotem suam, quæ eam contingit, &c. in London, Et justitietis D. quod juste et sine, *¶* secundum consuetudinem, *¶* reddat eidem B. rationabilem dotem suam, *¶* in eadem civitate unde nihil habet ut dicit, et unde queritur quod prædicti A. et D. ei deforciant, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ei reddere debeant: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justitiæ, T. *¶*
- Attincta de dote. **R**ex, vic Lincoln salutem. Si A. et B. uxor ejus fecerint, *¶* tunc summonedas, *¶* 24 legales milites, *¶* quod sint, *¶* parati sacramento recognoscere, si I. quondam vir ipsius B. die quo eam desponsavit vel unquam postea, fuit seiscitus in dominico suo ut de feodo de uno messuagio cum pertinentiis in N. ita quod ipsam inde secundum legem et consuetudinem regni nostri Angli dotare potuit, sicut prædicti A. et B. dicunt, vel non, sicut H. quem C. qui messuagium illud tenet versus ipsos A. et B. inde vocavit ad warrantum, coram præfatis justiciariis dicit, unde prædicti A. et B. queruntur quod juratores per quos quedam inquisitio inde inter eos capta fuit per breve nostrum coram præfatis justiciariis, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt juratores illius inquisitionis, et eos, *¶* Et summonedas, *¶* Et habeas ibi summonitorum nomina militum et hoc breve, T. &c.

¶ Si

¶ Si A. quæ fuit uxor E. &c. usque, recognoscere, si juratores per quos Aliter. quædam inquisitio nuper capta fuit coram præfatis justiciariis apud W. per breve nostrum inter ipsam A. petentem et L. deforciantē de dote ipsius A. in N. falsum fecerunt sacramentum, sicut eadem A. nobis graviter conquerendo monstravit necne. Et interim, &c.

* Nota qd' in hujusmodi brevibus precedētibus: bñ non cassabitur p̄ exceptionem tenentis, pro eo qd' ipsa recepit dotem de alio teñto in eadem villa antequā bñ impetratum fuerit, nisi ipse tenens monstrare vel verificare poterit qd' eadē mulier recepit partem dotis suæ de eadē villa antequam impetratum fuit prædictum breve, ut patet per statutum Westm' primi cap. 46. &c. Nota.

R Ex, vicecomiti salutem. Questus est nobis A. filius et hæres B. De admesuratione dotis pro hærede, W. 2. cap. 7. vel consanguineus et hæres B. quod C. quæ fuit uxor prædicti B. plus habet in dotem de libero tenemento quod fuit prædicti B. quondam viri sui in N. quam habere debet et ad ipsam pertinet habendum. Et ideo tibi præcipimus quod juste et sine dilatione admesurari facias dotem illam, ita quod prædicta C. non habeat plus in dotem de hæreditate prædicti A. quam habere debet et ad ipsam pertinet habend' secundum rationabilem dotem suam: et quod prædictus A. habeat de dote illa id quod habere debet et ad ipsum pertinet habend': ne amplius inde clamorem aud' pro defectu recti, T. &c.

* Nota qd' si la femme en tiel bñ veigne & dit qd' el est prest desre admesure: le Nota. plaintif ne recovers my damagis, ut patet an. 42 E. 3. termino Trinitatis.

¶ Questi sunt nobis A. et E. uxor ejus, quod C. et D. uxor ejus plus habent in dotem ipsius D. de libero tenemento quod fuit I. quondam viri sui patris vel fratris prædictæ E. cujus hæres ipsa est in N. quam habere debent et ad ipsos pertinet habend'. Et ideo tibi præcipimus, &c. ut supra usq; ibi, ita quod prædicti C. et D. non habeant plus in dotem ipsius D. de hæreditate prædicta quam habere debent, &c. et quod prædicti A. et E. habeant de dote illa, &c. ut supra. Aliter pro viro & uxore.

* Et fiat bñ de admesuratione dotis per defaltā, ut supra in bñ de admesuratione pasturæ mutatis mutandis, &c. Nota.

¶ Pone ad petitionem petentis, &c. loquelam quæ est in comitatu tuo Pone inde. per breve nostrum inter A. et B. quæ fuit uxor C. de admesuratione dotis ipsius B. in N. Et sum, &c.

¶ Questus est nobis A. custos terræ et hæredis B. quod C. quæ fuit De admesuratione dotis pro custode. uxor prædicti B. plus habet in dotem, &c. usq; ibi, ita quod prædicta C. non habeat plus in dotem de hæreditate prædicti hæredis quam habere debet, &c. et quod prædictus custos habeat de dote illa, &c. ne amplius inde, &c.

* Nota de processu horum brevium in statuto Westm' secundi cap. 7. Nota.

R Ex, viç Lincolñ salutem. ¶ Præcipe A. quod, &c. reddat B. quæ Breve de dote amissa per defaltam, W. 2. cap. 4. fuit uxor C. unum messuagium cum pertinentiis in N. qd' clamat esse rationabilem dotem suam, vel sic, qd' clamat esse de rationabili dote sua, et quod idem A. ei deforciat ut dicit, &c.

¶ Quod reddat E. unum messuagium, &c. quod clamat esse jus et maritagium suum, et quod idem A. ei injuste deforciat, &c. De maritagio amissa per defaltam.

De Attornato pro Custode.

- De feodo ralli-
ato amisso per
defaltam.
De ten' tento
ad termin' vita
amisso per de-
faltam.
Regula.
Aliter per le-
gem Angliæ.
Regula.
Quod nullus
placitetur sine
breui regis de
libero tene-
mento suo,
Marlb. cap. 21.
- Attachiamen-
tum inde.
- De attornato
inde.
- Breve inde vi-
cecomiti ad
communem
legem.
Aliter.
- De attornato
pro custode
qn' hæres voca-
vit ad warran-
tum in brevi de
dote.
- Aliter pro mu-
liere dotem pe-
tente.
- Aliter de voca-
- ¶ Quod iuste, &c. unum messuagium, &c. quod clamat tenere sibi et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et quod prædictus A. &c.
- ¶ Quod, &c. reddat B. unum messuagium, &c. quod clamat tenere ad terminū vitæ suæ, et qd prædictus A. ei iniuste deforciat, &c. Et nisi, &c.
- ¶ Non dicatur iniuste deforciat, quia le (iniuste) non habetur in statuto, &c.
- ¶ Quod clamat tenere per legem Angliæ, et quod prædictus A. ei iniuste deforc, &c.
- ¶ Istud hñ pro tenentibus per legem Angliæ non continetur in statuto sicut alia hñ præcedentia, sed potest manuteneri per idem statutum, &c.
- R**ex, ballivis suis de N. salutem. Cum de communi consilio regni nostri Angl' statutum sit, quod nullus distringere possit libere tenentes suos ad respondendum de libero tenemento suo, neque de aliquibus ad liberum tenementum suum spectantibus, nec jurare fac' libere tenentes suos contra voluntatem suam, desicut hoc nullus facere possit sine præcepto nostro: vobis præcipimus quod non distringatis A. ad respondendū coram vobis in curia nostra prædicta, de libero tenemento suo, neque de aliquibus ad liberum tenementum suū spectantibus, nec jurare faciatis eundē. A. contra voluntatem suam sine speciali præcepto nostro, contra formam statuti prædicti. Et disti, &c.
- ¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc pone, &c. B. ballivū curiæ suæ de D. qd sit, &c. ostensurus quare cum de communi consilio regni nostri Angl', &c. usque ibi, sine præcepto nostro: idem B. distrinxit præfatum A. ad respondendum coram ipso in curia prædicti domini sui de D. de libero tenemento suo, et jurare fecit eundem A. contra voluntatem suam, et contra formam statuti prædicti, et contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina, &c.
- ¶ Ad lucrand' vel perdend' in loquela quæ est coram vobis, &c. de eo quod idem B. distrinxit præfatum A. ad respondend' coram ipso de libero tenemēto suo, &c. usq; ibi, contra voluntatē suā, et contra formā statuti de cōmuni consilio regni nostri Angl' inde pvisi. Et ideo, &c.
- ¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod non implacites vel implacitari permittas A. de libero tenemento suo in N. sine præcepto nostro vel capitalis justiciarii nostri, T. &c.
- ¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod non permittas, quod A. distringat B. ad faciendum consuetudines vel servitia quæ ei de jure facere non debet nec solet, T. &c.
- R**ex, vic', &c. Sciatis quod I. custos terræ et hæredis W. attornavit coram nobis loco suo K. et L. ad lucrand' vel perdend' in loquela quæ est coram nobis per breve nostrum inter A. et B. uxorem ejus petentes, et C. et K. uxorem ejus deforciantes, de dote ipsius B. in N. unde iidem C. et K. præfatum hæredem versus prædictos A. et B. vocaverunt ad warrantum ut dicitur. Et ideo vobis mandamus, &c.
- ¶ Vel sic, inter ipsam A. petentem et B. deforciantem, de dote ipsius A. in N. unde idem B. C. de D. versus præfatum A. inde vocavit ad warrantum ut dicitur. Et, &c.
- ¶ Vel sic, inter ipsam A. petentem, &c. ut supra usq; ibi, inde vocavit ad

ad warrantum, qui eum warrantizavit, et ulterius, &c. præfatum A. to ad warrantu' & ille vocavit ulterius.

¶ Vel sic, inter ipsam A. petentem et B. deforçantem, de dote ipsius A. in N. Et ideo, &c. Aliter pro muliere.

¶ Vel sic, in loquela quæ fuit coram justiciariis nostris de banco, per breve nostrum inter, &c. in L. quæ quidem loquela p̄ eosdem justiciarios coram vobis in cur̄ n̄ra civitatis prædictæ juxta libertates ejusdem civitatis retorñ est placitand'. Et ideo, &c. Aliter in civitate.

¶ Rex, dilecto et fideli suo I. salutem, Sciatis quod dedimus vobis potestatem, &c. in loquela quæ est coram justiciariis nostris de banco, per breve nostrum inter C. et D. uxorem ejus petentes, et B. deforçantem de dote ipsius D. in K. in qua quidē loquela T. p̄ eo quod prædictus B. tēntum versus eum petitum tenuit ad vitam suam de hereditate ipsius T. et defaultam fecit, ad jus suum secundum formam statuti de cōmuni cōsilio regni nostri Angl' inde p̄viso defendend' admittus fuit, et unde idem T. præfatos N. et M. versus prædictos C. et D. vocavit ad warrantum ut dicitur. Et ideo vobis, &c. Dedimus potestatem recipiendi attornato inde.

¶ Vel sic, dedimus, &c. attornatum I. custodis terræ et hæredis C. quos &c. de dote ipsius C. in N. unde iidem D. et W. prædictum hæredem versus præfatos A. et B. vocarunt ad warrantum, qui eos warrantizavit ut dicitur, ut ulterius F. versus prædictum A. vocavit ad warrantum. Et ideo, &c. Aliter.

¶ Sciatis quod admittimus A. custodem B. infra ætatem existentis, ad prosequend' et defendendum loquelam, &c. quæ, &c. p̄ breve nostrum inter C. petentem et D. deforçantem, de dote ipsius C. in E. unde D. prædictum B. et F. versus prædictam C. vocavit ad warrantum ut dicitur. Et ideo vobis, &c. quod prædictum A. custodem ipsius B. ad hoc admittatis, T. &c. De custode admisso in brevi de dote.

Rex, vic̄ salutem. Si I. fecerit, &c. tunc sum̄, 24 legales milites de visinetu de P. quod sint, &c. parati sacramento recognoscere, si juratores per quos quædam inquisitio nuper summonita fuit et capta, coram præfatis justiciariis nostris apud Westm̄, de loquela quæ fuit coram eisdem justiciariis per breve nostrum, inter E. quæ fuit uxor W. militis petentem, et prædictum I. deforçantem, de dote ipsius E. in P. falsum fecerunt sacramentum, sicut idem I. nobis graviter conquerēdo &c. Et interim, &c. Et eos tunc habeas coram præfatis justiciariis apud Westm̄. Et sum̄, &c. prædictam E. quod tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas, &c. Attincta de dote.

Pateat universis per præfentes, quod ego A. de B. attornavi et in loco meo constitui C. de D. ad sectam pro me et nomine meo faciend' ad curiam talis de N. juxta tenorem b̄f regii ballivis p̄d' talis cur̄ suæ p̄dictæ vel cur̄ suæ de N. inde directi: ratum habiturus et gratū, quicquid idē C. nomine meo fecerit in p̄missis, vel in p̄missis duxerit faciendū. In cujus rei testimoniū p̄sentibus sigillū meū apposui. Datum apud E. tali die anno regis Richardi secundi tertio. Litera ad faciendū attornato pro secta facienda.

* Nota

De attorn' pro Secta facienda.

- Regula.** Nota quen cas ou home doit fair attorney pur fair un suit à un court secundū statutum ou al hundred, en son bñ il ne covient pas, quant il reherce le statut, de mōstrer le statut estre fait pur nul suit faire, sinon pur cel sur quel il voet cōcluder apres. Mes. quil le fait je croy que son brief nest pas le pire: sed quære tñ.
- De attorn' pro secta facienda per literas patentes Merton ca. 9. Indorfetur.** ¶ **Rex ballivis A. de B. salutem.** Quia per commune consilium regni nostri Angliæ provisum est, quod quilibet liber homo, qui sectam debet ad curiam domini sui, libere possit facere attornatū suum ad sectā illam pro eo faciendam: vobis præcipimus quod attornatū, quem W. per literas suas patentes loco suo attornare voluerit, ad sectam pro eo faciendam ad curiā prædicti domini vestri de N. loco ipsius A. sine difficultate ad hoc recipiatis hac vice de gratia nostra speciali. T. &c.
- Nota.** * Et nota quod hujusmodi breve non datur per statutum prædictum in visu franciplegii.
- Aliter sine literis patentibus. No' indorfetur.** ¶ **Rex ballivis suis de W. salutem.** Quia, &c. vobis præcipimus qd' attornatum, quem N. loco suo attornare voluerit, ad sectam, &c. ad curiam nostram de W. sine difficultate ad hoc recipiatis. T. &c. Breve de statuto.
- Aliter vicecom'.** ¶ **Rex vic' salutem.** Quia per commune consilium regni nostri, &c. ad comitatus, trithinga, hundreda, vel wapentachia, libere possit, &c. tibi præcipimus quod attornatum, quem A. loco suo attornare voluerit, ad sectam pro eo faciendam, ad comitatum tuum prædictum, trithinga tua de A. et B. hundreda tua de F. et N. et wapentachia tua de K. et R. loco ipsius A. sine difficultate ad hoc recipiatis. T. &c.
- Aliter ballivis de hundredo septem hundredorum.** ¶ **Qui sectam debet ad hundreda, libere, &c. vobis, &c. quod attornatum, quem S. loco suo attornare voluerit, ad hundredū nostrum prædictum septem hundredorum de C. et B. loco, &c.**
- Regula. Aliter ballivis.** ¶ Et debet dirigi ballivis suis de hundredo septem hundredor' de C. & B. &c. ¶ **Rex ballivis suis vel custodi terræ et hæredis A. vel custodi terræ hæredis A. de hundredo de B. salutem.** Cū, &c. ad hūdrede libere, &c. vobis, &c. quod attornatum, &c. ad hundredum nostrum prædictum vel hundredum prædicti hæredis de B. loco, &c.
- Nota ad diversa hundreda tantum, & sic de aliis.** ¶ **Vobis præcipimus, &c. ad hundredum nostrum de B. et hundredū nostrum de S. loco, &c. Vel sic, ad hundredum prædicti domini vestri de B. hundredum prædicti domini vestri de R. et hundredum ejusdem domini vestri de W. loco, &c.**
- Regula. Aliter pro custode sed non tenet in visu franciplegii.** ¶ **Eodem modo fiat de wapentachiis & trithingis, &c.** ¶ **Vobis præcipimus quod attornatum, quem W. custos terræ et hæredis R. loco suo, &c. ad sectam pro eo nomine dicti hæredis faciendam, &c. loco ipsius custodis sine difficultate, &c.**
- Aliter per literas patentes & indorfetur.** ¶ **Rex ballivis decani & capituli ecclesiæ beatæ Mariæ Lincolni de C. vel de hundredo de C. salutem.** Quia, &c. usque ibi, vobis præcipimus quod attornatū, quem S. per literas suas patentes loco suo attornare voluerit, ad sectam pro eo faciendam, ad curiam prædictorum decani & capituli de C. loco ipsius S. vel ad hundredum prædictorum decani & capituli de C. loco ipsius S. sine difficultate ad hoc recipiatis hac vice de gratia nostra speciali. T. &c.

¶ **Rex**

¶ Rex, ballivis suis honoris Peverellæ in comitatu Noſ S. Quia, &c. Aliter ballivis honoris.
vobis, &c. ad ſectam pro eo faciendam ad curiam noſtram honoris prædicti in comitatu prædicto loco, &c.

¶ Et poſſunt omnia hæc præcedentia fieri per literas patentes & ſine, &c. Regula. Aliter ad curiam duorum.
¶ Rex, ballivis C. et D. uxoris ejus, vel W. et R. de K. ſalutem. Cum &c. vobis, &c. ad curiam prædictorum C. et D. vel prædictorum domini noſtri, &c.

¶ Rex ballivis A. de Hundredo de B. ſalutem. Ex parte S. nobis eſt oſtenſum, quod cum ipſe per breve noſtrum attornatum ſuū ad ſectam pro eo faciendam, ad hundredum prædicti domini veſtri de B. in eodem hundredo coram vobis feciſſet, et idem attornatus per idem breve ad hoc admiſſus, ſectam illam hæcenus fecerit ſicut moris eſt in regno noſtro Angl^{ie}: vos præſumptioni veſtræ voluntarie innuentes, et cauſam prætendentes quod poteſtas hujusmodi attornati ultra annū durare non debet, ipſum S. prædictam ſectam per attornatum ſuum prædictum facere non permittitis, in ipſius S. damnum non modicum et gravamen, de quo miramur quamplurimum et movemur. Et quia virtus brevium noſtrorum de hujusmodi attornato faciend^o terminū non capit, nec tempore limitatur durantibus perſonis quæ ad hoc requiruntur, nos, ne idem S. vel alii indebite vexentur vel graventur occasione prædicta, remedium ſuper hoc adhibere volentes, vobis præcipimus firmiter injungentes, quod ab hujusmodi voluntariis et indebitis vexationibus et gravaminibus eidem S. vel aliis ea occasione de cætero inferendis deſiſtentes, ipſum S. ſectam prædictam per attornatum ſuum prædictum ſine difficultate qualibet facere permittatis, juxta tenorem prioris brevis noſtri vobis inde directi. Et ita vos habeatis in hac parte: quod prædictus S. occasione prædicta non ponatur in default, nec in aliquo ſit perdens, et quod non oporteat nos ſuper hoc amplius ſolicitari, per quod manum ad hoc aliter apponere debeamus, T. &c.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Ex parte S. nobis eſt oſtenſum, quod cum ipſe, &c. ad comitatum tuum prædictum, trithingum tuum de B. et wapentachium tuum de S. in eiſdem comitatibus, trithingis et wapentachiis, attornatum ſuum feciſſet, et idem attornatus per idem breve &c. ut ſupra. Aliter.

¶ Rex vicecomiti S. ſalutem. Si A. fecerit, &c. tunc pone, &c. oſtenſum quare cum de cōmuni conſilio regni noſtri Angl^{ie} proviſum ſit, quod quilibet liber homo, qui ſectam debet ad curiam domini ſui, libere poſſit facere attornatum ſuum ad ſectam illam pro eo faciendam, ac idem A. breve noſtrum de attornato ſuo faciend^o ad ſectam pro eo faciendam, ad curiam prædicti domini ſui de N. in curia prædicta prout moris eſt in regno noſtro eidem K. detuliſſet: idem K. illud recipere vel inſpicere, et W. quem idem A. loco ſuo ad ſectam illam in eadem curia pro eo faciendam attornaverat vel præſentaverat, ad hoc admittere recuſavit, in noſtri contemptum, et prædicti A. damnum non modicum et gravamen, et contra formam proviſionis prædictæ. Et habeas, &c. pleg^{us} & hoc breve, T. &c. Attachiamen- tum quando ballivus recuſat recipere attornat.

Rex

Brevia de Statuto.

Quod tenentes in custodia ex concessione regis teneant quiete ab omni secta.

Rex ballivis A. de I. salutem. Cum secundum legem & consuetudinem, &c. non debeamus sectam ad curiam alicujus facere, occasione terrarum & tenementorum quorumcunq; in manu nostra vel in custodia nostra existentium, & illi quibus hujusmodi custodias commiserimus custodiendas, illas durante ipsa custodia adeo libere & ab omni secta quietas tenere debeant, ac si nos eas in manu nostra teneremus: vobis præcipimus quod R. occasione terrarum & tenementorum I. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ sunt in custodia ejusdem R. ex concessione nostra non distringas vel distringi facias, ad faciendum sectam ad curiam prædicti domini vestri de I. durante custodia antedicta. Et distr, &c.

Quod mulieres tenentes in dote de hujusmodi custodia, teneant quiete ab omni secta durante hujusmodi custodia.

¶ Rex ballivis A. de B. salutem. Cum secundum legem, &c. usq; ibi, existentium, & mulieres terras vel tenementa tenentes in dotē de hujusmodi custodiis, ea adeo libere & ab omni secta quiete tenere debeant durantibus custodiis illis, ac si prædicta terras & tenēta in manu nra teneremus: vobis præcipimus quod R. & M uxorem ejus occasione terrarum & tenementorum quæ fuerunt H. in F. qui de nobis tenuit in capite, & quæ iidem R. & M. tenent in dotem ipsius M. de dono prædicti H. quondam viri sui, & de hæred' L. filii & hæredis A. infra ætatē & in custodia nostra existentis non distringatis, ad faciendum sectam ad curiam prædicti domini vestri de B. durante custodia nostra supra dicta. Et districtionem, &c.

Aliter quod tenentes de hærede infra ætatem & in custodia regis, non distringantur ad faciendum sectam ad wapentachia.

¶ Rex vicecomiti Norff. salutem. Cum secundum legem & consuetudinem regni nostri, nullus qui tenet de hærede intra ætatem & in custodia nostra existente, teneatur ad sectam faciendam ad comitatus, hundreda, wapentachia, seu alias curias, pro terris & tenementis ipsorum hæredum in manu nostra existentibus durante custodia supra dicta: tibi præcipimus quod abbatem de D. tenentem quorundā terrarum & tenementorum Rogeri filii & hæred' Rogeri de B. defuncti in C. qui de domino E. nuper R. Angl' patre nostro tenuit in capite, occasione terrarum & tenementorum ejusdem hæredis in eadem villa in manu nostra ratione minoris ætatis suæ existentium non distr, vel distringi facias, ad faciendum sectam ad wapentachium de B. durante custodia antedicta, &c.

Aliter.

¶ Rex ballivis A. de S. de hundredo de B. salutem. Cum nos occasione terrarum & tenementorum quorumcunque in manu & in custodia nostra existentium, aut illi quibus hñdi custodias commisimus, seu tenentes de hæreditatibus de hærede infra ætatem & in custodia nostra existente, pro terris & tenementis hñdi hæredis durantibus ipsis custodiis, sectam ad curiam alicujus facere minime debeamus, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl': vobis præcipimus quod abbatem de G. tenentem hæredis W. qui de nobis tenuit in capite, cujus quidem hæredis terrarū & tenementorū custodiā I. comisimus, ad sectam pro terris & tenementis quæ sunt de hæreditate prædicti hæredis, ad hundredum prædicti domini vestri faciendum non distringatis seu distringi faci, durante custodia antedicta, &c.

¶ Rex

¶ Rex ballivis A. de B. salutem. Cum hæredes infra ætatem et in custodia nostra existentes, servitia aliqua durantibus custodiis illis facere minime debeant seu teneantur, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl^{ie}: vobis præcipimus quod districtioni quã abbati de W. tenenti hæredis W. de W. qui de nobis tenuit in capite infra ætatem et in custodia nostra existentis, pro homagio et fidelitate aut aliis servitibus prædicti hæredis præfato domino vestro faciend^o, facitis, supersedeatis omnino, durante custodia antedicta, et districtionem, &c.

Aliter,
Apud London^{am}
An. 10 E. 3.

¶ Rex, vic^{em} salutem. Ex parte A. quæ fuit uxor B. nobis est ostensum, quod tu ipsam A. in terris et tenementis quæ tenet in dotem de hæreditate quæ fuit prædicti B. quondam viri sui, in comitatu tuo die quo obiit, pro relevio R. patris prædicti B. nobis ad scaccarium nostrum reddendo, per summ^{um} scaccarii prædicti distringis, et ipsam ea occasione inquietas, in ipsius A. damnum non modicum et gravamen, et contra consuetudinem hætenus in regno nostro in hujusmodi casu usitatam. Et quia præfata A. injuriari nolumus in hac parte: tibi præcipimus quod demandæ, quam tu in terris et tenementis, quæ præfata A. sic tenet in dotem, de hæreditate prædicta pro relevio prædicto nobis ad dictum scaccarium reddendo, facis, supersedeas, et ipsam inde pacem habere permittas. Proviso tamen quod relevium illud de aliis terris et tenementis quæ fuerunt prædicti R. die quo obiit prout justum fuerit levetur ad opus nostrum, T. &c.

Quod tenentes
in dotem non
distringantur
pro relevio.

¶ Rex dilecto et fideli suo I. salutem. Cum nos de terris et tenementis in custodia et in manu nostra ratione minoris ætatis hæredum eorundem existentium, servitia aliqua facere seu debita inde solvere minime teneamur, ac illi quibus custodias hæm^{us} commiserimus, terras et tenementa ad hujusmodi custodias pertinentia adeo libera et exonerata tenere debeant durantibus custodiis illis, sicut ea teneremus in manu nostra: vobis mandamus quod demandæ, quã facitis F. in terris et tenementis quæ tenet in C. de hæreditate H. infra ætatem, et in custodia dilecti et fidelis, &c. P. ex cõmissione nra existentis, pro homagio et fidelitate ac relevio ipsius hæredis vobis faciend^o, supersedeatis durante custodia supradicta. Et districtionem, &c. T. &c.

Aliter quando
rex non tenetur
facere servitium
seu debitum
solvere pro ter-
ris quæ sunt in
custodia sua, nec
illi qui quibus
hujusmodi cus-
todia dimissa
est.

¶ Rex ballivis hundredi de N. salutem. Cum secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl^{ie}, mulieres tenentes in dotem pro terris et tenementis, quæ tenent in dotem, sectam ad hundredum vel ad curiam alicujus facere non debeant: vobis Præcipimus quod A. quæ fuit uxor B. ad faciendum sectam ad hundredum prædictum, pro terris et tenementis quæ tenet in dotem, de libero tenemento quod fuit prædicti B. quondam viri sui, contra legem et consuetudinem regni nostri non distringatis, dummodo hæres prædicti B. alia terras et tenementa in balliva vestra habeat, per quæ distringi valeat ad sectam illam pro prædicta dote faciendam. Et districtionem, &c. T. &c.

Quod mulieres
non faciant se-
ctam pro dote.

¶ Rex escaetori suo citra Trentam salutem. Quia Margareta quæ fuit uxor Edmundi quondam baronis Staff. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, se sine licentia nostra aut dilecti et fidelis nostri Radulphi

Breve quod vidua
regis se ma-
ritavit sine

Basset

Brevia de Statuto.

licentia de fei-
endo omnia
terras & ten-
tam viri quam
viduæ sic má-
ritatæ.
Prærogativa
regis, cap. 3.

Nota.

Quod tenentes
ex concessione
regis non faci-
ant sectam.

De non facien-
do sectam pro
parcella terræ
unde unica se-
cta debeat
tantum, quando
alia parcella est
in manu regis
durante custo-
dia, &c. Marleb.
cap. 9.

De turno vice-
comitis, Marle-
bridge cap. 10.

Attachiamen-
tum inde.

Basset de B. cui id, quod ad nos pertinuit de maritagio prædictæ M. concessimus, Thomæ de Pipe maritavit, sicut ex querela ipsius Radulphi accepimus: vobis mandamus quod si ita est, tunc omnia terras et tenita tam ipsius Thomæ quam prædictæ M. in balliva vestra sine dilatione capiatis in manum nostram, et ea salvo custodiri fac̄ donec aliud inde à nobis habueritis in mandatis, T. &c.

* Et nota quod prædictus T. satisfecit præfato R. per quod rex amovit manū suam ut patet rotulo clauso de anno 7 regi. avi.

¶ Rex, ballivis, &c. salutem. Cum secundū legem et consuetudinem regni nostri Angl̄, non debeamus sectam ad curiam alicujus facere, occasione terrarum et tenementorum quorumcunque in manu nostra existentium, ac illi quibus hujusmodi terras et tenementa commiserimus, ea adeo libere et ab omni secta quiete tenere debeant, ac si ea in manu nostra teneremus: vobis præcipimus quod W. occasione terrarum et tenementorum quæ fuerunt H. in D. quæ per forisfactum ejusdem H. ad manum nostram tanquam escaeta nostra devenerunt, et quæ idem W. tenet ad voluntatem nostram ex commissione nostra non distringatis vel dist̄ fac̄, ad faciendum sectam quamdiu terræ et tenita illa in manu ipsius B. existent in forma supradicta. Et districtio- nem, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti N. salutem. Cum de communi consilio regni nostri Angl̄ provisum sit, quod si hæreditas aliqua, de qua unica secta tantū debeat, ad plures hæredes, &c. vel ad alios per venditionem, &c. devolvatur, unica tantum, &c. fieri consuevit, ac quædam hæreditas, quæ fuit H. de baronia de B. pro qua quidem baronia unica secta tantum ad comitatum tuum prædictum debetur, ad dilectos et fideles nostros H. et W. filium et hæredem B. infra ætatem et in custodia dilecti et fidelis nostri R. de N. ex commissione nostra existentem, per venditionem sit devoluta ut accepimus, nosque secundum legem, &c. non debeamus sectam aliquam facere occasione terrarum et tenementorum in manu et custodia nostra existentium, et illi quibus hujusmodi custodias commiserimus, illas adeo libere et ab omni secta quiete tenere debeant, sicut nos eas in manu nostra teneremus: tibi præcipimus quod si ita est tunc non distringas prædictum R. ad faciendam sectam ad comitatum tuum prædictum, pro terris et tenementis de Baronia prædicta, durante custodia dicti hæredis supradicta, T. &c.

Rex, vic̄ Wygor̄ salutem. Cum de communi consilio regni nostri Angl̄ provisum sit, quod si qui in diversis hundredis habeant tenementa, non habeant necesse venire ad turnum vicecomitis nisi in ballivis ubi fuerint conversantes: tibi præcipimus quod non distringas S. ad veniendum ad turnum tuum in hundredo nostro de I. vel in hundredo de S. contra formam provisionis prædictæ, Et districtio- nem, &c.

¶ Rex coron̄ suis in comitatu Lincol̄ salutem. Si A. fecerit, &c. tunc
ponite

ponite, &c. B. vicecom̄ nostrum comitatus prædicti, quod sit coram iustitiariis nostris, &c. ostensurus quare cum de communi consilio regni nostri, &c. usq; ibi, conversantes: idem B. vel idem vicecomes distrinxit præfatum A. ad veniendum ad turnum ipsius vic' in hundredo nostro de I. contra formam provisionis prædictæ, & contra tenorẽ mandati nri prius ei inde directi ut dicit. Et habeas, &c. Et averia ipsius A. ea occasione capta interim deliberari facias. T. &c.

¶ Rex, ballivis suis honoris de N. in comitatu N. salutem. Vel ballivis A. de B. honoris de N. in com̄ N. salutem. Cum de communi consilio, &c. quod si qui in diversis hundredis, &c. non habeant necesse venire ad visum francipleg', nisi in ballivis ubi fuerint conversantes: vobis præcipimus quod non distringatis R. ad veniendum ad visum franciplegii in curia nostra vel prædicti domini vestri honoris prædicti in comitatu prædicto, contra formam provisionis prædictæ. Et districtiorem, &c.

De visu francipleg' ad curiam honoris, &c. Marlebridge ca. xi.

¶ Rex, ball' A. de B. salutem. Cum de com̄uni consilio, &c. qd' si qui in diversis hūdreis, &c. ut supra usq; ibi, ad visum franciplegii in curia p̄d' dñi vestri de B. contra formam p̄visionis prædictæ. Et distr', &c.

De visu francipleg' ad curiam Magna carta ca. xxxiv. Attachiamen] tum inde.

¶ Rex, &c. Si A. fecerit te securum, &c. tunc pone, &c. B. C. & D. ballivos I. vel ballivos nostros de hundredo de N. qd' sint corā iustitiariis nostris, &c. ostensuri quare cum de communi consilio, &c. usq; ibi, conversantes: iidem B. C. & D. distrinxerunt præfatū A. ad veniendū ad visum franciplegii in hundredo prædicti I. de N. vel in hundredo nostro prædicto, contra formā p̄visionis prædictæ, & contra tenorẽ mandati nri inde eis prius directi ut dicit. Et habeas, &c. Et averia ipsius A. ea occasione capta, interim deliberari fac'. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum de communi consilio, &c. quod viri religiosi non habeant necesse venire ad turnum vic', vel sic, ad visum franciplegii, nisi eorum præsentia ob aliam causam specialiter exigatur: tibi præcipimus qd' non distringas abbatem de I. ad veniendum ad turnum vel ad visum franciplegii in hundredo nostro de F. contra formam provisionis prædictæ, &c. ut supra.

De viris religiosi quod non veniant ad visum franciplegii. Marlebridge ca. x.

¶ Rex, ballivis C. honoris Wall' in com̄ Cornub. salutē. Cum de communi consilio, &c. vobis præcipimus quod non distringatis abbatē de I. ad veniendum ad visum franciplegii in curia p̄dicti domini vestri honoris prædicti in comitatu prædicto, contra formā, &c. vel sic, in hundredo prædicti domini vestri de N. contra, &c.

Aliter ballivis honoris.

¶ Rex, vic' salutem. Cum secundum consuetudinē regni nri Angliæ p̄sonæ ecclesiasticæ ratione terrarum & tenementorum suorum ecclesiis suis annexorum, venire non debeant ad visum franciplegii in curia nra aut aliorum quorumcunq; tibi præcipimus quod S. personam ecclesiæ de I. ratione terrarum & tenementorū suorum ecclesiæ p̄dictæ annexorum, ad veniendum ad visum francipleg' in hundredo de N. non distr' contra consuetudinem prædictam. Et distr', &c.

Aliter pro personis ecclesiasticis quod non veniant ad visum franciplegii ratione terrarum & tenementorum ecclesiasticis suis annexorum.

¶ Cum p̄sonæ ecclesiasticæ non habeāt necesse venire ad turnum vic' vel ad visum francipleg', nisi coram præsentia ob aliam causam specialiter

Aliter pro personis ecclesiasticis.

Brevia de Statuto.

aliter exigatur juxta formam provisionis de communi consilio regni nostri Angliæ in consimili casu pro viris religiosis factæ : tibi præcipimus quod non distringas S. personam ecclesiæ de N. vel capellanum, ad veniendum ad turnum tuum vel ad visum francipleg' nostri in hundredo de I. contra formam provisionis prædictæ. Et distr, &c.

Pro mulieribus.
Marlebridge
cap. ix.

¶ Cum de cōmuni consilio, &c. provisum sit, qd' mulieres non habeant necesse venire ad turnum vic' vel ad visum franciplegii, nisi earum præsentia ob aliã causam specialiter exigatur : tibi vel vobis præcipimus, quod non distringatis vel distringas A. quæ fuit uxor C. ad veniendum, &c. ut supra pro religiosis, &c.

Regula.

¶ Et possunt plures mulieres poni in un brevi, quando tenent terram vel tenementum pro indiviso, &c.

De non veniendo ad visum franciplegii.

¶ Rex, ballivis suis de hundredo de E. salutem. Cum secundū legem et consuetudinem regni nostri Angliæ provisum sit, quod adventus ad visum franciplegii ratione residentie psonæ tantūmodo, & non ratione tenuræ terrarū et tenementorū debeat : vobis præcipimus quod non distringatis I. qui infra hundredū prædictum non residet ut dicitur, ad veniendum ad visum franciplegii in hundredo nostro prædicto contra legem et consuetudinem prædictas. Et distr, &c.

Attachiamen-
tum.

¶ Rex, vic' salutem. Si I fecerit, &c. tunc, &c. A. et C. ballivos nostros de hundredo de B. quod sint corā justiciariis nostris apud W. &c. ostensuri quare cum secundum legē et consuetudinem regni nostri Angliæ provisum sit, quod adventus franciplegii ratione residentie psonæ tantūmodo, et non ratione tenuræ terrarum et tenementorum debeat : iidem A. et C. distrinxerunt prædictum I. ad veniendum ad visum franciplegii in hundredo nostro prædicto, qui infra idem hundredum non residet ut dicitur, contra formam concessionis prædictæ, et contra tenorem mandati nostri prius ei inde directi ut dicitur. Et habeas, &c. Et averia ipsius I. ea occasione capta interim deliberari fac'. T. &c.

Quod mulier habeat quarentinam suam & rationabile estoverium suum de communi. Magna carta. ca. vii, Merton ca. i. cum pena.

REX, ballivis suis Suth' salutem. Ex querela B. quæ fuit uxor R. accepimus, quod cum in Magna Charta de libertatibus Angliæ contineatur, quod viduæ maneant in capitali mesuagio maritorum suorum per xl. dies post obitum maritorum prædictorum, nisi mesuagia illa castra sint, infra quod tempus dotes suæ assignentur eisdem, et quod interim habeant rationabilia estoveria de bonis eorundem : I. de C. ipsam B. statim post mortem prædicti R. viri sui de capitali mesuagio, quod fuit ejusdem R. in H. licet castrum non sit nec dos ei assignata fuerit, violenter ejecit, et ipsam estoverium suū de bonis eorundem communibus percipere non permittit, in ipsius B. damnum non modicum et gravamen, & contra tenorem cartæ prædictæ. Et quia præfata B. injuriari nolumus in hac parte : vobis mandamus quod vocatis coram vobis partibus prædictis, et auditis hinc inde earum rationibus, eidem B. plenam et celerem justitiam inde fieri faciatis juxta tenorem cartæ prædictæ : ne pro defectu justitiæ querela de nos perveniat iterata. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, I. vel ballivis I. salutem. Cum de cōmuni consilio, &c. provisum sit, ne qui occasione tenementorū suorum distringantur ad sectā fac' ad curiam dominorum suorum, nisi per formā feoffamenti sui ad sectā illam specialiter teneantur, aut ipsi vel eorum antecessores tenementa illa tenentes, eam facere consueverunt ante primā transfretationem domini H. regis filii regis Johannis in Britaniā: tibi vel vobis præcipimus, quod non distringas vel distringatis A. ad faciend' sectam ad curiam tuā de I. vel ad curiam prædicti domini vestri de N. contra formam provisionis prædictæ. Et distr', &c.

Quod nullus distringatur contra formam feoffamenti. Marlebridge ca. ix.

¶ Cest briefe voet estre port per la ou le pleintife claime per auncester, & Regula. nemy come purchaceour. Et en mesme le manor est il de le Ne injuste vexes, ut patet per Wiloughby Hillarii. xix. E. tertii placito ultimo.

¶ Ostensurus quare cū de cōmuni consilio regni, &c. usq; ibi, in Britaniā: iidē B. & C. distrinxerunt præfatum A. ad faciendā sectā ad curiā prædicti I. contra formā provisionis prædictæ, et contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

Attachiamen-
tum.

¶ In loquela quæ est coram vobis p breve nostrum inter A. & B. de eo quod idem B. distrinxit præfatum A. ad faciendum sectam ad curiam prædicti B. in N. contra formam statuti de cōmuni cōsilio regni nostri Angl' de hujusmodi secta provisi, &c.

De attornato
inde.

¶ Eodem modo fiant in comitatu, hundredis, wapentachiis, trithingis, & aliis, Regula. mutatis mutandis.

* Si quis pro secta indebita contra formā alicujus statuti, ad curiam alicujus faciendā distringatur: potest habere prohibitionē, districtionē, & postea attachiamen-
tū si necesse fuerit: nec potest attachiari nisi priō ei dirigatur prohibitio, &c.

Nota:

* Non fiat breve subsequens, ubi tenementa tenentur de rege ut de corona, &c.

Nota:

¶ Rex, C. vel ballivis C. salutem. Cū de cōmuni, &c. provisum sit, qd' si hæreditas aliqua, de qua unica secta tantū debeatur, ad plures hæred' participes ejusdē hæreditatis, vel alios p venditionē, seu alio modo devolvatur, unica tantū fiat secta p hæreditate illa sicut prius fieri consuevit, ac quædam hæreditas, quæ fuit A. in N. p. qua unica secta tantū debetur ad curiā tuam de I. vel ad curiam prædicti dñi vñi de I. ad A. B. & C. cohæ'r & participes hæreditatis prædicti sit devoluta ut accepimus: tibi vel vobis præcipimus quod non distring' vel distringatis prædictos A. B. & C. ad diversas sectas p portionibus suis hæred' prædictis separatim faciend', ad curiā tuā de I. vel ad curiā prædicti dñi vestri de I. contra formā provisionis prædictæ. Et distr' si quā ea occasione feceritis, &c.

Ne fiant plures sectæ pro unica hæreditate inter cohæredes.

¶ Rex, vic' N. salutē. Cum de cōmuni consilio regni nostri Angl' provisum sit, quod si plures feoffati fuerint de hæreditate aliqua de qua unica secta tantum debeatur, dōinus feodi illius unicam sectam inde habeat, nec possit de hæreditate illa nisi unicā sectam exigere sicut prius fieri consuevit, ac A. & W. de quadam hæreditate, quæ fuit S. in T. de qua unica secta tantum debetur ad hundredum nostrum de B. sint feoffati, eademq; A. sectam illam facit p se & prædicto W. ad hundredum prædictum ut accepimus: tibi præcipimus quod si ita est, tunc non distringas præfatum W. ad hujusmodi sectam ad hundredum prædictum faciendam, contra formam provisionis prædictæ. Et distr', &c.

Aliter pro feof-
fatis.

Brevia de Statuto.

Aliter.

¶ Vel sic, ad Eliam uxorem P. filiam et unam hæredum prædicti W. et ad R. qui pro parte I. quæ fuit uxor ejusdem R. sicut et alterius hæredum ipsius W. de hæreditate illa contingentem, tenet per legem Angliæ, sit devoluta ut accepimus, &c.

Aliter quando hæreditas sit devoluta ad plures forores.

¶ Ac quædam hæred', quæ fuit A. in N. pro qua unica secta ad Wapentachium vel ad hundredum prædicti domini vestri de C. tantum debetur, ad L. uxorem C. et R. uxorem D. et I. sororem earundem L. et R. cohæredes et participes ejusdem hæreditatis sit devoluta ut accepimus: tibi vel vobis præcipimus quod non distringas vel distringatis prædictos L. C. R. D. et I. ad diversas sectas pro portionibus suis hæreditatis prædictæ separatim faciend' ad Wapentachium vel hundredum prædictum, contra formam provisionis prædictæ, &c.

Aliter ad comitatum inter cohæredes & similiter tenentes per venditionem.

¶ Ad comitatum tuum prædictum tantum debetur, ad A. et B. cohæredes ejusdem hæreditatis, et C. et D. hæredes et participes eorundem cohæredum hæreditatis prædictæ, et ad S. per venditionem sit devoluta ut accepimus: tibi vel vobis præcipimus, &c.

Attachiamen- tum inde.

¶ Ostensurus quare cum de communi, &c. sit devoluta ut accepimus: idem A. distrinxit præfatos B. C. et D. ad diversas sectas pro portionibus suis hæreditatis prædictæ separatim faciend' ad curiam suam de N. vel ad wapentachium, vel hundredum suum de N. contra formam provisionis prædictæ, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas, &c. Et dist' eis ea occasione factam interim relaxari fac' eisdem, &c.

Regula.

De contributione facienda inter cohæredes.

¶ Eodem modo fiat attachiamen- tum super ballivos, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si B. fecerit, &c. tunc summoneas, &c. A. et I. uxorem ejus, et R. et F. uxorem ejus, quod sint coram justiciariis nostris, &c. ostensuri quare cum de communi consilio, &c. quod si hæreditas aliqua, &c. ut supra usque ibi, fieri consuevit, et quod ille, qui habet eniciam partem hæreditatis illius, sectam illam faciet pro se et participibus suis ejusdem hereditatis, et quod iidem participes contribuant ad sectam illam faciendam, ac quædam hæreditas quæ fuit C. in R. pro qua unica secta ad hundredum I. de N. vel ad curiam I. de N. tantum debetur, ad ipsum B. et prædictos A. I. R. et F. participes hæreditatis prædictæ sit devoluta ut accepimus, et prædictus B. qui habet eniciam partem hæreditatis illius sectam illam facit ad hundredum prædictum vel ad curiam prædictam pro se et prædictis A. I. R. et F. participibus suis: iidem A. I. R. et F. ad sectam illam faciendam contribuere contradicunt, ad grave damnum ipsius B. et contra formam provisionis prædictæ, &c.

Aliter de feoffamento. Et fuit ordinatum A. xvii. E. iii.

¶ Rex, vic' salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc sum', &c. B. C. D. et E. quod sint coram justiciariis nostris apud Westm', &c. ostensuri quare cum de communi, &c. quod si plures feoffati fuerint de hæreditate aliqua de qua unica secta tantum debeatur, dominus illius feodi unicam sectam inde habeat, nec possit de hæreditate illa nisi unicam sectam exigere, sicut prius inde fieri consuevit, et si feoffati illi warrantum vel mediū non habeant qui eos inde acquietare debeat, tunc omnes feoffati illi contribuant pro portione sua ad sectam illam faciendam, ac
iidem

iidem A. B. C. D. & E. de hæreditate quæ tuit S. in R. pro qua unica secta tantum debetur ad curiam archiepiscopi Cantuar' de D. feoffati sunt ut accepimus, & prædictus A. sectam illam pro se & prædictis B. C. D. & E. ex eorum assensu facit : iidem B. C. D. & E. ad sectam illam faciendam contribuere ut supra, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si B. & C. fecerint, &c. tunc summum, &c. ostensuri quare cum de comuni, &c. quod si hæreditas, &c. usq; ibi, sit devoluta ut accepimus, & prædictus A. habet eniciam partem hæreditatis illius, & præfati B. & C. parati sunt contribuere pro portionibus suis ad sectam illam faciendam : idem A. sectam illam, p se & præfatis B. & C. ad curiam prædictam facere contradicit, ad grave damnum ipsorum B. & C. & contra formam provisionis prædictæ ut dicunt. Et habeas, &c.

Quod illi qui habent eniciam partem faciunt sectam pro se & participibus suis.

¶ Rex, ballivis I. de B. salutem. Cum de comuni consilio, &c. provisorium sit, quod, si plures hæreditates ad unum hæredem descenderint, vel aliquis sibi à diversis feoffatoribus tenementa acquisierit, pro illis hæreditatibus & tenementis diversis ad unicam curiam exigere non debeant sectas diversas : vobis præcipimus quod non distringatis A. ad faciendum sectas diversas ad curiam prædictam domini vestri de I. contra formam provisionis prædictæ. Et disti, &c. ut supra.

Ne unicus hæres faciat diversas sectas pro pluribus hæreditatibus.

¶ Rex, &c. Si A. fecerit tunc pone, &c. ostensurus quare cum de comuni, &c. usq; ibi, sectas diversas : idem B. distrinxit præfatum A. ad faciendam sectam ad curiam ipsius B. de I. contra formam provisionis prædictæ ac contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve, &c. Et averia ipsius A. &c.

Attachiamen- tum inde.

Rex, vicecomiti L. salutem. Quia L. nuper unus coronatorum nostrorum in comitatu tuo die clausit extremum ut accepimus : tibi præcipimus quod si ita est, tunc in pleno comitatu tuo de assensu ejusdem comitatus loco ipsius L. eligi fac unum alium coronatorem, qui præstito sacramento prout moris est, extunc ea faciat & conservet quæ ad officium coronatoris pertinent exercenda in comitatu prædicto. Et talem eum eligi fac, qui melius sciat & possit officio illi intendere. Et nomen ejus nobis scire fac, T. &c.

De coronatore eligendo.

¶ Quia R. unus coronatorum nostrorum comitatus tui, diversis negotiis nostris in comitatu tuo faciend' ita occupatus est, quod ad ea quæ ad officium coronatoris in eodem com' pertinent exercend' vacare non potest ut p certo intelleximus, ipsum ab officio illo amovimus vel duximus amovendum : tibi præcipimus quod in pleno com' tuo, &c. ut supra, unum alium coronatorem, &c. ut supra.

Aliter quia alibi occupatus est.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia ex testimonio accepimus fide digno, quod W. unus coronatorum nostrorum comitatus tui adeo languidus est & senio contractus, quod ad ea quæ ad officium coronatoris pertinent in eodem comitatu exercenda non sufficit : ipsum W. ab officio illo duximus removendum. Et ideo, &c. quod in pleno comitatu, &c. ut supra.

Aliter quia languidus, &c.

¶ Quia W. unus coronatorum nostrorum, &c. minus sufficiens vel idoneus

Aliter quia

Brevia de Statuto.

minus idoneus
vel sufficiens.

Aliter quia non
habet terras,
&c. A. 14 E. 3.
ca. 7.

Quod coronator
non eligatur
nisi sit miles,
&c. juxta for-
mam statuti
W. 1. ca. 10.

Aliter quia
morbo paralisis
percutus est.

Aliter quia mo-
ratur in extre-
mis finibus co-
mitatus.

Aliter quia ele-
ctus est in vice-
comitem vel in
viridarium.
De viridario
eligendo.

De superseden-
do executioni
brevis.

idoneus est, ad ea quæ ad officiū coronatoris in eodem comitatu perti-
nent exercenda ut accepimus: tibi præcipimus quod si ita est, tunc, &c.

¶ Quia accepimus quod W. in coronatorē comitatus prædicti nuper
electus, terras et tenementa in eodē comitatu non habet, in quibus
juxta statum suum morari possit pro prædicto officio exercendo: tibi
præcipimus, &c. ut supra, ut in primo brevi.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum nuper post mortem H. qui corona-
tor noster ejusdem comitatus die quo obiit extitit, tibi præceperimus
quod in pleno comitatu tuo de assensu ejusdem comitatus, loco ipsius
H. eligi faceres unum alium coronatorem, qui præstito sacramento
prout moris est extunc ea faceret et conservet quæ ad officium corona-
toris ptinent in eodē comitatu, et talem eum eligeres qui melius
sciret et posset ad hoc intendere, et nomen ejus nobis scire faceres, et
in statuto nostro apud Westmonasterium primo ædito contineatur, quod
in singulis comitatibus Angliæ eligantur sufficientes coronatores de
fidelibus et legalibus militibus qui melius sciant et possint eidem of-
ficio intendere, ac tu post mortem dicti H. R. qui miles non est nec
centum solidatas terræ habet ut dicitur, ad officium illud in comitatu
prædicto faciendum elegeris, ad grave damnum ejusdem R. et contra
formam statuti prædicti ut accepimus: nos indemnitati ejusdem R.
secundum formam ejusdem statuti subvenire volentes in hac parte,
tibi præcipimus quod si ita est, tunc loco prædicti R. in pleno comi-
tatu tuo de assensu ejusdem comitatus elegi facias unum alium co-
ronatorem ejusdem comitatus, qui præstito, &c. Et talem, &c. qui
melius sciat et possit ad hoc intendere, et nomen ejus nobis scire fa-
cias, T. &c.

¶ Quia A. unus, &c. morbo paralisis percussus, et senio adeo confra-
ctus existat, quod ad ea, &c.

¶ Quia A. unus, &c. in extremis finibus totius comitatus moratur, p
quod ea quæ ad officium, &c. commode exercere non potest, &c.

¶ Quia in officium vicē comitatus prædicti est electus, per quod, &c.
Aliter sic, in viridari forestæ nostræ de R. electus existit, &c.

Rex, vicē Lincoln, &c. Quia N. de H. unus viridarium nostrorum
forestæ nostræ de G. in comitatu prædicto, adeo languidus
et senio confRACTUS existit, quod ad ea quæ ad officium
viridarium in eadem foresta pertinent exercend', laborare non
potest ut accepimus: tibi præcipimus quod si ita est, tunc in pleno
comitatu tuo de assensu ejusdem comitatus loco prædicti N. elegi fa-
cias unum alium viridarium, qui præstito sacramento prout moris
est, extunc ea faciat et conservet quæ ad officium viridarii pertinent
in foresta prædicta. Et talem eum elegi facias qui melius sciat et pos-
sit officio illi intendere. Et nomen ejus nobis scire fac, T. R. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Licet suggestio nobis in cancellaria nostra,
quod A. unus viridarium nostrorum in foresta nostra de S. non ha-
buit

buit terras seu tenementa infra limites forestæ prædictæ, nec infra forestam illam morabatur, per quod tibi præceperimus, quod si ita esset, tunc in pleno com̄ tuo de assensu ejusdem comitatus loco prædicti A. eligi faceres unum alium viridarium, qui præstito sacramento prout moris est, extunc ea faceret et conservaret, quæ ad officium viridarii pertinerent in foresta prædicta, quia tamen testificatum est coram nobis in cancellaria nostra per dilectum et fidelem nostrum Johannem justiciariũ forestæ nostræ ultra Trentã, quod idẽ A. terras et tenementa sufficientia infra forestã prædictam habet, et idoneus et sufficiens existit, pro officio supradicto: nos nolentes ipsum A. ab officio illo occasione hujusmodi falsæ suggestionis amoveri, tibi præcipimus quod executioni brevis nostri prædicti occasione falsæ suggestionis prædictæ tibi directi supersedeas omnino, et præfatum A. officium illud exercere permittas, sicut hæcenus fieri consuevit, T. &c.

qn' viridarius amoveatur per falsam suggestionem.

¶ Rex, vic̄ salutem. Cum in statuto apud Westm̄ nuper ædito continetur, quod nullus sit vicecomes vel ballivus libertatis, wapentachii, hundredi, nec trithingi, nisi habeat terras et tenementa sufficientia in eodem comitatu, unde nobis seu populo nostro in hac parte respondere possit si quis super eum conqueri voluerit: jam intelleximus quod tu W. qui terras seu tenementa in eodem comitatu non habet, ballivum wapentachii nostri de B. fecisti, in nostri contemptum et populi nostri in hac parte damnum non modicum et gravamen, et contra formam statuti prædicti. Et ideo tibi præcipimus quod si ita est: tunc ipsum W. à balliva prædicta sine dilatione amoveri, et alium loco suo competentem constitui et ordinari facias, juxta formam statuti prædicti, T. &c.

De ballivo amovendo, quia non habet terras in eodem comitatu. A. 4 E. 3. ca. 9. An. 5 ca. 4. &c. A. 14 ca. 8.

¶ Et potest fieri sicut alias, & postea attachiamentum, &c.

¶ Rex, ballivis et probis hominibus villæ de H. salutem. Quia ex relatione accepimus plurimorum, quod R. qui custodiam minoris peciæ sigillo pro recognitione juxta formã statuti apud Acton̄ Burnell æditi, in eadem villa accipienda deputatus, in villa prædicta moram nõ facit per quod ad ea quæ ad officium suum pertinent in hac parte faciendã intendere non potest, in mercatorium et aliorum ad dictã villã confluentium dispendium non modicum et gravamen: vobis mandamus quod si ita est, tunc loco ipsius R. elegi facias unum alium hominem de villa prædicta, qui ad dictã peciam custodiendam, et ad ea quæ ad custodiam illam pertinent faciendã, melius sciat et possit intendere, et nos de nomine illius quem sic eligeritis, sub communi sigillo vestro distincte et aperte sine dilatione reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes, T. &c.

Regula.

De homine eligendo ad custodiendum peciam sigilli pro mercatoribus æditi.

¶ Rex, vic̄ salutem. Cum inter cæteros articulos quos dominus E. quondam Rex Angliæ progenitor noster, ad emendationem status populi regni sui ordinavit, concessum sit, quod nullus vicecomes vel ballivus ponat in inquisitionibus nec juratis, plures homines nec alios nec alio modo quã ordinatũ est per statutũ, et quod ponat in inquisitionibus et juratis, hñdi homines magis propinquos, magis sufficientes, et minus suspectos,

Quod vicecomes ponat in inquisitionibus, magis propinquos & magis sufficientes.

Brevia de Statuto.

Nota statutum
E. 3. A. 43.
ca. 12.

Artic. super
cartas, ca. 9.

Regula.
Attachiamen-
tum inde,

Regula.

Aliter attachia-
mentum.

Nota.

Nota.

suspectos, & qui secus fecerit & inde convictus fuerit, reddat querenti damna sua in duplum, & sit in gravi misericordia nostra: tibi precipimus quod in jurata viginti & quatuor militum quā H. arrainavit, &c. per breve nostrum versus W. ad convincendos juratores assisæ novæ disseisinæ quæ inter ipsum W. & præfatum H. & alios in brevi nostro originali contentos, summonita fuit & capta apud E. coram nobis per breve nostrum de tenementis in C. homines visinetui illi magis propinquos, magis sufficientes, & minus suspectos, per quos rei veritas in præmissis melius sciri poterit et inquiri, poni fac juxta formam articulo- rum prædictorum. Et hoc nullatenus omittas, T. &c.

Præcedens bñ scriptum fuit justiciariis de banco regis, &c.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̄ Lincoln salutem. Ponite p vadium & salvos pleg' B. vicecomitē nostrum comitatus prædicti, quod sit, &c. ostensurus quare cum inter cæteros articulos, &c. ut supra usq; ibi, in gravi misericordia nostra, & nos nuper ad prosecutionē H. afferentis quandā inquisitionē capi debere corā justiciariis nostris prædictis, de loquela quæ fuit coram eisdem justiciariis per breve nostrum inter A. petentem & B. tenentem de manerio de S. cum pertinentiis, pceperimus præfato vicecomiti quod in inquisitione illa homines magis propinquos, magis sufficientes, & minus suspectos poneret, juxta formam statuti & articulo- rum prædictorum: idem vic̄ in eadē inquisitione, homines magis remotos, minus sufficientes, & magis suspectos posuit, cont̄ formam eorundem statuti & articulo- rum, ac contra tenorem manda- ti nostri, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Et potest fieri attachiamētum, licet bñ super statuto non fuerit prius di- rectum vicecomiti ut patet inferius, &c.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̄ Suffex salutem. Si Thomas Tregor fecerit vos securos, &c. tunc ponite per vadium, &c. Guilhelmū Wa- ghan vicecomitem nostrum com̄ pd', quod, &c. ostensurus quare cum inter cæteros articulos quos, &c. usq; ibi, in gravi misericordia nostra: prædictus vicecomes in quadam inquisitione nuper capta coram justiciariis nostris prædictis, p breve nostrum inter prædictum Richardum Lovel petentem & præfatum Thomam tenentem, de manerio de D. cum pertinentiis, homines, &c. ut in proximo brevi, articulo- rum prædictorum, per quod idem Thomas manerium prædictum cum ptinentiis amisit, ad damnum ipsius T. mille librarum ut dicit. Et habeas ibi, &c.

* Et nota q̄ cest bñ quant à la fourme fuisst adjudge bon termino Pasche anno regni regis E. tertii 8. Mes dit fuit la q̄ le tenant que perdy, ne puira maintenir cest bñ devers le viscount, esteant le primer judgement en sa force. Et vide bene illud placitum.

* Et nota q̄ le statute sur quel cest bñ est foundus est Westm' secund capitulo 38. q̄ comence: Quia etiam vicecomes hundredariorum, &c. Et auxi per les articles sur la grand charter ca. 9. q̄ voillent q̄ le roy voet & commaund q̄ nul viscount ne bailife ne mette en enquestes nen jurets plus de gents, nauters, nen auter mañ, q̄ nest ordaine p estatut. s. de W. secunde capitulo prædicto, & que eux en tiels enquestes & jurets mettent les plus pcheins, plus suffisant, & meins suspicioufes: & qui auterment le fra & de ceo soit ataint, rende au pleintife ses dammages au double, & soit en la greves mercy envers le Roy, &c.

¶ Rex

¶ Rex, majori & ballivis suis L. salutem. Montravit nobis A. quod cum B. sibi dimisisset unum messuagium cum pertinentiis in L. ad terminum novem annorum qui nondum præterit, & unde ipsa in plena & pacifica feifina extitisset: C. cui prædictus B. messuagium illud vendidit, se per D. qui nihil juris in messuagio illo habuit, per collusionem inter eos prælocutam, implacitari in curia nostra L. per breve nostrum de recto malitiose procuravit, & plures in eadem curia defaultas fecit, per quod idem D. feifinam suam per considerationem ejusdem curiæ præfate A. semper reclamante judicium versus prædictum C. contra formam statuti nostri Glouc' recuperavit, qui ipsum A. de eodem messuagio ea occasione ejecit, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen. Ideo vobis mandamus quod convocatis partibus coram vobis, & inquisita super hoc plenius veritate: eidem A. de prædicto messuagio, terminum suum quod justum fuerit secundum formam statuti prædicti habere faciatis, T. &c.

Breve de inquirendo veritate super statutum Glouc' ca. 15, quando dimissor alicujus ten' ad terminum annorum, se facit implacitari per collusionem, ut terminarius amitteret terminum suum.

Rex, vicecomiti Lincoln salutem. Cum de communi consilio, &c. provisum sit, quod nec in itineribus justiciariis, nec in com' hundredo, vel in curia baron', de cætero ab aliquibus capiantur fines pro pulchre placitando, neque per sic quod non occasionentur: tibi præcipimus quod ab W. hujusmodi finem non exigas seu exigi facias contra formam provisionis prædictæ. Et distinctionem, &c. vel sic, tibi præcipimus quod à cõmunitate hundredi de I. hujusmodi finem de cætero non exigas vel exigi facias, contra formam, &c. Vel sic, tibi præcipimus quod à cõmunitate hundredi de I. hujusmodi finem de cætero non exigas vel exigi facias contra formam, &c.

Ne capiantur fines pro pulchre placitando Marleb. ca. 11.

¶ Eodem modo potest fieri versus quemcumque alium pro hujusmodi fine distringentem mutatis mutandis. Et postmodum attachiamen'tum si necesse fuerit, &c.

Regula.

¶ Rex, coronatoribus suis in com' L. salutem. Si A. fecerit vos, &c. tunc ponite, &c. B. vicecomitem nostrum vel vic' nrm comitatus prædicti, quod sit coram justiciariis nostris, &c. ostensurus quare cum de communi consilio, &c. usque ibi, ab aliquibus non capiantur fines pro pulchre placitando, neque per sic quod non occasionentur: idem vicecomes vel idem B. distrinxit præfatum A. pro hujusmodi fine præstando in com' prædicto, contra formam provisionis prædictæ, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi, &c. Et averia ipsius A. ea occasione capta interim deliberari fac, T.

Attachiamen'tum inde coronatoribus super vicecomitem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc pone, &c. E. quod sit coram justiciariis, &c. ostensurus quare, &c. usque ibi, occasionentur: idem E. distrinxit præfatum A. pro hujusmodi fine in curia ipsius E. de I. sibi præstando, contra formam provisionis prædictæ, &c.

Attachiamen'tum inde super ballivos, &c.

¶ Sciatis quod A. ballivus I. in hundredo de S. attornavit coram nobis, &c. quæ est coram vobis per breve nostrum inter cõmunitatem hundredi de S. & prædictum A. de eo quod idem A. distrinxit prædictam cõmunitatem pro fine pro pulchre placitando in hundredo prædicto eidem A. præstando. Et ideo vobis mandamus, &c.

De attorn' inde.

Rex

Brevia de Statuto.

Quod barones non ponantur in assisis.

Rex, vicecomiti salutem. Quia barones regni nostri, in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, poni non consueverint ut dicunt, nisi eorum sacramentum adeo sit necessarium, quod sine illis veritas inquiri non possit: tibi præcipimus quod dilectum et fidelem nostrum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias, contra voluntatem suam absq; mandato nostro speciali, nisi sua præsentia ob aliam causam specialiter exigatur, T. &c.

Quod homines perpetuo languidi non ponantur in assisis, W.2.ca.38.

Rex, vicecomiti salutem. Cum de cõmuni, &c. provisum sit, quod homines perpetuo languidi non ponantur in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus: tibi præcipimus quod si A. perpetuo languidus sit, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias, contra formam provisionis prædictæ. Et distinctionem, &c.

Quod clerici non ponantur in assisis.

Rex, vicecomiti salutem. Quia magister R. clericus in obsequio nostro, vel venerabilis patris I. Elieñ episcopi his diebus moram facit continuam ut dicitur: tibi præcipimus quod ipsum R. ratione terrarum et tenementorum quæ tenet in comitatu tuo prædicto, in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas, seu poni facias, quamdiu in obsequio nostro vel ejusdem episcopi moram facit supradictam, T. &c.

Quod homines in patria non commorantes, non ponantur in assisis.

Rex, vicecomiti salutem. Cum de communi, &c. provisum sit, quod homines tempore summonitionis vic in patria non cõmorantes, non ponantur in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus: tibi præcipimus quod si A. tempore summonitionis tuæ in balliva tua vel in comitatu tuo moram non fecerit, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias, contra formam provisionis prædictæ, &c.

De decimis solvendis pro possessionibus alienigenarum.

Rex, escaetori suo in cõm Dorc, ac omnibus & singulis ballivis, firmariis, occupatoribus, & receptoribus exituum manerii de Frampton quod est parcella possessionum alienigenarum in manu nostra existentium ut dicitur, qui nunc sunt vel qui p tempore erunt, salutem. Cum in statuto in parlamento dñi Henrici nuper regis Angl avi nostri apud Westm anno regni sui quinto tento ædito, inter cætera ordinatum sit & stabilitũ, qd quicumque firmarii & occupatores terrarum, tenementorum & aliarum possessionum alienigenarum, solvant, & solvere teneantur psonis & vicariis ecclesiarum, in qrum parochiis eadẽ maneria, terræ, tenementa, vel possessiones situantur, omnimodas decimas inde debitas, put exigit jus ecclesiasticum, eo qd maneria, terræ, tenementa, vel possessiones pdicta, in manus pdicti avi nostri tunc seiscita extiterunt, seu aliqua prohibitione tunc facta vel extunc in contrarium faciend' non obstante prout in statuto prædicto plenius continetur: vobis præcipimus quod A. de B. personæ ecclesiæ de F. omnimodas decimas de manerio præd' debitas, si idem manerium infra parochiam ejusdẽ A. existat, prout exigit jus ecclesiasticum, solvas juxta formam statuti p'd', eo qd manerium p'd' in manu nostra ut p'dictum est existit, seu

seu aliqua prohibitione in contrariū facta non obstante, ipsum A. contra vim, formā, et effectū ejusdē statuti non molestans, impediens, sive gravans, T. &c. Et erat patens.

¶ Rex, majori et constabulariis stapulæ villæ suæ Bristolꝝ salutem. Cū in statuto in parlamento domini E. nuper regis Anglꝝ tertii post conquestum progenitoris nostri apud Westm̄ añ regni sui 27. tento adito, inter cætera contineatur, qđ si aliquis mercator vel alius qui se conqueri voluerit de majore sive constabulariis stapulæ p̄dictæ, qđ ipsi de re-cto defecerint, aut favorem alicui absq; ratione fecerint, extunc p cancellarium et alios de consilio nostro celeriter sine dilatione remediaretur, prout in statuto prædicto plenius continetur, ac jam intelleximus, qđ cum W. implacitasset coram vobis in curia stapulæ p̄dictæ B. de debito C. solidorum, qđ idem W. à præfato B. exigit ut dicitur, vos vero considerationē ad statutū p̄dictū non habentes, præfato W. in placito prædicto favorem absque ratione fecistis minus juste, in ipsius F. damnum non modicum et gravamen, sicut ex querela sua accepimus: nos volentes in hac parte fieri quod justū est, vobis mandamus quod nos super placito p̄dicto in cancellaria nostra in crastino Animarum proxime futuro ubicunque tunc fuerit, sub sigillis vestris distincte et aperte certificetis, cuicunque; processui ac executioni versus præfatum B. quocunque; nomine censeatur coram vobis ad prosecutionē prædicti W. facto seu faciendo supersedentes, donec aliud à nobis habueritis in mandatis, T. R. apud Westm̄ 21 die octobris anno 35 Henrici sexti. Breve de statuto.

Breve majori & constabulariis stapulæ de superfedendo placito, qn' non faciunt rectum parti vel favorem fecerint.

¶ Rex, &c. salutem. Cum in parlamento domini E. nuper regis Anglꝝ avi nostri apud Westm̄ nup. r tento provisum et ordinatū fuisset, quod omnes impetratores in curia Romana ecclesiarum, capellarum, beneficiorum ecclesiasticorum, pensionum, reddituum, ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, abbatibus, prioratibus, cantariis, hospitalibus, seu aliis exiliis, domibus mortificatorum et appropriatorum, priusquam mortificationes et appropriationes hujusmodi per debitum processum cassatæ et adnullatæ fuerint, et alii manutentores, consiliarii, abbettatores, auxiliatores, et fautores sui, scientes, et de hujusmodi impetrationibus, prosecutionibus, et gravaminibus notorie suspecti, tam ad se-ctā ipsius avi nostri quam partis et alterius cujuscunque; de regno nostro Anglꝝ invenientis plegios et securitatem de prosequendo contra eos in isto casu, per vicecomites locorum justiciari in sessionibus suis deputatos, ballivos et alios ministros, ipsius avi nostri arrestarentur et caperentur, et per bonam et sufficientem manucaptionem, replegiamentum, ballivum, vel aliud plegiagium ad citius quo fieri poterit ipsi avo nostro vel consilio suo præsentarentur, ad cōmorandū et standū re-cto ibidem et recipiendū qđ lex sibi dederit in hac parte, prout in provisione et ordinatione prædictis plenius continetur, ac jam intelleximus, qđ licet ecclesia de E. abbati et conventui de W. concurrentibus his qđ de jure in hac parte requirebant cāonice fuer appriata et unita, ac abbas et cōventus loci p̄d ipsā eccl in p̄prios usus à tēpore app̄ eisdem

Notā breve quod pertinet ad coronam.

Brevia de Statuto.

eiusdem, absque cassatione seu annullatione appropriationis prædictæ pacifice tenuerint : quidam tamen I. filius I. de H. capellanus, machinans ipsos abbatem & conventum super iusta possessione seu ecclesiæ prædictæ maliciose in hac parte inquietare, versus curiam Romanam se divertens, suggerensque ibidem ipsam Ecclesiam de E. vacare cum non vacaverit, & ad provisionem sedis Apostolicæ pertinere cum non pertinuerit, quandam provisionem sibi inde fieri procuravit, & diversos processus versus ipsos abbatem & conventum in hac parte prosecutus fuit, & eorum virtute ipsos abbatem & conventum ab eadem Ecclesia expellere, & ipsum I. in eadem institui & induci nititur viribus suis, & quam plurima alia nobis & coronæ nræ regis præjudicialia in hac parte fecit & fieri procuravit, in nostri contemptum & præjudicium, & ipsorum abbatis & conventus damnum gravissimum, & abbatia p'd' exheredationem manifestam, & contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, ac formam provisionis & ordinationis prædictarum. Nos leges, consuetudines, provisionem, & ordinationem prædictas illas observare, ac contra venientes juxta vim, formam, & effectum earundem debite castigari volentes & puniri ut tenemur : tibi præcipimus quod si præd' abbas fecerit te securum de clamore suo proseguendo, tunc præfatum I. ac Edmundum Perpont, Johannem Futting capellanum, R. de R. de W. capellanum, H. de B. de E. & A. de T. de H. manutentores & procuratores ipsius I. filii I. in hac parte ubicunque inventi fuerint in balliva tua arrestes & capias, & per bonam & sufficientem manucaptionem, replegiamentum, ballium, vel aliud plegiagium coram nobis in crastino sancti Martini ubicunque tunc fuerimus in Anglia venire fac, ad respondendum nobis de contemptu & præjudicio prædictis, ac præfato abbati de damnis sibi allatis in hac parte, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte, juxta formam provisionis & ordinationis prædictarum. Et habeas ibi hoc breve, T. rege apud Westm' tali die anno quarto.

Quod homines
70 annorum
excedentes, non
ponantur in assis-
sis.

¶ Rex, vic' salutem. Cum de communi consilio regni nostri Angl' p-
visum sit, quod homines ætatem sexaginta & decem annorum exceden-
tes, non ponantur in assis, juratis, seu recognitionibus aliquibus : tibi
præcipimus quod si A. ætatem prædictam excefferit, tunc ipsum A. in
assis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias,
contra formam statuti inde editi & pvisi. Et distinctionem si quam eidem
A. ea occasione feceris, sine dilatione relaxes eidem, T.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, coronatoribus suis in com' Derby salutem. Si A. fecerit vos, &c.
tunc ponite, &c. R. vicecom' comitatus prædicti, quod sit coram justiciariis nostris, &c. ostensurus quare cum de communi consilio, &c. quod
homines ætatem sexaginta & decem annorum excedentes, non ponantur
in assis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, per quod eidem vicecomiti
præceperimus, quod ipsum A. si ætatem prædictam excefferit, in assis, juratis,
seu recognitionibus aliquibus non poneret seu poni faceret, contra formam
statuti prædicti : idem vicecomes ipsum A. licet ætatem prædictam excefferit
vel cõpleverit, in hujusmodi assis, juratis, seu

seu recognitionibus poni fecit, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen, & mandati nostri prædicti contemptum manifestum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum ad communem utilitatem populi regni nostri de communi concilio ejusdem regni statutum sit, ne quis ponatur in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, nisi habeat terras vel tenementa ad valenciam quadraginta solidorum per annum ad minus, ita tamen quod coram justitiariis itinerantibus ad communia placita in itineribus suis, & etiam in assisis, juratis, & recognitionibus, quæ in civitatibus, burgis, & aliis villis mercatoriis emerferint faciend', fiat prout hactenus fieri consuevit: tibi præcipimus quod A. si terras vel tenementa ad valenciam tanti per annum non habeat, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias, contra formam statuti, &c.

Quod homines 40 s. terræ non habentes, non ponantur in assisis. Statutum de ponendis in assisis & juratis.

¶ Cum ad communem utilitatem, &c. ut supra usque ibi, seu recognitionibus aliquibus extra comitatum tuum proprium capiendis, nisi habeat terras vel tenementa ad valenciam centum solidorum per annum ad minus, ita tamen quod, &c. usque ibi, tibi præcipimus quod si terras vel tenementa ad valenciam centum solidorum per annum non habeat, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, extra comitatum tuum non ponas seu poni facias, contra formam statuti, &c. T. &c.

Aliter de eodem per idem statutum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc pone, &c. C. & D. nuper ballivos H. de hundredo in N. quod sint, &c. quare cum ad communem utilitatem, &c. statutum sit, quod homines 40 solidatas terræ vel centum solidos terræ non habentes, non ponantur in assisis, &c. ita tamen, &c. usque, consuevit, per quod tibi præceperimus quod prædictum A. si quadraginta solidatas terræ vel tenementa in comitatu tuo non haberet, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus non poneres seu poni faceres, vel sic, centum solidos, &c. non haberet, tunc ipsum A. in assisis, &c. extra comitatum tuum non poneres seu poni faceres: prædicti C. & D. quibus returnum brevis nostri tibi inde directi habere fecisti, dum ipsi ballivi hundredi prædicti fuerunt, prædictum A. centum solidatas terræ non habentem, in quadam inquisitione coram justitiariis nostris de banco, vel sic, quadraginta solidatas terræ non habentem, in quadam assisa poni fecerit, ad grave damnum ipsius A. & contra formam statuti prædicti, & contra prohibitionem, &c.

Attachiamen- tum inde.

Aliter.

Aliter.

¶ Rex, vicecomiti Notingh' salutem. Cum secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ hactenus obtentam & approbatam, homines & tenentes de maneriis quæ sunt de antiquo dominico coronæ Angliæ, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem dominico, in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus poni non debeant, nisi tantum in his quæ in curia maneriorum hujusmodi debent fieri: tibi præcipimus quod homines & tenentes nostros de manerio nostro de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem manerio, in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, extra curiam maneriorum prædictorum non ponas

Quod homines de antiquo dominico non ponantur in assisis, &c.

Brevia de Statuto.

seu poni facias, contra legem & consuetudinem prædictas, nisi terram vel tenementum de alia tenura teneant, per quæ secundum formam statuti de communi consilio regni nostri Anglⁱ inde provisum, in assisis, juratis, seu recognitionibus poni debeant. Et districtionem, si quæ eisdem hominibus & tenentibus nostris occasione prædicta feceris, sine dilatione relaxes eisdem T. &c. Vel sic, tibi præcipimus quod A. tenentem, vel A. & B. tenentes de manerio de M. quod est de antiquo dominico, &c.

Aliter.

Aliter.

¶ Cum secundum legem & consuetudinem regni nostri homines de maneriis quæ sunt, &c. ut supra usque ibi, seu recognitionibus aliquibus extra curiam hujusmodi maneriorum capiend^o poni non debeant: tibi præcipimus quod homines de manerio nostro de Nottingh^o, quod est de antiquo dominico coronæ Anglⁱ ut dicitur, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem manerio, in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus extra curiam manerii prædicti capiend^o non ponas seu poni facias, contra legem & consuetudinem prædictas, nisi alias terras vel tenementa habeant, propter quæ in assisis, juratis, seu recognitionibus poni debeant, juxta formam statuti de communi concilio regni nostri Anglⁱ inde provisum. Et districtionem, &c.

Quod tenentes de antiquo dominico non veniant ad visum franciplegii, nec ad turnum vicecomitis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de manerio de N. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ, quod cum ipsi ad turnum vicecomitem, seu ad visum franciplegii ex libertate manerii prædicti venire non debeant, nisi eorum antecessores homines tenentes de eodem manerio venire consueverint temporibus retroactis: tu nihilominus homines nostros præd. ad veniendū ad turnū in K. vel ad visum franciplegii in hundredo nostro de K. contra consuetudinem in eodem manerio hæctenus usitatam graviter distringis, & ipsos ea occasione multipliciter inquietas minus juste, in ipsorum hominum & tenentium præjudicium manifestum & gravamen. Et quia prædictis hominibus & tenentibus nolumus injuriari: tibi præcipimus quod si ita est, tunc ab hujusmodi districtione eis ex causa prædicta de cætero inferend^o penitus desistas, & ipsos consuetudinibus suis, quibus hæctenus rationabiliter usi sunt, absq; impedimento seu calumnia uti permittas & gaudere, ne querela ad nos inde, &c. T. anno 40.

Quod coronator non ponat in assisis, &c.

¶ Rex, vic^o salutem. Quia A. unus coronatorum nostrorum comitatus tui, ad ea quæ ad officium coronatoris pertinent in eodē comitatu exercenda intendere non potest, si in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, extra eundē comitatum ponatur: tibi præcipimus quod si ita est, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus, extra comitatum tuum non ponas seu poni facias, quo minus officio possit intendere supradicto. Et districtionem si quam, &c. T. &c.

Breve quod villata quæ non est de antiquo dominico vel burgus, non distringatur solvere decimam, &c.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Ex parte hominū villæ de Lyndon in comitatu Rotelⁱ nobis est graviter conquerendo monstratū, qd licet eadem villa burgus non sit, nec de antiquo dominico coronæ nostræ Anglⁱ existat, quo prætextu decima pro eadē villa & burgis, & antiquis dominicis nostris de jure solvi deberet, ac pro eo qd quidā nuper taxatores & collectores hujusmodi decimæ

&

& quintadecimæ in comitatu prædicto, decimam loco quintadecimæ de dictis hominibus pro villata prædicta quibusdam temporibus retroactis, per distinctiones minus juste super ipsos factas ad opus nostrum levaverunt: vos tamen ipsos homines per summonitionem scaccarii prædicti ea occasione graviter distringi, & multipliciter inquietari facitis, in ipsorum hominum dispendium non modicum & gravamen, unde nobis supplicaverunt sibi pro nos de remedio provideri. Nos nolentes ipsos homines indebite onerari: vobis mandamus quod si per librum nostrum qui vocatur Domesday, vel per alios rotulos & memoranda scaccarii prædicti sive alio modo cõpetenti, dictam villam burgum vel de antiquo dominico coronæ nostræ non esse inveniri contigerit, tunc recapta ab ipsis hominibus villæ prædictæ quintadecima bonorum & catallorum suorum dictam villam contingente, demandæ, quam eisdem hominibus pro decima prædicta fieri facitis, supersederi, & ipsos inde ad dictum scaccarium exonerari & quietos esse faci, eo non obstante quod ipsi hujusmodi decimam quibusdam temporibus elapsis per distinctiones collectorum decimæ & quintadecimæ prædictarum nobis solverunt. T. anno Edwardi tertii, xlviij.

¶ Rex, ballivis suis de B. salutem. Ex parte R. nobis est ostensum, quod unum tostum & centum acra terræ cum pertinentiis in B. quæ fuerunt S. de nobis ut de manerio prædicto per servitium xv. s. nobis annuatim reddendorum tenentur. Et licet idem R. xx. acras terræ de prædictis centum acris terræ tantummodo teneat, residuumque eorundem tementorum in manibus T. & C. existat: vos nihilominus ipsum R. ad solvendum nobis sex solidos de eisdem quindecim solidis pro prædictis viginti acris terræ, quanquam de tanta summa pro portione sua onerari non debeat, in favorem ipsorum T. & C. distringitis, in ipsius R. damnum non modicum & gravamen. Et quia præfato R. injuriari nolumus in hac parte: vobis præcipimus quod si ita est, tunc dictos quindecim solidos tam de prædicto R. quam de prædictis T. & C. de quolibet eorundem pro rata portionis tenuræ suæ, nemini illorum in hac parte parcendo, si secundum consuetudinem manerii illius fuerit faciendum, ad opus nostrum levari faci, prout, &c. ultra portionem ipsum contingentem inde debite non onerantes. T. &c.

De onerando secundum ratum portionis tenuræ suæ.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Cum in statuto Westm. secundi inter cætera contineatur quod cum aliquis implacitans coram aliquibus justitiariis proponat exceptionem, & petat quod justitiiarii eam allocent, quam si allocare noluerint, & ille qui exceptionem proponat, scribat exceptionem illam, & petat quod justitiiarii apponant sigilla sua in testimonium, & si unus apponere noluerit, apponat alius de societate prout in eodem statuto plenius continetur, ac jam ex gravi querela I. accepimus, quod cum ipse nuper placitando in loquela quæ fuit in curia nostra Londoni coram vobis sine brevi nostro secundum consuetudinem ejusdem civitatis, inter T. & præfatum I. de eo quod idem I. redderet præfato T. rationabilem computum suum de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius T. diversas exceptiones proposuerit & allegaverit,

De ponendo sigillum ad exceptionem W. 2 cap. 31.

Brevia de Statuto.

& exceptiones illas pro eo quod vos illas allocare noluitis scripserit, & vos ut sigilla vestra exceptionibus illis juxta formam statuti prædicti apponeretis sæpius requisierit & petierit : vos tamen sigilla vestra exceptionibus prædictis apponere distulistis & adhuc differtis, in ipsius I. grave damnum & præjudicium manifestum, super quod nobis supplicavit sibi pro nos de remedio provideri. Et quia volumus statutum prædictum firmiter observari, & eidem I. in hac parte fieri quod est justum, vobis præcipimus quod si ita est, tunc sigilla vestra exceptionibus hujusmodi sic coram vobis in placito prædicto præpositis, & pro præfatum I. ut præmittitur scriptis apponatis, juxta formam statuti prædicti. Et hoc sub periculo quod incumbit nullatenus omittatis, T. &c. & habuit sicut alias.

De manutene-
nendo.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Si E. fecerit, &c. pone I. de B. quod sit, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato E. quare cum in statuto apud Westm. nuper ædito inter cætera contineatur, quod nulla persona regni nostri Angl. cujuscunque status seu conditionis fuerit, aliquam querelam in patria nec alibi manuteneat vel sustentet, sub pœna imprisonmentis & faciendi nobis finem & redemptionem ad voluntatem nostram, quælibet videlicet juxta statum, gradum, & demeritum suum : prædictus I. querelam loquelæ, quæ fuit coram justiciariis nostris de banco, per breve nostrum inter ipsum E. ac A. uxorem ejus & I. de quadam transgressione eidem A. per præfatum I. illata, & cujus quidem loquelæ inquisitio coram præfatis justiciariis summonita fuit & postmodum capta apud W. coram W. R. & sociis suis justiciariis nostris ad assisas in comitatu prædicto capiend' assignatis, per bñ nostrum Nisi prius apud prædictam villam de W. manutenuit & sustentavit, in nostri contemptum & ipsius E. grave damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas, &c. T. &c.

Aliter.

¶ Vel sic, prædictus I. quandam querelam quæ fuit in curia T. archiepiscopi Cantuar. de K. secundum consuetudinem curiæ prædictæ sine brevi nostro, inter E. & præfatum I. de quadam frisca forcia eidem F. per præfatum I. de tenemento in B. facta ut dicitur, apud K. manucepit & sustentavit, in nostri contemptum, & ipsius F. grave damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas, &c.

Aliter inde
parti.

¶ Rex, W. salutem. Cum in statuto apud Westm. nuper ædito, &c. usque ibi, demeritum suum : tibi præcipimus sub pœna in statuto prædicto contenta districtius quod possumus inhibentes, ne aliquam querelam inter R. & D. seu aliquam aliam querelam in comitatu K. vel alibi manuteneas seu sustentas sub pœna prædicta : sciens pro certo, quod si secus feceris, te tanquam statuti prædicti violatorem, ac nostri & mandatorum nostrorum contemptorem tam graviter juxta formam statuti prædicti puniemus, quod punitio tua hujusmodi omnibus aliis cedet in terrorem talia perpetrandi, T. &c.

Quod nullus
ingrediat' ter-
ram alicujus
manuforti.

¶ Rex, vic. L. salutem. Si I. fecerit, &c. pone W. quod sit, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato I. quare cum in statuto in parlamento domini R. nuper regis Angl. secundi post conquestum apud Westmonasterium anno regni sui quinto tento ædito, statutum sit, quod nullus
faciat

faciat ingressum in aliqua terras seu tenementa nisi in casu quo ingressus datur per legem, & in tali casu non manu forti, nec cum multitudine gentium, sed licito & quieto modo tantum, & si aliquis in contrarium fecerit, & inde debite convictus fuerit, per imprisonment corporis sui puniatur, & ad voluntatem nostram redimatur: prædictus Walterus in unum messuagium ipsius Johannis cum pertinentiis in G. in quod ingressus eidem Waltero non datur per legem, manu forti & cum multitudine gentium ingressus fuit, in nostri contemptum & ipsius I. grave damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve, T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia A. unius viridariorum nostrorum forestæ nostræ de S. in comitatu tuo, ad ea quæ ad officium viridarii pertinent in eadem foresta exercenda intendere non potest, si in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus ponatur extra forestam prædictam: tibi præcipimus quod si prædictus A. unus viridariorum nostrorum forestæ nræ prædictæ existat, tunc ipsum A. in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam prædictam non ponas seu poni facias, quo minus officio intendere possit supradicto. Et disti, &c. T.

Quod viridarii non ponantur in assisis ad communem legem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum dominus Edwardus quondam Rex Angliæ avus noster, per literas suas patentes concesserit pro se & hæredibus suis, quod forestarii, viridarii, aut alii ministri forestæ suæ, non ponantur in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam capiend': tibi præcipimus quod si H. viridarius noster forestæ de S. existat, tunc ipsum in assisis, juratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam illam capiend' non ponas seu poni facias, contra formam provisionis prædictæ. Et disti, &c. T. &c.

Istud breve datur per statutum quod vocatur additio de foresta, An. E. 1. post conquestum 235

Regula.

¶ Nota q̄ ceux q̄ seront atteints per cest br̄ de champertie: averont emprisonnement per trois ans & redemption à la volente le Roy, ut patet per statutum de champertours editum tempore E. filii regis Henrici, &c.

Rex, justiciariis suis de banco salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dominus Edwardus quondam Rex Angliæ avus noster, ad emendationem status populi regni sui concessit, ordinatum sit, quod nullus minister ejus nec aliquis alius pro parte rei quæ est in placito habenda, negotia quæ sunt in placito sibi assummat manutenend', nec aliquis jus suum sub hujusmodi conventionem alteri dimittat, ac L. placitum loquelæ quæ est coram vobis per breve nostrum inter A. petentem & B. tenentem, de uno messuagio cum pertinentiis in I. pro parte ejusdem messuagii habenda jam assumpserit manutenendum, contra formam ordinationis prædictæ ut accepimus: nos ordinationem illam volentes inviolabiliter observari, vobis mandamus quod inspecto tenore ordinationis prædictæ, ulterius inde fieri faciatis quod de jure & secundum formam ordinationis prædictæ fuerit faciendum, T. &c.

Breve de champertia.

Articuli super cartas cap. 11,

De recognitione annullanda per vim & duriçiam facta. A. & E. 3.

¶ Rex, dilecto & fideli suo R. de T. salutem. Cum in parlamento nostro nuper apud Westm̄ convocato, de communi cõsilio regni nr̄i inter

Brevia de Statuto.

alia concordatum fuisset & statutum, quod recognitiones debitorum post exilium Hugonis le Dispenser patris, & H. le D. si dudum ab eodem regno ad prosecutionem Thomae tunc comitis Lancastrie, & aliorum magnatum regni predicti, prefatis H. & H. & Edmundo comiti Arundell, R. de Baldok & Waltero de Stapleton quondam episcopo Exon, per vim & duriciam factae adnullentur, quodque in casu quando aliquis per viam actionis hujusmodi recognitiones voluerit adnullari, habeat breve de cancellaria, de venire faciendo coram nobis tenorem recognitionum illarum, & justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, associatis eis certis episcopis, comitibus, baronibus, si comperiat in curia per legales inquisitiones inde capiendas, quod recognitiones illae factae fuerint per duriciam personae, sive per metum mortis, extunc adnullentur, prout in statuto predicto plenius continetur, ac jam ex parte G. nobis supplicatum sit, quod cum ipse quondam recognitionem. 10 li. p. vim & duriciam prefato Edmundo post exilium praedictum coram W. de B. & sociis suis justiciariis domini E. nuper regis Angliae patris nostri de banco, anno regni sui decimo nono fecerit, & eadem decem librae ad opus nostrum ratione forisfacturae predicti Edmundi per summonitionem scaccarii nostri virtute extractarum predicti W. ad scaccarium illud liberatarum exigantur, volumus ipsum G. inde exonerari & quietum esse facere, juxta formam statuti predicti: nos volentes statutum illud inviolabiliter observari, vobis mandamus quod scrutatis rotulis predicti W. de anno predicto, qui penes vos in banco predicto resident ut dicit, tenorem dictae recognitionis predictarum decem librarum sub sigillo vestro nobis sine dilacione mittatis & hoc breve, ut ulterius inde fieri faciatis, quod secundum formam statuti predicti fuerit faciendum, T. &c.

Super sed eas
pendente placito
ad adnullandum
recognitionem per vim,
&c. factam, &c.

Rex, thesaurario, &c. salutem. Cum I. sequatur in curia nostra pro quadam recognitione centum marcarum, per ipsum H. le D. in cancellaria domini Edwardi, &c. per vim & duriciam ut dicit facta, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliae inde provisi adnullanda, & idem I. nobis supplicaverit ut pendente dicto negotio indiffuso, velimus ei respectum de summa praedicta quae ab ipso ad opus nostrum per sum scaccarii praedicti exigitur concedere gratiose: nos eidem gratiam facere volentes in hac parte, dedimus ei respectum de praedictis centum marcis usque ad festum Paschae proxime futurum, nisi aliud interim duxerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus quod eidem I. huiusmodi respectum habere faciat. Et distinctionem si quam, &c.

Quod distinctio
non fiat in via
regia nec in
feodis de quibus
ecclesiae olim
sunt dotatae.

Rex, vicario &c. salutem. Cum in articulis praelatis & clero regni nostri per dominum E. nuper regem Angliae patrem nostrum, de assensu procerum & magnatum regni nostri concessis contineatur, quod distinctiones non fiant super rectores per vicarium vel alios ministros nostros in via regia, aut feodis, quibus olim ecclesiae sunt dotatae, ac jam ex gravi querela dilecti nobis in Christo abbatis de W. personae ecclesiae de K. intellexerimus, quod tu colore officii tui terras & tenementa quae sunt de dote & feodo ejusdem ecclesiae apud K. nuper ingressus fuisti, & praefatum abbatem in terris & tenementis praedictis graviter distrinxisti, & indies distin-

distringere non desistis, in ipsius abbatis præjudicium, & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam, & contra formam articulorum prædictorum: nos libertates ecclesiasticas illæsas observari volentes, tibi præcipimus qd' distinctiones aliquas in terris & tenentis quæ sunt de dote ecclesiæ prædictæ nullatenus fac', nec quicquam quod in libertatis ecclesiasticæ læsionem aut enervationem articulorum prædictorum cedere valeat attentus. Et dist' siquam præfato abbati in feodo ecclesiæ suæ prædictæ ut prædictum est, feceris, sine dilatione relaxes eidem. T. &c.

✠ Et potest fieri attachiamentum inde, &c.

¶ Rex viç salutē. Cum inter cæteros articulos quos celebris memoriæ dñs E. quondam rex Angliæ avus noster, ad emendationem status populi regni sui ordinavit, contineatur, qd' nimis graves dist' non capiuntur p' debito nostro, & si debitor invenire possit sufficientē securitatem pro debitis illis usq; ad unum diem infra diem profri viç, quod distinctiones hujusmodi interim relaxentur: tibi præcipimus quod si W. de S. invenerit tibi sufficientem securitatem, de respondend' nobis ad proximum p'frum tuum de centum solidis per quos finem fecit nobiscum coram justitiariis nostris de banco, p' licentiam concordandi in uno brevi de conventionem & quos ab eo per suū scaccarii nostri exigis ut dicitur, tunc distinctioni, quā eidē W. facis occasione p'dicta, interim supersedeas p' securitatem suprad'. Et habeas ibi hoc b're. T. &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A. & B. justitiariis ad assisas in com' tali capiendas assignatis salutem. Cū ad cōmunem utilitatem populi regni nostri Angliæ statutum sit, quod nullus minister in civitatibus nec in burgis, qui ratione officii sui debeat custodire assisas de vinis seu de victualibus, dum sit intendens hujusmodi officiis mercandiset de vinis nec de victualibus in grosso nec ad retalliam, & jam R. dederit nobis intelligi quod S. & M. ballivi villæ de B. & quidam alii ballivi in dicta villa existentes, qui ratione officii sui hujusmodi assisas custod. re debent, in eadē villa vina & victualia in grosso & ad retalliam vendunt, contra formam statuti prædicti: nos si ita sit, remedium in hac parte poni volentes, vobis mandamus qd' audita inde querela prædicti R. & vocatis partibus coram vobis, earumque rationibus hinc inde auditis, & inspecto tenore statuti prædicti eidem R. tam pro nobis quam pro ipso super hoc debite justitiam fieri fac', prout secundum statutū prædictum fuerit faciendum. T. &c.

¶ Rex viç E. salutem. Pone, &c. P. nuper ballivū villæ nostræ de R. qd' sit corā nobis, &c. ostēsurus quare cum ad cōmunem utilitatem regni nostri de cōmuni consilio ejusdem regni concordatum sit, qd' nullus minister, &c. ad retalliam super forisfactura eorundem: prædictus B. dum ballivus dictæ villæ de R. de vinis & aliis victualibus diversis, ad valentiam centum librarum in prædicta villa de R. tam in grosso quam in retallia pluries mercandisavit, & ea ibidem vendidit ut dicitur, in nostri contemptum manifestum, dictiq; populi nostri grave damnum, & contra formam concordie supradictæ. Et habeas, &c.

¶ Rex

Regula.

Quod distinctiones relaxentur usq; ad certum diem per vicecomitem per securitatem, &c.

Quod ministri civitatis & burgi custodientes assisas de vinis seu de aliis victualibus ratione officii sui non mercandisent de hujusmodi in grosso nec ad retalliam, durante officio, &c. Statutum Eborum A. 12. E. 2. ca. 6.

Attachiamentum inde.

Brevia de Statuto.

panis & c.
inveniarur
per
mer-
corum.

¶ Rex majori et vicecomitibus Londoni salutem. Cum in statuto de mercatoribus edito contineatur, quod mercatores, pro quorum debitis contigerit debitores suos per formam statuti predicti arrestari et imprisonari, invenire teneantur debitoribus illis in prisona comorantibus, panem et aquam ad sustentationem suam: vobis precipimus quod W. pro debitis E. per vos virtute mandati nostri predicti ut dicitur arrestato et in prisona nostra detento, si ea occasione et non alia detineatur in eadem, fieri faciatis in hoc casu quod fuerit faciendum, & casu consimili fieri consuevit, juxta formam statuti predicti. T. & c.

Quod nihil le-
vetur pro esca-
pio latronum
quousq; & c.
W. 1. ca. 3.

¶ Rex vic salutem. Cum in statuto apud Westm dudum edito contineatur, quod nihil de cetero petatur, capiatur, aut levetur, per vic vel alium pro escapio latronum vel felonum, quousq; evasio adjudicetur per justitios itinerantes: tibi precipimus quod G. custodem prisonae nostrae de N. pro hujusmodi evasione contra formam statuti predicti non molestes in aliquo neque graves, T. & c.

Ne quis occa-
sionetur pro ten-
quae tenentur
de honore ac-
quisitis,
A. 1. E. 3. ca. 14.
Credo quod istud
breve vacat non
obstante statu-
to.

¶ Rex dilecto & fideli suo H. escaetori suo in comitatu S. salutem. Cum de communi consilio regni nostri statutum sit, ne quis occasione acquisitionis terrarum vel tenementorum, quae de nobis ut de honoribus tenentur in capite, licentia progenitorum nostrorum quondam regum Angliae seu nra super hoc obrenta factae occasionetur: vobis mandamus quod R. occasione acquisitionis, quam tempore dni E. nuper regis Angliae patris nostri fecit, de T. de una bovata terrae cum pertinentiis in E. quae de nobis ut de honore de T. tenentur in capite ut dicitur, si de nobis sic tenentur, non occasionetis, contra formam statuti predicti, T. & c.

Quod ecclesia-
stica persona
non amercietur
secundum bene-
ficiam ecclesia-
sticam, Magna
carta, ca. 12.

¶ Rex vic salutem. Cum in magna carta de libertatibus Angliae contineatur, quod nulla eccles. persona mercietur secundum quantitatem beneficii sui Ecclesiastici, sed secundum laicum feodum suum, ac jam ex querela S. personae, & c. accepimus, quod licet ipse nullum laicum feodum teneat, tu tamen ipsum S. in turno tuo in hundredo tali, super aliis quibus coram te in eodem turno presentatis, ipso S. super hijs non summonito nec legitime convicto, pro voluntate tua graviter amerciaisti, & amerciamentum illud de bonis suis Ecclesiasticis levare intendis minus juste, in ipsius S. damnum non modicum, & contra tenorem cartae predictae: nos, nolentes ipsum S. in hac parte indebite praegravari, tibi precipimus quod si ita est, tunc ipsum S. coram te taliter amercari, seu amerciamentum aliquod de bonis suis Ecclesiasticis levare non fac, contra tenorem cartae supradictae. Et disti, & c.

Ne quis occasio-
netur pro re fa-
cta in profecu-
tione Hugonis le
Dispenfer.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cum in parlamento nostro apud Westm anno regni nostri primo convocato inter alia contineatur, quod nullus magnas seu alius cujuscunque status seu conditionis fuerit, qui nobiscum & Isabella regina Angl matre nostra charissima nuper in regnum nostrum Angl venientes, nec alij tunc in eodem regno comorantes, qui ad nos et ipsam matrem nostram in auxilium nostrum venerunt, ad psequendum H. le Despenser seniore & H. le D. juniore et alios inimicos nostros, occasionentur, molestentur, seu graventur in personis seu bonis in curia nostra seu alterius, p prosecutione predicta, captione perso-

personarum seu bonorum, vel pro morte hominis aut quacunq; alia re in dicta prosecutione facta, à die quo nos & dicta mater nostra applicuimus dictum regnum, usq; ad diem coronationis nostræ, ac jam ex querela I. qui ad nos & dictam matrem nostram in prosecutione prædicta venit ut dicitur accepimus, qd tu ipsum A. occasione quorundam bonorū per eum in eadē prosecutione captorū, occasionare & gravare intendis, contra formā statuti prædicti: nos volentes statutum illud inviolabiliter observari, tibi præcipimus qd si ita est, tunc præfatū I. occasione prædicta cōtra formā statuti prædicti non molestes in aliquo seu graves: intentionis tamen nostræ & concilii nostri non extitit, qd malefactores qui transgressiones seu alia mala extra prosecutionē prædictā perpetrarunt, per istud statutum cooperiantur seu muniantur, T. &c.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dñs E. quondam rex Angl' avus noster, ad emendationem status populi sui concessit ordinatum sit, qd senescallus & marescallus hospitii nostri, non teneant placitum de libero tenito, de debito, de conventionem, transgressione, seu contractu hominum populi nostri, nisi tantummodo de transgressione hospitii nr̄i, & aliis transgressionibus factis infra virgam, & de contractibus & conventionibus quos aliquis de eodem hospitio fecerit alteri de eodem hospitio & in eodem hospitio & non alibi & nullum placitum de transgressione placitent, aliud quod non sit attachiatum per eos antequam nos exeamus virgā ubi transgressio facta fuerit, & placitum illud celeriter de die in diem placitent & terminent, ita quod placitentur & terminentur antequam exeamus eandem virgam ubi transgressio facta fuerit, & si forte infra bundas ipsius virgæ terminare non poterunt, cessent huiusmodi placita coram senescallo & marescallo, & sint querentes ad communem legem, ac jam ex gravi querela A. & B. acceperimus, qd vos ad sectam R. ipsos, &c. ad respondend' coram vobis præfato R. de quadam transgressione eidē R. per præfatos A. & B. infra virgam nostram apud B. anno, &c. 12. facta ut dicitur, quod quidem placitum per vos attachiatū non fuit antequam virgam illam tunc exivimus distringitis, & ipsos ea occasione multipliciter inquietatis minus iuste, in ipsorum A. & B. dispendium non modicum & gravamen & contra tenorem articulorum prædictorum: nos igitur volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis inviolabiliter observari, vobis mandamus quod si ita est, tunc ipsos A. & B. ad respondendum coram vobis de huiusmodi transgressione nullatenus distringatis, placito illi coram vobis ulterius tenendo omnino supersedentes. Et disti, &c. T. &c.

Quod senescall' & marescallus non teneant placita de libero tenemento, de debito, de conventionem, &c.

Articuli super cartas, cap. 3.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Cū inter cæteros articulos quos dñs E. quondam rex Angl' progenitor noster, ad emendationē status populi sui concessit, ordinatū sit, qd senescall' & marescall' hospitii sui, nō teneāt placita de libero tenito, de debito, de cōventionem, de tr̄ns, seu cōtractu hominū populi sui nisi tm̄modo de transgressionibus hospitii sui & aliis tr̄ns factis infra virgā, & de contractibus & cōventionibus quos aliqui de eodē hospitio aliis de eodē hospitio fecerūt,

Aliter.

Articuli super cartas.

& in

Brevia de Statuto.

& in eodem hospicio & non alibi, ac vos quoddam placitum inter A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata ut dicitur, quanquam neuter eorum de eodem hospicio existat, coram vobis in curia nostra Marefcalciæ prædictæ teneatis ut accepimus, in ipsius B. damnum non modicum & gravamen, ac contra formam ordinationis prædictæ: nos volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis inviolabiliter observari, vobis mandamus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis ulterius tenend' superfedeat omnino, ipsum B. contra formam ordinationis prædictæ non molestantes in aliquo seu gravantes. Et districtione, si quam ei ea occasione feceritis, sine dilatione relaxetis eidem. T. & c. Breve de ordinatione.

Aliter inde parti.

¶ Rex B. de C. salutem. Cum inter cæteros articulos, & c. ut supra usq; ibi, & non alibi, & tunc sic, ac tu A. ad respondendum tibi de quadam transgressione tibi per præfatum A. infra virgam nostram illata ut dicitur, coram senescallo & marefcallo hospitii nostri in curia Marefcalciæ prædictæ, quanquam neuter vestrum de eodem hospicio existat implacites ut accepimus, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen, ac contra formam ordinationis prædictæ: nos volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis inviolabiliter observari, tibi præcipimus quod si ita est, tunc placitum illud coram præfatis senescallo & marefcallo in curia prædicta ulterius non sequaris, contra formam ordinationis prædictæ. T. & c. Breve de ordinatione.

Quod constabularius castri Dovor' non teneat placitum forinsecum quod non tangit custodiam castri.

¶ Rex dilecto & fideli suo R. de S. constabulario castri sui Dovor', & custodi quinque portuum suorum vel ejus locum tenenti ibidem salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dominus E. nuper rex Angliæ avus noster ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quod constabularius castri Dovor' non placitet ad portam castri prædicti aliquod placitum forinsecum de comitatu quod non tangit custodiam ejusdem castri, ac vos quoddam placitum inter W. & P. de quodam debito quod idem W. à præfato P. exigit, quod quidem placitum custodiam castri prædicti non tangit, coram vobis ad portam castri illius teneatis, & ipsum P. per varias districtiones inquietatis minus juste, contra tenorem articulorum prædictorum, sicut ex parte ipsius P. nobis datur intelligi: nos articulos prædictos inviolabiliter observari volentes, vobis mandamus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis ulterius tenendo superfedeat omnino, ipsum P. contra tenorem eorundem articulorum non molestantes in aliquo seu gravantes. Et disti, & c.

Articuli super cartas, cap. 7.

Quod nimis gravis districtio non capiatur pro debito regis, & de superfedendo usq; certum diem per sufficientem securitatem.

¶ Rex vicecomiti Kan' salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dominus E. quondam rex Angliæ progenitor noster, ad emendationem status populi regni sui ordinavit, contineatur, quod nimis gravis districtio non capiatur pro debito nostro, nec nimis remote ducatur, & quod si debitor invenire possit sufficientem & competentem securitatem, de debito illo usq; ad unum diem infra diem vic, infra quem debitor sibi inde remedium acquirere valeat, vel alias de debito hñdi satisfacere, quod districtio hujusmodi interim relaxetur: tibi præcipimus quod si R. de T. que pro decem solidis nobis solvendis de exitibus suis coram nobis

nobis et alibi coram justiciariis nostris forisfactis, virtute summonitionis scaccarii nostri tibi directæ distringis ut dicitur, invenerit tibi sufficientem securitatem juxta formam articulorum prædictorum pro debito prædicto usq; ad unum diem infra diē tuum, &c. occasione præmissa fieri leceris, interim relaxes eidem p securitatem antedictam, &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis I. de M. et sociis suis justitiariis ad assisas in comitatu S. capiend' assignatis salutem. Cum in parlamēto domini E. nuper regis Angliæ avi nostri apud North. anno regni sui secundo convocato, per ipsum, prælatos, comites, barones, et alios magnates, ac totam cōmunitatem regni sui Angl' in eodem parlamento existentes concordatum fuerit et statutū, qd' non mandetur per magnum sigillum nostrum, nec per parvum sigillum nostrum, ad communē legē impediendam seu prorogandam, et quod si talia mandata veniant, quod justiciarii ea de causā ad justitiam faciendam nullatenus superfedant, prout in statuto prædicto plenius continetur: vobis mandamus quod justitiæ partibus in assisa novæ disseisinæ, quam T. arrainavit coram vobis per breve nostrū versus I. et alios in brevi nostro originali contentos, de tenementis in M. faciend', virtute alicujus mandati de magno sigillo vel parvo sigillo nostris vobis directi seu dirigendi, nullatenus superfedatis, contra formam statuti supradicti. T. &c.

Qd' justiciarii procedant ad captionem assisæ non obstante aliquo mandato magni sigilli five parvi.

* Nota quod non habetur aliquod tale statutum prout in isto brevi fit mentio, in anno secundo E. tertii apud North. editum: sed habetur hujusmodi statutum in anno xx. ejusdem regis. Attamen quære Articulos super cartas, si statutum prædictum ibidem inseratur necne,

Nota.

¶ Vobis mandamus quod in placito novæ disseisinæ, qd' R. arrainavit coram vobis per breve nostrum versus W. et alios, &c. de tenementis in M. prætextu alicujus mandati sub magno vel parvo sigillo nostro vobis directi nullatenus superfedatis, contra formā statuti prædicti, sed ad captionē ejusdem prout de jure & secundum legem et consuetudinem regni nostri fuerit faciendum procedatis, &c.

Aliter quod inquisitiones & juratæ capiuntur coram uno justitiorum placeæ in patria ubi placitum motum fuerit.

¶ Rex justitiariis suis de banco salutem. Cū de cōmuni consilio regni nostri Angl' concordatum existat et statutū qd' inquisitiones et juratæ in placito terræ capiend', quæ magnæ examinationis non existunt, capiuntur in patria coram uno justitiorum placeæ ubi placitum motū, existit, associato aliquo pbo homine patriæ, milite sive alio, ita quod certus dies detur in banco, et certi dies et locus dentur in patria in præsentia partiū, & etiā qd' inquisitiones et juratæ in placito terræ magnā examinationē requirentes, corā duobus justitiariis de banco in forma prædicta capiuntur, ac jam ex querela R. acceperimus, qd' vos quandā juratam xxiv. militū, quam idem R. arrainavit coram vobis p breve nrm versus abbatē de T. ad convincendum juratores inquisitionis quæ inter ipsū abbatē petentē et pfatum R. tenentē, de uno mesuagio, &c. cū pertinentiis in S. nuper suū fuit & capta, coram vobis p breve nrm per dilectum & fidelem nrm I. de S. unum justitiorum nostrorum de eodem banco, per breve nostrum de Nisi prius in patria, ad procuracionem ipsius abbatis demandastis: nos considerantes quod hñdi juratæ

Qd' inquisitiones quæ magnæ sunt examinationis, non capiuntur in patria & de superfedando, &c.

Brevia de Statuto.

juratæ pro finali remedio in suis casibus ordinatæ existunt, & eo prætextu expediens esse quod jurata solemniori modo quo poterit, & tam per milites juxta tenorem dicti brevis de jurata, quam p̄ alios visū illi pp̄inquoies, magis sufficientes, & neutri parti suspectos capiantur, vobis mandamus qd̄ visis & examinatis recorde & processu inde corā vobis in eodem banco habitis, si vos eandem juratam per præfatum I. in patria ut præmittitur capi demandaveritis, tunc captioni ejusdem juratæ in patria p̄ præfatum Johān sine dilatione supersederi demandetis, juratam illam tam per milites quam per alios visū illi propinquoies, magis sufficientes, & neutri parti suspectos, & ubi & coram quibus secundum legem et consuetudinem regni nostri in forma concordia & statuti prædictorum capiend' existat, capi fac', &c. T. &c.

Aliter.

¶ Rex justitiariis suis de banco salutem. Licet de communi consilio regni nostri concordatum existat & statutū, quod inquisitiones & juratæ in placito terræ capiend' quæ magnæ non sunt examinationis, capiantur in patria coram uno justitiario placeæ ubi motum existit, affociato sibi aliquo probō homine patriæ milite sive alio, ita quod communis dies detur in banco, & certi dies & locus dētur in patria in præsentia partium, & etiam quod inquisitiones & jurate in placito terræ maganam examinationem requirentes, coram duobus justitiariis de banco in forma prædicta capiantur, quia tamen placitum, quod est coram vobis in banco prædicto per breve nostrum inter W. petentem & B. tenentem, de manerio de S. cū pertinentiis in comitatu Wiltes. specialiter nos tangit, p̄sertim cum idem W. dictum manerium cum pertinentiis teneat ad terminum vitæ suæ ex concessione nostra, & post mortem ejusdem W. dictum manerium cum pertinentiis ad nos & hæredes nostros integre reverti debet, volentes indemnitati nræ prospicere in hac parte: vobis mandamus quod si ad inquisitionem inde capiendam procedere vos contingat, tunc hujusmodi inquisitiones coram vobis in banco prædicto & non alibi capiatis, concordia & statuto prædictis non obstantibus. Et si inquisitionem inde in patria p̄ breve Nisi prius capi demandaveritis: tunc inquisitioni illi in patria capiendæ supersederi demandetis. T. &c.

Qd̄ inquisitiones ad cujuscumque querelam, fiant cum justitiariis ad patriam venerint.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis W. de H. & sociis, &c. assignatis salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dominus E. quondam rex Angliæ progenitor noster, ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quod de conspiratoribus, falsis informatoribus, & malis procuratoribus duodenarum, inquisitionum, assisarum, & juratarū, justitiarij de utroq; banco, ac justitiarij ad assisas capiendas assigni, cum in patriam venerint ad officium suum faciendum, faciant inquisitiones ad cujuscumque querelam sine brevi & sine dilatione, & faciant justitiam conquerenti, prout in articulis prædictis plenius continetur: nos dictos articulos in omnibus inviolabiliter observari volentes, vobis mandamus quod inspecta ordinatione prædicta, ulterius ad prosecutionem omnium & singulorum coram vobis conquerentiū fac' quod secundum formam ordinationis prædictæ fuerit faciend', T. &c.

¶ Rex

☉ Rex, ballivis suis de wapentachio de L. salutem. Cum in magna carta de libertatibus Anglⁱ contineatur, quod nullus vicecomes vel ballivus suus faciat turnum suum per hundredum nisi bis in anno, & non nisi in loco debito & consueto, videlicet semel post Pascha & iterum post festum sancti Michaelis, & visus de franco plegio tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis, ac jam ex querela hominum & tenentium abbatis de D. de B. accepimus, quod vos ipsos homines & tenentes in hac parte prægravare machinantes, ipsos ad veniendum ad quodlibet wapentachium nostrum prædictum, ad præsentandum ea ibidem quæ ad visum franci plegii pertinent, jam de novo graviter distrinxistis, in ipsorum hominum & tenentium grave damnum & præjudicium manifestum, & contra tenorem magnæ cartæ prædictæ: nos eandem cartam in omnibus & singulis suis articulis volentes inviolabiliter observari, vobis præcipimus quod dictos homines & tenentes ad veniendum coram vobis ad wapentachium prædictum, ad præsentandum ibidem ea quæ ad visum franci plegii pertinent, contra tenorem cartæ prædictæ nullatenus distringatis. Et distrⁱ, &c. T. &c.

Nequis distringatur ad veniendum ad wapentachium nisi bis in ann^o, ad præsentandum quæ ad visum pertinent.
Magna carta ca. 22.

Rex, A. vel ballivis A. de I. salutem. Monstravit nobis C. quod cum ipse nuper americiandus esset in curia tua vel in curia prædicti domini vestri de I. pro modico delicto in quod incidit: tu vel vos ab eo gravem exigis vel exigitis redemptionem, contra tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ, in qua continetur quod nullus liber homo americietur nisi secundum quantitatem delicti, & hoc salvo contemento suo, & villanis salvo waynagio suo. Et ideo tibi vel vobis præcipimus, quod à præfato C. moderatam capias vel capiatis misericordiam, secundum quantitatem delicti illius: ne clamor ad nos perveniat iteratus, T. &c.

De moderata misericordia.

Magna carta ca. 14. W. 1. c. 6.

☞ Et potest istud breve fieri sicut alias, &c.

☉ Rex, vicecomiti S. salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc sumum, &c. C. & B. ballivos A. de I. quod sint coram, &c. ostensuri quare cum idem A. nuper americiandus esset in hundredo prædicti domini sui de I. pro modico delicto in quod incidit, ac nos ad requisitionem ipsius A. præfatis ballivis præceperimus, quod juxta tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ moderatam ab eo caperent misericordiam, secundum quantitatem & modum delicti illius: iidem ballivi spretis mandatis nostris prædictis, à præfato A. graviorem inde redemptionem per varias districtiones extorquere non cessant, in nostri contemptum, & ipsius A. grave damnum, & contra tenorem cartæ prædictæ ut dicit. Et habeas, &c.

Regula.

Attachiamentum inde.

☞ Et si uni ballivo scribatur: tunc sic, eidem ballivo præceperimus, &c. idem ballivus spretus, &c.

Regula.

Aliter qd' misericordia ponatur per sacramentum proborum hominum juxta formam statuti.

☉ Rex, ballivis episcopi W. de W. salutem. Cum in magna carta de libertatibus Anglⁱ contineatur, quod nullus liber homo americietur pro parvo delicto nisi secundum modum ipsius delicti, & pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo contemento suo,

Brevia de Statuto.

Magna carta
ca. x.

et mercator eodem modo salva mercandisa sua, & villanus alterius quam noster eodem modo amercietur salvo waynagio suo si inciderit in manum nostrā, et nulla misericordiarum prædictarum ponatur nisi per sacramentum pborum et legalium hominum de visinetu, prout in eadem carta plenius continetur, ac jam ex querela hominū & tenentium manerij prædicti acceperimus, quod vos ipsos homines et tenentes cum in curia ejusdē manerij in misericordiam inciderint, p aliquo delicto, ad magnas pecuniarū summas voluntarie assidatis, nō permit- tentes quod misericordia illa per sacramentum hominum & tenentiū ejusdem manerii ponatur, in ipsorum hominum & tenentiū damnum non modicum & contra tenorem cartæ prædictæ: nos volētes cartam illam in omnibus & singulis suis articulis inviolabiliter observari, vobis præcipimus quod ab hujusmodi summis, super homines & tenentes prædictos cum in misericordiam inciderint, voluntarie assidend' pōnitus desistentes, misericordiā hujusmodi per sacramentū, proborum et legalium hominum ejusdem curiæ poni permittatis, juxta tenorem cartæ supradictæ. T. &c.

Quod commu-
nia placita non
teneantur in
scaccario.
Magna carta
ca. xi. Articuli
super cartas
ca. iv. Statutum
de Roteland
ca. ultimo.

¶ Rex, thesaur' & baronibus suis de scaccario salutem. Cum secundū legem & con. regni nostri, cōmunia placita corā vobis ad scaccarium præd' placitari non debeant, nisi placita illa nos vel aliquem ministroꝝ nostrorum ejusdē scaccarii specialiter tangant, ac jam ex querela H. acceperimus, quod C. qui minister noster scaccarii prædicti non existit ut dicitur, ipsum H. implacitet coram vobis in scaccario præd' de debito centum solidorum, contra legem & consuetudinem prædictas: vobis mandamus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis ulterius tenendo supersedeatis omnino. Et præfato C. dicatis ex parte nostra, quod breve nostrum de debito prædicto sibi impetret si sibi viderit expedire. T. &c.

Quod clerici
infra sacros
constituti, non
eligantur in of-
ficium.

¶ Rex, ballivis H. de L. salutē. Cum secundū legē & cons. regni nri, clerici infra sacros ordines constituti, ad offic' ballivi sive bedelli eligi non debeant nec hætenus consueverint, ac jam ex parte T. magistri hospitalis nri de C. acceperimus, qd vos ipsum magistrū ad officium ballivi seu bedelli manerii pd' elegistis jam de novo, & ipsum officiu illud assumere compellere nitimini, in ipsius magistri grave damnum & contra legē et consuetudinem supradictas, super quo nobis supplicavit sibi per nos de remedio pvideri, & quia non est cōsonum, quod dictus magister, qui nobis in hospitali pdicto p salubri statu nostro, & p animabus pgenitorū nostrorū quondam regum Angl', & pro statu ejusdē hospitalis ac cantariæ, elemosinis, & aliis piis operibus in eodem hospitali manutenendis & sustentandis continue deservit, ad insistendum alibi extra idē hospitale in secularibus negotiis cōpellatur: vobis præcipimus qd districtioni & compulsioni, si quas eidē magistro ad offic' ballivi seu bedelli in manerio præd' assumend' feceritis, omnino supersedeatis & eas sine dilatione relaxetis, & denā si quos p amerciamenta vel alio modo ex causa prædicta ab eo levaveritis, eidē magistro restitui fac' indilate, sub periculo qd incumbit, T. añ. xxx.

¶ Rex,

¶ Rex, taxatoribus & collectoribus, 10 & 15 nobis ultimo p̄cōmunitatem regni nostri Angl̄ concessarum in comitatu Glouc̄ salutem. Ex parte W. pr̄bendarii pr̄bendæ de B. in ecclesia de S. nobis est ostensum, quod vos occasione decimæ & 15 prædictarum nobis per laicos concessarum, in propriis bonis ipsius W. de temporalibus pr̄bendæ suæ prædictæ annexis exeuntibus, quæ ad decimam & inter spiritualia in singulis taxationibus & præstationibus hujusmodi decimæ taxantur, & de quibus decimam dari consuevit, prædictas decimam & quintadecimam inter laicos assidere, taxare, & levare intenditis minus juste, in ipsius W. damnum non modicum & gravamen. Et quia nolumus quod idem W. de hujusmodi bonis suis, de quibus decimam nobis dat, inter spiritualia de prædictis decima & quintadecima per laicos concessis oneretur: vobis mandamus quod ipsum W. in propriis bonis suis quæ inter spiritualia ad decimam taxantur, & de quibus decimam nobis dat ut prædictum est, ratione decimæ & quintadecimæ prædictarum nobis per laicos concessarum non molestetis in aliquo seu gravetis. Et distinctionem si quam ei ea occasione fieri feceritis, sine dilatione relaxari faciatis eidem. Proviso tamen quod de terris & tenementis, si quæ p̄ præfatum W. vel prædecessores suos, ad præbendam prædictam post annum domini E. nuper regis Angl̄ avi nostri vicessimam acquisita fuerint, nobis de hujusmodi decima & quintadecima juxta ratam honorum & catallorum in dictis terris & tenementis existentium, & de eisdem provenientium respondeatur ut est justum. Teste me ipso, &c.

De non distringendo præbendarium.

¶ Rex, dilectis & fidelibus I. & sociis suis justitiariis, & c. salutem. Cum inter cæteros articulos, quos dominus Edwardus quondam Rex Angliæ avus noster, ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quod de conspiratoribus, falsis informatoribus, & malis procuratoribus duodenarum, inquisitionū, assisarū & juratarum, justiticiarii de utroque banco, ac justiticiarii ad assisas capiendas assignati cum in patriam venerint ad officium suum faciendum, faciant inquisitionē ad cujuscunq; querelam sine brevi & sine dilatione, & faciant justitiam conquerenti, prout in articulis prædictis plenius continetur: nos dictos articulos in omnibus inviolabiliter observari volentes: vobis mandamus quod inspecta ordinatione prædicta, ulterius ad prosecutionē omniū & singulorū coram vobis conqueri volentium fac quod secundū formam ordinationis prædictæ fuerit faciendū. T. me ipso apud, &c.

De falsis informatoribus inquisitionum.

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Cum in statuto nostro apud Westmonasterium anno regni nostri quinto ædito, inter alia concordatum sit & statutum, quod si aliquis jurator in assisis, juratis, seu inquisitionibus, capiat de una parte & de alia, & super hoc debite convincatur, quod extunc non ponatur in assisis, juratis, nec inquisitionibus, & nihilominus committatur prisonæ, & ulterius redimatur ad voluntatē nostrā, ac W. & S. nuper in quadam inquisitione inter abbatem de T. perentē & R. tenentē, de uno messuagio cum perti-

Quod Juratores non capiant de una parte vel de alia.

Brevia de Statuto.

nentiis in N. coram vobis in banco prædicto capienda positi, tam de prædicto abbate quam de præfato R. contra formam statuti prædicti ceperunt ut accepimus : nos statutum illud volentes inviolabiliter observari, vobis mandamus quod vocatis coram vobis præfatis W. & S. si vobis constare poterit ipsos in inquisitione prædicta positos fuisse, et tam de prædicto abbate quam de præfato R. cepisse ut prædictum est, tunc inspecto statuto prædicto, ulterius inde fieri faciatis quod de jure & secundum formam statuti prædicti fuerit faciendum. T. &c.

Quod juratores non capiant pro veredicto dicendo.

Decies tantum.

¶ Rex vicecomiti Cumbꝛ salutem. Si W. fecerit, &c. tunc pone, &c. A. B. C. & D. quod sint, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato W. quare cum in parlamento domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nostri apud W. anno regni sui xxxviii. tento, inter cætera concordatum existat, quod si aliqui juratores in assisis, juratis, et alijs inquisitionibus capiendis, inter nos et partem, vel partem & partem, quicumque capiât per ipsos vel alios de parte conquerente vel defendente pro veredicto suo dicendo, et super hoc per processum in quodam articulo de juratoribus anno regni ejusdem avi nostri, xxxiv. facto ordinatum vincantur, sive sit ad sectam partis, quæ pro seipsa vel pro nobis, aut alterius cujuscunque personæ prosequi voluerit, solvat quilibet dictorum juratorum decies tantum quantum ipse recepit, et habeat ille, qui faciat sectam, unam medietatem, & nos aliam medietatem, & quod omnes imbraciatores ducendi vel procurandi tales inquisitiones in patria, pro lucro vel proficuo capiendo, puniantur eodem modo & forma sicut juratores, et si jurator vel imbraciator ita convictus non habeat unde in forma suprascripta satisfaciat, habeat prisonam unius anni, put in ordinatione prædicta plenius continetur : prædicti A. & B. in quadam assisa novæ diss. quæ idem W. nuper arrainavit coram dilectis & fidelibus nostris S. et socijs suis nuper justitiarijs nostris ad assisas in comitatu Cumbꝛ capiendas assignatis, pro breve nostrum versus H. de S. et alios in dicto brevi contentos de tenementis in T. positi, pro veredicto suo in hac parte dicendo, ac præfati C. & D. imbraciatores ejusdem assisæ ad eam ducendum et procurandum, de præfato H. diversas pecuniæ summas & alia dona apud P. receperunt, in nostri contemptum et ipsius W. grave damnum, et contra formam ordinationis & concordie prædictarum. Et habeas ibi, &c. nomina plegiorum, &c.

Aliter.

¶ Et habeat ille, qui faciat sectam, unam medietatem, & nos aliam medietatem, & si jurator ita convictus non habeat, &c. ut supra in primo brevi usque, continetur : prædicti I. W. C. D. &c. juratores in quadam inquisitione quæ nuper summonita fuit, coram W. et socijs suis nuper justitiarijs domini Richardi nuper regis Angliæ secundi post conquestum de banco, de loquela quæ fuit coram eisdem nuper justitiarijs pro breve ipsius nuper regis inter M. petentem & præfatum E. tenentem, de uno mesuagio cum pertinentijs in S. quæ quidem loquela remansit sine die, eo quod prædictus nuper rex de regimine suo regni sui se dimisit, & postmodum resummonita fuit coram præfatis justitiarijs nostris subsequens, quæ
capta

capra coram præfato W. capitali justiciario nostro de banco prædicto, associato sibi R. p formam statuti inde æditi apud N. p bñ nrm Nisi prius positi, p veredicto suo in hac parte dicendo, de præfato N. &c. apud prædictam villam de N. ceperunt, &c.

* Nota si bñ portatur versus juratores tantum: tunc debet omitti ista clausula, Nota. & quod omnes imbraciatores usq; ibi, & si jurator, &c.

¶ Rex, viç salutem. Si R. & M. uxor ejus fecerint, &c. tunc pone, &c. De manutenendo. I. & W. ballivos civitatis nostræ Wynton, W. & W. quod sint coram justiciariis, &c. tali die, ostensuri quare cum de communi consilio regni nostri statutum sit, quod nullus minister noster vel aliquis alius manuteneat placita vel querelas quæ sunt in curia nostra vel alibi, de terris & tenementis aut aliis rebus quibuscunque pro parte rei petita, vel alio proficuo per conventionem factam inde habendo, nec aliquis jus suum sub hujusmodi conventionem alteri dimittat: prædicti I. & W. W. & W. quoddam placitum frisicæ forcicæ quod est coram majore & dictis ballivis civitatis prædictæ, inter S. & A. uxorem ejus petentes & præfatos R. & M. tenentes, de uno messuagio cum pertinentiis in civitate prædicta, pro parte tenementi prædicti & alio proficuo inde habendo per conventionem jam assumpserunt, pro præfatis S. & A. manutenend' & manuteneant, ad grave damnum ipsorum R. & M. & contra formam statuti prædicti. Et habeas, &c. W. 1. cap. 25. Vide antea fol. 182. breve de manutenendo.

¶ Vel sic, prædicti I. & W. placitum loquelæ quæ est coram justiciariis nostris de banco per breve nostrum inter præfatum R. & G. de eo qd idem G. bona & catalla ipsius R. ad valenciam centum solidorum apud L. inventa cepit & asportavit, pro parte catallorum prædictorum per conventionem, &c. ut supra. Aliter.

R Ex, vicecomiti S. salutem. Si A. fecerit te, &c. tunc attachies Breve de ordinatione contra servientem. B. ita quod eum habeas coram justiciariis nostris apud W. tali die, ad respondendum tam nobis quam præfato A. quare cum per dominum E. nuper regem Angliæ progenitorem nostrum & consilium suum, pro communi utilitate ejusdem regni ordinatum sit, quod si aliquis serviens in servitio alicujus retentus, ante finem termini concordati à dicto servitio sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonmenti subeat: prædictus B. in servitio ipsius A. apud N. nuper retentus, ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius A. recessit, in nostri contemptum, & ipsius A. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas ibi hoc breve, T. &c. Breve de ordinatione.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. tunc pone, &c. I. qd sit Aliter versus magistratum & servientem. coram justiciariis, &c. ad respondendum, &c. usq; ibi, pœnam imprisonmenti subeat, & nullus sub eadem pœna talem in servitio suo recipere vel retinere præsumat: prædictus I. R. servientem ipsius A. in servitio suo apud L. nuper retentus, qui ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius

De Servientibus.

A. recessit in servitium ipsius I. quanquam ipse de præfato R. eidem A. restituendo requisitus fuerit, admisit & retinuit, in nostri contemptum & ipsius A. grave dampnum, ac contra formam ordinationis prædictæ. Attachies etiam, vel sic. Et attachies præfatum R. ita quod eum habeas tunc ibidem, ad respondendum tam nobis quam præfato A. quare à servitio suo ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius A. ut prædictum est recessit, in nostri contemptum & ipsius A. grave dampnum, ac contra ordinationem supradictam. Et habeas ibi nomina plegiorum, &c. T. &c.

Regula.

De attachiando non habentes unde vivant, qn' recusant servire.

Et si impetretur versus magistrum solummodo: tunc omittatur le Attachies etiam, &c. usque ibi. Et habeas ibi nomina, &c. quæ inseretur. Breve de ordinatione.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. tunc attachies B. & C. ita quod eos habeas coram justitiarijs, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato A. quare cum per dominum E. nuper regem Angliæ, &c. & consilium suum, pro communi utilitate ejusdem regni ordinatum sit, quod quilibet homo & scemina ejusdem regni cujuscunque conditionis fuerit, libera vel servilis, potens in corpore & infra ætatem sexaginta annorum, non vivens de mercatura, nec certum exercens artificium, nec habens de suo proprio unde vivat, nec terram propriam circa cujus culturam se poterit occupare, & alteri non serviens, si de serviendo in servitio, p̄ statu suo congruo fuerit requisitus vel requisitus, servire teneatur illi qui ipsum sic duxerit requirend' & percipiat duntaxat vadia, liberationes, mercedes, seu salaria, quæ in locis, ubi servire debeat, anno regni dicti avi nostri vicesimo, vel annis communibus quinq; vel sex proximis præcedentibus solita sunt præstari, & si talis vir et mulier, qui vel quæ de sic serviendo requisitus vel requisita fuerit, hoc facere noluerit, statim capiatur, & proxima mittatur gaolæ & ibidem sub arcta moretur custodia quousq; securitatem invenerit de sic serviendo in forma prædicta, ac idem A. præfatis B. & C. qui ad serviendum juxta formam ordinationis prædictæ tenentur, servitium pro statu suo competens ac hujusmodi competens salarium frequenter obtulerit: prædicti B. et C. pro hujusmodi competente salario penitus servire recusarunt vel recusaverint, in nostri contemptum, & prædicti A. grave dampnum, et contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De serviendo in æstate ubi moratur in hyeme, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si W. &c. tunc pone I. &c. quod, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato W. quare cum per dominum Edwardum nuper regem Angliæ, &c. pro comuni utilitate regni nostri statutum sit, quod nullus serviens cujuscunque status fuerit seu conditionis, extra villam ubi moratur in hyeme, ad serviendum alibi in æstate si servitium in eadē villa invenire possit, sub poena imprisonmenti exeat, excepto quod homines de comitatu Lanc', Staff, Derb. & de march' Wall', tempore Augusti ad laborandum in aliis comitatibus venire, et salvo, prout hæcenus facere consueverunt, redire possint: præfatus I. in servitio ipsius W. apud F. in hyeme nuper retentus,

tentus, præfato W. seu alicui alio in villa prædicta in ætate tunc sequenti, quanquam ipse ad serviendum in eadem villa pro salario cõpetenti sæpius requisitus fuerit, fervire recusavit, in nostri contemptum, & ipsius W. grave damnum, & contra formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina plegiorum, &c. Teste, &c. Breve de ordinatione.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. tunc attachies W. ita quod eum habeas coram nobis, &c. ubicunque, &c. quare cum ad communẽ utilitatem regni nostri Anglⁱ per dominum Edwardum, &c. avum nostrum & consilium suũ ordinatũ existat, quod quilibet carectarius, carucarius, chaceator carucarum, bercarius, & alii servientes quicunque, talia liberationes & salaria, qualia anno regni ejusdem avi nostri Anglⁱ vicesimo, & quatuor annis proxime præcedentibus solita sunt præstari, & non majora capiant: prædictus W. in servitio ipsius A. apud S. tentus; liberationes & salaria majora, & alia quam dictis annis præstabantur, per graves cõminationes, quod ipse alias à servitio ipsius A. recederet, ab eodem A. recepit, in nostri contemptum, & ipsius A. grave damnum, ac contra formam ordinationis prædictæ ut dicit. Et habeas ibi, &c. T. &c. Breve de ordinatione.

De attachiando servientem majora salaria solito capientem.

¶ Rex, vicẽ salutem. Supplicavit nobis A. de B. quod cum ipse in quadam magna pecuniæ summa nobis infra certum tempus solvend' teneretur, operarios seu alios servientes ad blada trituro & alia opera faciendã, unde pecunia prædicta ad opus nostrum levari possit, nõ habeat, & quamplures servientes in dicto cõm vagantur, nemini juxta formã ordinationis de operatoribus & serviẽtibus factæ deservientes, velimus sibi de hujusmodi operariis & serviẽtibus, quatenus justum fuerit, jubere provideri hac de causa: nos tam pro nobis quã p præd' A. in hac parte quod justum fuerit, juxta formã ordinationis prædictæ fieri volentes, tibi præcipimus quod eidẽ A. tot operarios & servientes de dictis operariis & serviẽtibus sic vagantibus, quot sibi necessarii fuerint, pro prædictis negotiis suis faciendis habere facias: ita quod levatio dictæ pecuniæ nostræ, nec operationes suæ prædictæ, p defectu hujusmodi operariorum & serviẽtium nullatenus retardentur, & hoc non omittas sub periculo quod incumbit, T. &c.

De certos operarios debito rem regis habere faciendõ, ad blada trituro & alia opera faciendã.

¶ Rex, justiciariis, &c. salutem. Cum de statuto p cõmuni utilitate regni nr̃i Anglⁱ ædito contineatur, quod quicunq; carectarius, carucarius & alii servientes, capiãt stipendia & liberationes consuetã, añ regni dñi Edwardi nuper regis Anglⁱ avi nr̃i vicesimo, vel quatuor annis proxime pcedẽtibus; & quod p annũ integrũ vel terminos usuales, & non p dietas conducantur deservire, ac intellexerimus quod licet quamplures de villa de B. C. barcarium ad deservieud' eis p terminos in cõm præd' usuales, p stipendiis & liberationibus ibidem consuetis, sibi deservire requisierint: ipse tamẽ alicui corũ nisi p dietas p stipẽdio ad voluntatẽ suã constituend' deservire omnino recusavit, in perniciosũ exemplũ aliorũ hĩmodi serviẽtũ, & contra formã statuti prædicti. Et quia dictũ statutum in omnibus illæsum volumus observari, vobis mandamus quod

Quod serviẽtes deserviant per terminos usuales & non per dietas, &c.

De Servientibus.

quod vos de præmissis diligenter informati, si inveneritis præmissa veritatem continere: tunc ipsum C. illi, qui de servitio suo magis indiget in villa, prædicta deservire compellatis per terminos in dicto comitatu usuales, & stipendiis in hac parte consuetis, juxta formam statuti prædicti, T. &c.

Aliter quod fervientes non habentes unde vivant, illis deserviant qui primo duxerunt requirendo.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. tunc attachies I. ita quod eum habeas coram, &c. ad respondendum tam nobis quam præfato A. quare cum per dominum E. &c. avum nrm, &c. sit, quod si aliquis serviens in otio vagans de serviendo requisitus illi, qui primo ipsum requisiverit in servitio pro statu suo competenti, pro salario congruo teneatur deservire, ac idem A. præfato I. servienti apud S. in otio vaganti, non habenti nisi de servitio suo unde vivat, servitium congruum pro statu suo & mercedē & salaria competentia obtulerit, præfatus I. eidē A. servire recusavit, per quod tu ad requisitionem ipsius A. ipsum I. p ballivum tuum attachiari, & in gaola nostra castri de N. custodiri demandasti, donec securitatem invenerit de serviendo eidē A. in forma prædicta: prædictus I. vi & armis dicto attachiamento resistit, & in ipsum ballivum ibidem insultum fecit, & ipsum verberavit, &c. & sic se super delicto suo rebellice tenuit justitiari, in nostri contemptum & præjudicium, & ipsius A. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas, &c. T. &c.

De serviente conducto per alium arrestato ad deservendum sibi qui cum primo conduxit deliberando eidem deserviturum.

¶ Rex, vic salutem. Querelam I. accepimus continentem, quod cum ipse cum W. de C. ad deservendum sibi apud H. convenerit, & idem W. ad eundem I. ad ipsum juxta formam conventionis inter eos factæ deservendum, venire voluerit: A. de B. ipsum W. vi & armis arrestavit, & contra voluntatem suam ad deservendum sibi per potentiam suā cōpulsit, & sic ipsum, licet p prædictum I. ad dictum servientem sibi deliberandum requisitus fuerit, in servitio suo retinuit, ad grave damnum ipsius I. & contra formam ordinationis inde factæ, unde nobis supplicavit sibi de remedio providere. Nos supplicationi prædictæ annuentes: tibi præcipimus quod si tibi legitime constare poterit, præmissa veritatem continere, tunc ipsum W. eidem I. deliberes sibi juxta formam conventionis & ordinationis prædictarum deserviturum, T. &c.

Quod domini præferantur aliis terram suam tenentibus.

Rex, &c. Quare cum per dominum Edwardum, &c. & consilium suum, &c. ordinatum sit, quod quilibet ferviens cujuscunque conditionis fuerit, alteri non serviens, si de serviendo in servitio congruo considerato statu suo fuerit requisitus, servire teneatur illi qui ipsum sic duxerit requirend', proviso quod domini præferantur aliis terram suam tenentibus sic in servitio suo retinend', & quod si aliquis ferviens in servitio alicujus retentus, ante finem termini concordati à dicto servitio suo sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonmenti subeat, & nullus sub eadem pœna talem in servitio suo recipere vel retinere præsumat: p'd' E. W. de B. terrā ipsius R. tenentē, de serviendo eidē R. requisitū in servitio suo apud B. nuper retentū, qui ab eodē servitio sine causa rationabili & licentia

centia ipsius R. ante finem termini inter eos concordati recessit in servitium ipsius E. quanquam ipse de præfato W. eidem R. restituend. requisitus fuerit, admittit & retinuit, in nri contemptum, & ipsius R. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ, T. &c.

¶ Rex, universis & singulis majoribus, vicecomitibus, ballivis, &c. salutem. Quia intelleximus quod quamplures validi & corpore potentes ad laborandum, mendicantes, & alii, se latrociniiis & aliis flagitiis citius quam laborando quærere victum suum se attribuunt, & sic vagantur in otio, aliis deservire licet requisiti recusando: nos nequitix & desidix hñi mendicantium & aliorum volentes occurrere, assignavimus dilectum nobis I. de L. custodẽ, &c. ad omnes illos, quos corpore potentes ad laborand' invenerit mendicantes, seu latrociniiis aut aliis flagitiis se attribuentes, & aliis deservire recusantes, ubicunq; inventi fuerint infra libertates, &c. capiend', & pximæ gaolæ cõmittend', in eadẽ moratur' quouiq; invenerit securitatẽ de serviendo illis qui eos duxerit requirendos, juxta tenorẽ ordinationis p' pd' avum nrm, p'atos, comites, barones & alios in regno nostro Angl' de hñi servientibus factæ, salvo custodiri faciend'. Et ideo vobis omnibus & singulis firmiter injungendo mandamus, quod eidem I. in præmissis faciend' & exequendis intendentes suis in auxilium quoties necesse fuerit, & p' ipsum super hoc fueritis præmoniti. In cujus, &c. T. &c.

Commisso ad validos & corpore potentes in otio vagantes deservire renuentes capiendos.

¶ Rex, A. B. & C. justiciariis ad omnia & singula, quæ contra formam ordinationis de operatoribus, artificibus, & servitoribus in partibus de Holland' in comitatu Linõ sunt attentata, audienda, & terminanda assignatis salutem. Quia dilectus nobis I. de C. nobis graviter conquestus est, quod agricultores apud K. in partibus illis pro agendis suis nõ habeat, p' quod terræ suæ incultæ & alia agenda sua infecta remanent, in ipsius I. damnum gravissimum: vobis mandamus quod eidem I. agricultores & alios laborantes, quot sibi necessarii fuerint, de vagabundis servire renuentibus, & aliis pro terris suis excolendis & aliis agendis suis faciend' habere faciatis, juxta tenorem ordinationis supra dictæ, T. &c.

De operatoribus & aliis servientibus vagabundis habere faciendis.

¶ Rex, universis, &c. ad quos, &c. Quia accepimus per certificationem W. de B. capitanei Britannix, quod B. & C. factis conventionibus cõ eodẽ, ad pficiscend' cum ipso versus dictas partes Britannix in obsequium nrm, & receptis denariis nris ab eodẽ W. p' pfectione prædicta, juxta conventiones prædictas, in dictum obsequium nrm versus partes illas cum eodẽ W. pficisci recusaverint, & in diversis comitatibus regni nri Angl' vagantur & discurrunt, in nri deceptionẽ, contemptum, & p'judicium, & arduorum negotiorum nrorum in hac parte retardationẽ manifestã, & contra conventiones suas prædictas: nos ipsos B. & C. ppter deceptionẽ, contemptum, & p'judicium prædicta, debite castigari volentes & puniri, assignavimus vos R. & S. servientes nros ad arma, ad prædictos B. & C. ubicunq; &c. infra libertatem, &c. insequend', arrestand', & capiend', & eos coram consilio nostro ducendos. Et ideo, &c. ut supra. In cujus rei, &c.

Ad capiendum conductos ad proficiscendum in obsequium: qui captis vadis ad dictum obsequium venire non curaverint. Fit patens.

¶ Rex,

Brevia de Statuto.

Aliter ad capiendum magistrum navium, qui retentus fuit ad proficiscendum ad partes &c. Fit clausum. An. 1 Ric. 2. apud Glouc. cap. 5.

¶ Rex, vicecomitibus Londoniam salutem. Quia I. de B. nuper magister cujusdam navis vocatae Cogan de magna Iernemoth, ad proficiscendum in obsequium nostrum in comitiva dilecti & fidelis nostri T. de P. nuper admiralli nostri Flote navium, versus partes boreales retentus, & receptis per eundem I. à præfato T. diversis pecuniarum summis de denariis nostris pro viagio prædicto, ab eodem obsequio nostro de servitio suo nobis in hac parte minime satisfacto recessit, in nostri contemptum & præjudicium maximum: vobis igitur præcipimus quod præfatum Johannem ubicumque inventus fuerit in balliva vestra capi, & coram nobis in cancellaria nostra nobis super præmissis respondere venire faciatis indilate. Et habeatis ibi hoc breve, T. &c.

Aliter de eodem per testificationem in cancellaria.

¶ Rex, vicem Londoniam salutem. Quia Thomas Deynes qui ad proficiscendum in obsequium nostrum ad partes Portugalie cum dilecto & fideli nostro I. de S. chivaler retentus fuit, sicut per certas indenturas in cancellaria nostra ostensas plenius appareret, receptis diversis pecuniarum summis de denariis nostris pro vadiis suis de præfato I. in dictum obsequium nostrum proficisci non curavit, sed inde se retraxit, & in civitate nostra Londoniam jam moratur negotiis propriis intendendo, sicut Guilhelmus Cary & Guilhelmus Spayne attorney ipsius I. testati fuerunt, in nostri contemptum manifestum: vobis præcipimus quod præfatum T. venire faciatis coram nobis ad citius quo poteritis, ad respondendum nobis de contemptu prædicto, ac aliis quæ sibi objiciuntur ex parte nostra tunc ibidem. Et habeatis ibi hoc breve, T. anno quinto.

Quod senescallus & marescallus non teneant placita de debito, de conventionibus, &c.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Cum inter ceteros articulos, quos dominus Edwardus quondam Rex Angliæ avus noster ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quod senescallus & marescallus hospitii sui non teneant placita de libero tenemento, de debito, de conventionibus, transgressione, seu contractu hominum populi sui, nisi tantum modo de transgressione hospitii sui & aliis transgressionibus factis infra virgam, & de contractibus & conventionibus, quos aliqui de eodem hospicio aliis de eodem hospicio fecerint, & in eodem hospicio & non alibi, ac jam ex querela A. de B. accepimus, quod vos ad prosecutionem I. de L. placitum inter præfatum A. & I. quorum neuter de eodem hospicio existit ut dicitur, de quodam debito quod idem I. à præfato A. exigit, tenetis coram vobis in ipsius A. damnum non modicum & gravamen, & contra formam ordinationis prædictæ: nos igitur volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis observari, vobis mandamus quod si ita est, tunc placito illi coram vobis ulterius tenendo supersedeatis omnino, ipsum A. contra tenorem ordinationis prædictæ non molestantes in aliquo seu gravantes. Et distinctionem si quam ei ea occasione feceritis, sine dilatione relaxetis eidem, T. &c.

Articuli super cartas.

De expensis militum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum in statuto in parlamento apud Cantabrigiam nuper tento edito inter cetera ordinatum fuisset & concordatum, quod levatio expensarum militum ad parlamenta pro communitate comitatuum venientium, fiat sicut ante dictum statutum fieri consuevit, put in eodem statuto plenius continetur, jamque ex gravi querimonia hominum

hominum & tenentium venerabilis patris R. episcopi Londoni manerii sui de Fulham nobis sit graviter conquerendo monstratum, quod licet ipsi & eorum antecessores & prædecessores, expensis militum ad parlamenta nostra vel progenitorum nostrorum quondam regum Angl', pro communitate com̄ prædicti ante hæc tempora venientium, nullatenus solvere aut contribuere consueverint: tu tamen præfatos homines & tenentes voluntarie prægravare machinando, ipsos ad solvend' & contribuend' expensis militum ad parlamentum nostrum apud Leycest' ultimo convocatum, p̄ com̄unitate ejusdē comitatus venientium graviter distringis jam de novo, & ipsos ea occasione inquietas minus juste, in ipsorum hominum & tenentium damnum non modicum & gravamen, & contra formam statuti p̄d', & aliter quam temporibus retroactis fieri consuevit, unde nobis est supplicatum sibi per nos de remedio provideri. Nos nolentes eisdem hominibus & tenentibus injuriari in hac parte: tibi præcipimus quod si tibi constare poterit, ipsos homines & tenentes de solutione & contributione expensarum militum ad parlamenta nostra & progenitorum n̄orum p̄dictorum ante hæc tempora venientium, quietos esse consuevisse, tunc ab h̄ndi distractionibus & inquietationibus eisdem hominibus & tenentibus ea occasione inferendis, penitus desistens, ipsos & eorum quemlibet de h̄ndi solutione & contributione expensarum militum ad dictū parlamentum nostrum venientium quietos esse permittas, juxta formam statuti prædicti, T. &c.

☉ Rex, viç salutem. Præcipimus tibi q̄d de communitate com̄ præd' ^{Aliter.} tam infra libertates quam extra, civitatibus, & burgis, de quibus cives & burgenfes ad parlamentum n̄m apud W. die lunæ proxime ante festū omniū Sanctōrū ul̄ p̄terito summoneri fecimus, venerunt, duntaxat exceptis, habere fac̄ I. de S. & W. de B. militibus comitatus p̄d', p̄ com̄unitate ejusdem comitatus ad parlamentū prædictū venientibus, decem & novem libras & quatuor solidos, pro expensis suis veniendo ad parlamentum prædictum, ibidem morando & exinde ad propria redeundo pro 48 diebus, utroq; prædictorum I. & W. capiente per diem quatuor solidos, T. &c.

Rex, thesaurario & baronibus suis de scacca' salutem. Cum nos 27 die septemb' anno regni nostri Angl' decimo, commiserimus dilecto clerico nostro, I. de E. contrarotulatori tam custumæ vinorum, lanarum, coriorum, pellium lavatarum, quam custumæ trium denariorum de libra, & aliarum minutarum custumarum & p̄stationum nobis tam p̄ mercatores indigenas quā extraneas & alienigenas de bitarum, de villa de Sancto Botulpho habēd', quādiu bene & fideliter se gesserit in eodē, p̄cipiend' in officio illo vadia consueta, ita tamen q̄d idem I. rotulos suos manu sua p̄pria scribat, & continue moretur ibidem, & omnia quæ ad officium illud pertinent in propria persona & non per substitutū faciat & p̄sequatur, volentes q̄d altera pars sigilli, q̄d dicitur coket, in portu præd' in custodia ipsius I. remaneat quamdiu officium habuerit supradictum prout in literis nostris patentibus

De allocatione
facienda ad
scaccarium col-
lectoribus cu-
stumæ, &c.

Breve de liberate allocand'.

patentibus inde confectis plenius continetur, mandaverimus p breve nrm collectoribus customarum nostrarum in portu pd', quod eidem I. id quod ei à retro fuerit à prædicto 28 die Septembris p vadiis suis consuetis, ac etiam quamdiu in officio suo steterit, de exitibus customarum solverent, juxta tenoré literarum nostrarum prædictarum: recipientes à præfato I. literas suas acquietantiæ receptionē pecuniæ quā ei sic solverint testificantes, & ei nos inde in cōputo suo debitā allocationē habere faceremus. Ac R. de B. & H. de A. nuper collectores customarum nostrarū in portu pdicto, præfato I. undecim libras pro hujusmodi vadiis virtute mandati nri pdicti de exitibus customarū præd' solverunt, sicut per literas acquietantiæ ipsius I. quas iidem R. & H. penes se habent ut asserunt plenius poterit apparere: vobis mandamus qd visis brevi & literis acquietantiarum prædictarum, id qd vobis constare poterit prædictos R. & H. eidem I. virtute literarum nostrarum prædictarum rationabiliter solvisse, eisdem collectoribus in computo suo ad scaccarium prædictum allocari fac, recipientes ab eisdem breve ac literas supradictas, T. &c.

Dormant.

¶ Rex vicecomiti qui nunc est, vel qui p tempore fuerit salutem. Cū nos primo die Junii anno regni nri Angl' tricesimo primo, de gratia nostra speciali concesserimus dilecto nobis T. de W. tres denarios per diem, & decem solidos pro roba sua, & quatuor solidos & octo denarios pro calciamento suo, singulis annis de exitibus comitatus prædicti per manus tuas ad totam vitam ipsius T. ad terminos sancti Michaelis & Paschæ per æquales portiones recipiend', prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur, tibi præcipimus quod eidem T. id, quod ei de dictis tribus denariis diurnis, ac decē & quatuor solidis & octo denariis pro roba & calceatura suis, à prædicto primo die Junii à retro existit, & hujusmodi tres denarios per diem, ac decem solidos pro roba sua, & quatuor solidos & octo denarios pro calciatura sua singulis annis ad totam vitam ipsius T. de exitibus comitatus prædicti solvas, juxta tenorem literarum nostrarum prædictarum, recipientes ab eo literas suas acquietantiæ, solutionem, quam ei sic feceris, testificantes. Et nos inde tibi in computo tuo ad scaccarium præd' debitam allocationem habere faciemus, T. &c.

Breve inde thesaurario & baronibus de scaccario de allocatione.

¶ Rex, thesau' & baronibus suis de scaccario salutē. Cum primo die Junii añ regni nri Angl' 31. de gratia nra speciali concesserimus dilecto nobis T. tres denarios p diē, & decem solidos p roba sua, & quatuor solidos & octo denarios p calciamento suo, singulis annis de exitibus comitatus Linē per manus vicecom' ejusdem com' qui pro tempore fuerit ad totam vitam ipsius T. ad terminos sancti Mich' & Paschæ p æquales portiones picipiend', pput in literis nris patentibus inde confectis plenius continetur, & præceperimus vicecomiti nostro comitatus prædicti, quod eidē T. id qd ei à retro esset de pdictis tribus denariis diurnis, quatuordecim solidis & octo denariis annuis pro roba & calciatura suis à prædicto primo die Junii de exitibus comitatus prædicti solveret, juxta tenorem literarum nostrarum prædictarum, ac T. Scot. vicecomes

vicecomes noster comitatus prædicti diversas pecuniarum summas prætextu mandati nostri prædicti præfato T. de W. solvit sicut dicit : vobis mandamus quod viso mandato nostro prædicto, id quod vobis constare poterit ipsum T. Scot eidem T. de W. virtute mandati nri prædicti rationabiliter solvisse, eidem T. Scot in computo suo ad scaccariū prædictum allocari fac : recipientes ab eodem T. Scot literas acquitantiæ quæ pro nobis sufficientes fuerint in hac parte, T. &c.

☞ Rex, viç Derb' qui nunc est vel qui p tempore fuerit salutem. Cum tricesimo die Junii anno regni nri Angl' 30. de gratia nostra speciali, & pro bono servitio quod I. de C. & A. quæ fuit uxor ejusdē I. nobis impenderunt, concesserimus eis decem marcas percipiend' singulis annis de firma nobis debita de hundredo de K. in comitatu prædicto, ad terminos S: Michaelis & Paschæ per æquales portiones, ad totam vitam eorundem I. & A. vel, quousq; pro statu ipsorum I. & A. aliter duxerimus ordinand', put in literis nris patentibus inde confectis plenius cōtinetur : tibi præcipimus qd præfata A. id qd ei à retro est de prædictis decem marcis annuis, à prædicto tricesimo die Junii, & extunc singulis annis de firma prædicta solvas, juxta tenorem literarum nostrarum prædictarum : recipientes à prædicta A. literas suas acquitantiæ, singulas solutiones quas ei sic feceris certificâtes. Et nos inde tibi in cōputo tuo ad scaccarium nostrum debitā allocationē habere faciemus, T. &c.

Currant.

☞ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cum 30 die Junii anno regni nostri Angl' 30. de gratia nostra speciali, & pro bono servitio quod G. de T. jam defunctus, & A. quæ fuit uxor ejusdem G. nobis impenderunt, & extunc impenderent, concesserimus eis dē G. & A. decem marcas percipiendas singulis annis de firma nobis debita de hundredo de K. in comitatu Lincoln, ad terminos s. M. & Paschæ per æquales portiones ad totam vitam eorundē G. & A. vel quousq; pro statu ipsorum G. & A. aliter duxerimus ordinand', put in literis, &c. continetur, & præceperimus viç nro Lincoln qui p tempore foret, qd eidem A. id quod à retro esset de prædictis decem marcis annuis de firma prædicta, à prædicto 30 die Junii solveret, juxta tenorem literarum nrarum prædictarum, ac T. de S. viç noster com' prædicti, diversas pecuniarum summas prætextu mandati nri prædicti, prædictæ A. solverit sicut dicit : vobis mandamus quod viso mandato nro prædicto, id quod vobis constare poterit ipsum T. eidem A. virtute mandati nri prædicti rationabiliter solvisse, eidem T. in cōputo suo ad scaccarium prædict' allocari fac : recipientes ab eodem T. literas acquitantiæ quæ pro nobis sufficientes fuerint in hac parte, T. me ipso apud Westm, &c.

Breve inde allocationis.

Rex, thesaur' & Camera' suis salutē. Cum quarto die Januarii anni regni nri Angl' 20. cōcesserimus dilecto nostro R. de T. 20 li. percipiendas singulis annis ad scaccarium ad terminos Paschæ & s. Michaelis per æquales portiones, quousq; de incremento status sui aliter duxerimus ordinandum, prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur : vobis mandamus quod eidem R. id quod ei à retro est de prædictis viginti libris annuis à prædict' quarto die Januarii de

Liberate thesaurariis & camerariis.

De Licentia Transfretandi.

Aliter liberate. thesauro nostro solvatis, juxta tenorem literarum nostrarum, T. &c. **R**ex, thesaurario, &c. salutem. Cum quarto die Julii anno, &c. 33. certis de causis & pro bono servitio quod dilectus valettus noster G. de H. nobis impenderat & extunc impenderet, concesserimus ei decem libras, &c. quousque pro statu suo aliter duxerimus ordinand', prout in literis nostris patentibus, &c. T. ut supra.

Allocate pro feodo locum regis tenentis in Aquitania, pro tempore quo stetit in officio. **R**ex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cum decimo die Junii anno regni nostri primo, constituerimus I. dominum de N. locum nostrum tenentem in ducatu nostro Aquitaniae, quamdiu nostrae placeret voluntati, put in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur: vobis mandamus quod eidem Johanni vel R. Retour nuper constabulario nostro Burdegas, in computo suo ad scaccarium predictum pro tempore quo idem Johannes in dicto officio stetit, tale feodum pro ipso Johanne allocetis, quale aliis locum regis tenentibus in ducatu predicto seu aliis constabulariis Burdegas pro eisdem locum regis tenentibus, ante haec tempora allocari consuevit. T. 8 die decemb. anno quinto.

De licentia transfretandi pro religiosis.

Rex, custodibus portus sui Dovor salutem. Mandamus vobis quod dilectum nobis in Christo abbatem de S. ordinis Praemonstracensis, qui ratione novae creationis suae apud Praemonstracenses in partibus transmarinis, ad obedientiam abbatis Praemonstrati juxta religionis suae debitum faciendam profecturus est, in portu predicto transfretare, & secum viginti libras pro expensis suis & familiae suae ducere permittatis, dum tamen aliquod apportum ad partes predictas secum non deferat seu deferri faciat extra regnum nostrum, nec aliquod aliud attentet contra formam ordinationis nuper per dominum E. quondam regem Angli consanguineum nostrum de hujusmodi apportis ad partes externas non deferrend' provisae, T. &c.

Aliter. **R**ex, custodi portus sui Dovor salutem. Mandamus vobis quod dilectum nobis in Christo abbatem de I. qui ad partes transmarinas ad capitulum suum generale apud P. proxime celebrandum profecturus est, absque impedimento divertere, & decem libras secum pro expensis suis & familiae suae deferre permittatis, dum tamen aliquod apportum non faciat, contra formam statuti alias inde provisae, T. &c.

Aliter. **R**ex, dilecto & fidei suo G. de C. constabulario castri sui Dovor & custodi quinque portuum suorum vel ejus locum tenenti in porto Dovor salutem. Mandamus vobis quod dilectum nobis in Christo abbatem de Lavend' ordinis Praemonstracensis, qui ratione novae creationis suae apud Praemonstrati in partibus transmarinis ad obedientiam abbati Praemonstrati juxta religionis suae debitum faciendum profecturus est, ad partes predictas per portum predictum, ac C. s. pro expensis suis & familiae suae transire permittatis, dum tamen apportum non faciat contra formam statuti in hujusmodi casu provisae, T. &c.

Breve de passagio, A. 9 E. 3. cap. 8. **R**ex, custodibus passagii in portu London, Jernemuth, Dovor, vel Sandwici salutem. Mandamus vobis quod G. qui de licentia nostra versus partes transmarinas profecturus est, libere & absque impedimento in aliquo portuum

portuū p̄dictorum transire permittatis, aliquo mandato n̄ro vobis in contrarium directo nō obstante: ita tamē q̄d p̄dict̄ G. aliqua nobis seu coronæ n̄ræ Angl̄ p̄judicialia secū nō deferat quovis modo, &c.

¶ Rex, dilecto sibi R. de S. mercatori in civitate London̄ commoranti salutem. Ut à dilecto nobis I. de C. quadraginta libras de moneta Angl̄ recipere, & l̄ras cambitorias pro eadē summa p̄sato I. vel p̄curatoribus suis in partibus exteris solvenda licite facere valeas, licentiam tibi tenore p̄sentū duximus concedend̄: dum tamen aurū vel argentum in massa vel moneta colore p̄sentis mandati nostri non transmittas seu transmitti facias, sub forisfactura ejusdem, T. &c.

Breve de escambio monetæ.

¶ Rex, custodibus passagii in portu London̄, Dovor̄, Orwel̄, vel Sandwic̄ salutem. Mandavimus vobis quod W. de C. qui de licentia nostra versus urbem Romanam peregre profecturus est, in aliquo portuum p̄dictorum libere & absq; impedimento aliquo transire permittatis, aliquo mandato nostro vobis prius in contrarium directo nō obstante: dum tamen aliqua nobis seu regnō nostro Angl̄ p̄judicialia secum non deferat quovis modo, T. &c.

De passagio.

¶ Rex Angelo Christofero Lumbardo in civitate nostra London̄ cōmoranti salutem. Ut quādam literā cambiū sociis tuis in partibus exteris cōmorantibus, de decē libris R. Bate in partibus illis solvend̄ licite facere valeas, licentiā tibi tenore p̄sentium duximus concedendā: dum tamen aurū vel argentū in massa, vel moneta colore p̄sentis mandati n̄ri nō transmittas seu transmitti fac sub forisfactura ejusdē, &c.

De escambio.

Rex, thesaurario, &c. salutem. Ex parte W. tenentis terrarum & tenementorum quæ fuerunt T. Malmeyns de H. chivaler nobis, &c. quod cum sex libræ pro custuma & subsidio trium saccorum lanæ, sub nomine T. M. de F. militis in portu de K. carcarum, ad partes exteris traductorum, de quibus I. & R. tunc cūsum in portu p̄dicto se in computo suo ad dictum scaccarium onerant, jam ad idem scaccarium currunt in demanda, & licet dicti tres sacci sub nomine T. M. de F. militis defuncti, & non sub nomine T. M. de H. traducti fuissent, prout idem W. coram vobis paratus est edocere: idem tamen W. de terris & tenementis in H. quæ fuerunt p̄dicti T. M. in H. pro eo quod idem T. M. de H. habet idem nomen & cognomen quod p̄dictus T. M. de F. miles habuit dum vixit, pro dictis sex libris pro custuma & subsid' p̄dictis ad opus n̄m levandis, ac si dictæ lanæ sub nomine p̄dicti T. M. de H. traductæ essent cum non fuerint, graviter dist̄ per summonitionem scaccarii n̄ri, & ea occasione multipliciter inquietatur, &c. per quod nobis, &c. Et quia, &c. in hac parte: vobis mandamus quod visis rotulis, &c. tangentibus, si per inspectionem, &c. vel per inquisitionem, &c. aut alio modo, &c. poterit, lanas p̄dictas sub nomine p̄dicti T. M. de F. & non sub nomine dicti T. M. de H. traductas fuisse, dictasq; sex libras ratione custumæ & subsidii p̄dictor̄ ad opus n̄m exactas esse, & p̄sati W. &c. nec aliam rationabilē causam esse per quod, &c. onerari:

De idemptitate nominis.

De Idemptitate Nominis.

rari: tunc demandæ, &c. pro prædictis sex libris ad opus nostrum levandis per summonitionem scaccarii nostri, fieri faciatis supersederi, & ipsum, &c. prout justum, &c. faciatis. Proviso quod summa prædicta de his, &c. de jure, &c. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, thesaurario & baronibus de scaccario salutem. Ex parte dilecti & fidelis nostri G. de A. militis nobis est graviter conquerendo monstratum, quod idem G. pro viginti & sex libris, tresdecim solidis & octo denariis, quos quidam G. de A. de D. armiger, per nomen Guilhelmi de A. absque adjectione alterius cognominis recepit, per manus venerabilis patris T. de B. nuper thesaurarii, anno regni nostri Angl^{ie} 43. ratione idemptitatis nominis & cognominis prædictorum, quamquam idem G. de A. de Harmiles non sit idem G. de A. de D. armiger, qui dictam summam 26 li. 13 s. & octo denariorum sic de præfato T. recepit, neque idem G. de H. miles dictos denarios aliquo tempore recepit, prout viis & modis, quibus convenit, paratus est edocere, per summonitionem scaccarii prædicti graviter distringitur, in ipsius G. de A. de H. militis dispendium non modicum & gravamen, unde nobis supplicavit ut velimus ipsum inde exonerari jubere. Nos nolentes ipsum inde indebite onerari, vobis mandamus quod si per inquisitionem vel aliquo alio modo legitime vobis constare poterit, ipsos G. de A. de H. militem, & G. de A. de D. armigerum diversas esse personas, & per præfatum G. de A. de D. armigerum, & non prædictum G. de A. de H. militem, dictam summam viginti sex librarum 13 s. & octo denariorum ad dictum scaccarium de prædicto T. recepisse ut prædictum est: tunc demandæ, quam præfato G. de A. de H. militi inde per summonitionem scaccarii prædicti fieri faciatis, supersederi, & ipsum inde ad dictum scaccarium nostrum exonerari & quietum esse faciatis. Proviso quod nobis de dicta summa 26 li. 13 s. & octo d. per præfatum G. de A. de D. armigerum ad dictum scaccarium prout justum est satisfiat, T. &c.

De idemptitate nominis thesaurario & baronibus de scaccario.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Monstravit nobis I. Clerk de N. quod cum quidam I. Clerk nobis in quodam computo de exitibus passagii viridis castri reddendo die quo obiit tenebatur, qui quidem I. Clerk mortuus est, & vocabatur dum vixit I. Clerk de A. ut dicitur, & pro eo quod prædictus I. Clerk de N. habet idem nomen & cognomen sicut præfatus I. Clerk de A. ad reddendum nobis computum de exitibus prædictis multipliciter inquietari facitis minus juste ut accepimus, super quo idem Johannes Clerk de N. nobis supplicavit ut sibi de remedio in hac parte subvenire velimus. Nos tam pro nobis quam pro præfato Johanne Clerk de N. quod justum fuerit, fieri volentes in hac parte: vobis mandamus quod si per aliqua memoranda scaccarii prædicti, vel per inquisitionem inde, si necesse fuerit, capiend' inveneritis ipsum Johannem Clerk de A. commissionem nostram de officio illo habuisse, & exitus inde prætextu hujusmodi commissionis nostræ aut alio modo recepisse, & ipsum I. Clerk de N. hujusmodi commissionem nostram non habuisse, nec se inde in aliquo inromississe, & ipsum I. Clerk de N. propter idemptitatem nominis &

& cognominis & nō alia de causa coram vobis impetitum fuisse : tunc ipsum I. Clerk de N. ad reddend' nobis cōputum de exitibus p̄dictis ad idem scaccarium, prout justum fuerit, exonerari & quietū esse fac̄ : processum debitum versus p̄satum I. Clerk de A. si superstes sit, vel h̄eres, executores, seu terrarum & tenementorum ipsius I. Clerk de A. si mortuus sit, tenentes, juxta juris exigentiam facientes, T. &c.

☞ Rex, dilecto & fideli suo S. de T. escaetori suo in comitatu Kan̄c salutem. Cum nuper, ut acceperimus, I. de B. de L. taverner, jam defunctus ut dicitur, pro eo quod non venit corā justitiariis nostris de banco, ad respond' R. de tēpore quo fuit receptor denariorum ipsius R. in exigendis positus fuisset in hustengo nostro L. ad utlagand', & ea occasione die lunæ proximo post festum sancti Petri in cathedra ann̄ regni nostri tertio utlagatus, ac jam ex parte I. de B. de L. baker intellexerimus, q̄d licet ipse nō sit idem I. de B. qui ad sectam ipsius R. utlagatus fuit, nec aliqua bona seu catalla, quæ fuerunt ejusdem utlagati, ad manus suas devenerunt : tu tamen propter idemptitatem hujusmodi nominis & cognominis I. de B. p̄tendens p̄dict' I. de B. de L. baker esse eundem I. de B. de L. taverner qui sic utlagatus fuit, bona & catalla ejusdem I. de B. de L. baker, colore cujusdam brevis nostri de bonis & catallis, quæ p̄dictus I. de B. de L. taverner habuit, in balliva tua die promulgationis utlagariæ p̄dictæ, in manum nostram capiend' tibi directi, in manum nostram seifire intendis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietas minus juste, in ipsius I. de B. de L. baker damnū non modicum & gravamen, super quo nobis supplicavit sibi per nos de remedio provideri. Et quia ipsum I. de B. de L. baker indebite nolumus p̄gravari, tibi p̄cipimus quod si per inquisitionem vel alio modo legitimo tibi constare poterit, p̄dict' I. de B. de L. baker non esse eundem I. de B. de L. taverner qui sic utlagatus fuit, nec aliqua bona & catalla, quæ fuer' ejusdē utlagati die promulgationis utlagariæ p̄dictæ, ad manus suas devenisse ut est dictū : tunc captioni bonorū & catallorum ejusdem I. de B. de L. baker occasione utlagariæ p̄dictæ in manum nostram supersedeas omnino. Proviso semper quod de omnibus bonis & catallis, quæ p̄dictus I. de B. de L. taverner habuit in balliva tua die promulgationis utlagariæ p̄dictæ, si quæ fuerint, nobis respondeatur ut est justum, T. &c.

☞ Consimile b̄r dirigitur vicecomitibus London̄ mutatis mutandis, &c.

☞ Rex, justiciariis suis de banco salutem. Cum ut accepimus A. de K. nuper implacitasset coram vobis per breve nostrum I. de T. capellanū per nomen I. de T. de quadam transgressione eidem A. per p̄satum I. illata ut dicebatur, ac idem I. de T. pro eo quod non venit corā vobis ad respond' p̄sato A. de transgressione p̄dicta, in exigend' positus fuisset ad utlagand' in comitatu N. & ea occasione postmodum utlagatus, jamque ex parte I. de T. de N. acceperimus, quod licet ipse per p̄satum A. aliquo tempore corā vobis implacitatus non fuisset, nec alia de causa utlagatus : idē tamen I. de T. de N. ratione nominis & cognominis p̄dictorum, occasione utlagariæ p̄d' multipliciter

Regula.
Aliter justiciariis de banco.

De Idemptitate Nominis.

inquietatus existat, in ipsius I. de T. de N. grave damnum, & status sui de pressionem manifestam, super quo nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi. Et quia nolumus quod eidem I. de T. de N. injurietur in hac parte: vobis mandamus quod viso processu coram vobis inde facto, si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constiterit ipsum I. de T. in hac parte utlagatum fuisse, & dictum I. de T. de N. non esse eundem I. qui taliter utlagatus existit: tunc per exonerationem ejusdem I. de T. de N. fieri faciat, quod secundum legem, &c. fuerit faciendum: ipsum ratione idemptitatis nominis & cognominis predictorum, quantum in vobis est, molestari aut inquietari nullatenus permittentes, T. &c.

Aliter thesaurario & baronibus de scaccario regis.

Rex, thesauri & baronum suis de scaccario salutem. Cum nuper commiserimus I. P. nuper priori prioratus de H. custodiam prioratus predicti, in manu nostra, occasione guerra inter nos & adversarios nostros Francie mortae, existentis, cum omnibus ad prioratum predictum spectantem, pro certa firma nobis inde annuatim reddenda, per manucaptionem R. de D. de com. S. & I. de W. de com. Suth', ac jam ex parte I. de W. de C. nobis sit supplicatum, quod licet ipse manucaptor predicti nuper prioris pro firma predicta aliquo tempore non devenisset, vos tamen prententes ipsum I. de W. de C. eundem I. de W. de com. Suth', qui sic manucaptor ipsius prioris devenit, existere, ipsum I. de W. de C. pro 34 libris 1 s. 8 d. & uno quadrante, de arreragiis firmae predictae ad opus nostrum solvendis, per summum scaccarii predicti ratione idemptitatis nominis & cognominis predicti graviter distringitis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietatis, in ipsius I. de W. de C. dispendium non modicum & gravamen, velimus sibi de remedio congruo in premissis facere provideri: nos nolentes ipsum I. de W. de C. in hac parte indebite onerari, vobis mandamus quod si per inquisitionem aut alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum I. de W. de C. eandem personam, quae sic manucaptor ipsius prioris devenit, non esse, sed coram vobis ratione idemptitatis nominis & cognominis predicti tantummodo impetitum existere, tunc demandae, quam eidem I. de W. de C. per arreragiis predictis per summum scaccarii predicti fieri facitis, supercederi, & ipsum inde ad idem scaccarium exonerari & quietum esse, faciatis. Proviso quod nobis de arreragiis predictis per praefatos R. & I. de W. de comitatu Suth' respondeatur ut est iustum, T. &c.

De certificatione cancellariae de inquisitione de idemptitate nominis return coram justiciariis captae coram vicecomite.

Rex, dilecto & fideli suo R. C. salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore cujusdam inquisitionis coram nuper vice nostro L. utrum I. S. clericus ad sectam Johannis Thame in com. predicto utlagatus, & I. S. vicarius ecclesiae de W. sint una & eadem persona necne, de mandato nostro captae, & coram vobis & sociis vestris justiciariis nostris de banco retornatae ut dicitur: vobis mandamus quod tenorem inquisitionis predictae nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distincte & aperte sine dilatione mittatis & hoc breve, T. &c.

De idemptitate nominis coram justiciariis pacis, &c.

Rex, custod' pacis suae & justiciariis suis ad diversa feloniam, transgressi, & malefacta in com. L. audiendum & terminandum assignavit salutem. Monstravit nobis W. B. de W. junior, ut cum W. B. de W. in comitatu L. senior coram vobis de diversis feloniam per nomen W. B. de W. in com. L. tantum indictatus

indictatus, & per processum coram vobis super indictmentam eo predicto factam secundum legem, &c. in exigendis positus fuisset in comitatu predicto ad utlagandum, & ea occasione postmodum utlagatus, & licet idem W. B. de W. junior non sit eadem persona, quæ sic per nomen W. B. de W. in comitatu predicto tantum, de felonis predictis indictata & utlagata existit, prout viis & modis, quibus convenit, paratus est edocere: idem tamen W. B. de W. junior occasione utlagatur predictus, & ratione idemptitatis nominis & cognominis predictorum multipliciter inquietatur minus iuste. Nos nolentes eidem W. B. de W. juniore in hac parte injuriari, vobis & cuilibet vestrum mandamus, quod si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum W. B. de W. juniorem, non esse eandem personam quæ sic per nomen W. B. de W. in comitatu predicto tantum, de felonis predictis indictata & utlagata existit: tunc pro indemnitate ejusdem W. B. de W. junioris in hac parte fieri faciatis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum, T. &c.

Nota quod istud breve potest dirigi justiciariis ad gaolam deliberandam ut Regula patet in sequentibus.

Rex, justiciariis suis ad gaolam nostram in comitatu Leyce deliberandam assignatis salutem. Monstravit nobis D. Broke de D. junior, ut cum D. Broke de D. in comitatu Leyce senior, nuper coram custodibus pacis nostræ & justiciariis nostris ad diversa felonias, transgressiones, & malefacta in comitatu Leyce audiendum & terminandum assignatis, de diversis felonis per nomen D. Broke de D. in comitatu Leyce tantum indictatus, & pro eo quod non venit coram prefatis justiciariis ad respondendum nobis de felonis predictis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, &c. & licet idem D. B. de D. junior, non sit eadem persona quæ sic per nomen D. B. de D. in comitatu Leyce tantum de felonis predictis, &c. nos nolentes, &c. vobis mandamus quod si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum D. B. de D. juniorem non esse eandem personam quæ sic per nomen D. B. de D. in comitatu Leyce tantum de felonis, &c.

Aliter coram justiciariis ad gaolam deliberandam.

Rex, justiciariis suis de banco salutem. Ex parte A. Bee nobis est graviter conquerendo monstratum, quod cum A. Bye pro eo quod non venit in curiam nostram coram vobis in banco predicto, ad respondendum C. de debito decem librarum, quod idem C. a prefato A. Bye exigit, in exigendis positus fuisset in comitatu E. ad utlagandum, & ea occasione postmodum utlagatus, & licet idem A. Bee per nomen A. Bye nunquam cognitus fuit, prout viis & modis quibus convenit paratus est edocere, ipse tamen metuat sibi damnum & jacturam de bonis & rebus suis occasione utlagariæ predictæ de facili posse evenire, unde nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi: nos nolentes ipsum A. Bee in hac parte indebite pergravari, vobis mandamus quod si per inquisitionem vel aliquo alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum A. Bee per nomen A. Bye cognitum non esse, tunc pro indemnitate ipsius A. Bee in hac parte fieri faciatis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum, T. &c.

De idemptitate nominis.

Rex

Assisa novæ Disseisinæ.

Assisa novæ
disseisinæ.

R Ex, viç Ley c̄ salutem. Questus est nobis A. quod B. injuste & sine iudicio disseisivit eum de libero tenemento suo in E. post primam transfretationē domini H. regis filii regis Johannis in Vascon. Et ideo tibi præcipimus, quod si prædictus A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo : tunc facias tenementum illud reseisiri de catallis quæ in ipso capta fuerint, & ipsum tenementum cum catallis esse in pace, usque ad primam assisam cum iusticiarii nri in partes illas venerint. Et interim fac̄ 12 liberos & legales homines de visinetu illo videre tenementum illud, & nomina eorum imbrevari. Et sumdoneas eos per bonos summonitores, quod tunc sint coram præfatis iusticiariis ad præfatam assisam, parati inde facere recognitionem. Et pone per vadum & salvos plegios prædictum B. vel ballivum suum, si ipse inventus non fuerit, quod tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas ibi sum̄, nomina plegiorum, & hoc breve, T. me ipso apud Westm̄ primo die Februarii anno regni nostri quintodecimo.

Regula.

¶ Quant home arraigne une assise de novel disseisin de rent charge : y coviēt q̄ tous les tenāts des tenēs charges soiēt nomēs en l'assise, & tout la t̄re charge mys en view, tout soit il fust disseisine per un soul tenaunt. Mes auter est de rent service : car de tiel rent le seignior poet distrein & avower la distresse, p̄ cause de tiel service à lui duez, &c.

Aliter coram
rege.

¶ Rex viç, &c. salutem. Questus est nobis A. capellanus Cantar̄ in ecclesia de N. q̄d B. injuste, &c. usq; ibi, esse in pace, usq; ad diem sabbati proximum post crastinum Animarum, pxime futur̄. Et interim, &c. Et sumdoneas, &c. q̄d tunc sit corā nobis apud Eborū, vel corā iusticiariis nris apud Westm̄ parati inde, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Regula.

¶ Et nota q̄ p̄ le statut Richardi secundi anno 7. c. 10. ass. no. diss. serra graūt & fait de rent aderer due, des tenemēts esteants en diverses countees, à tenir en la confine des countees deins queux les tenementes sont, & sur ceo l'assise prise & trie p̄ gents des dits coūtees, en mesme la maner come est fait de comune de pasture esteāt en un countee & appendant as tenemēts en auter coūtee, &c.

Nota.

* Et nota q̄ en cas q̄ home arraigne plusours assises en un countee où diverses countees : il poet avoir un patent as justices d'assises prendre assise en mesmes les countees, de prendre t̄s les assises quil ad issint arraigne ut patet in statutis.

Nota.

* Nota q̄ tous les assises de novel disseisin & de mortdancerster, q̄ cherront de deins le coūtee ou le cōmune bank est : serrōt retornables en le dit cōmune bāk, Et si le bāk le Roy soit en autre coūtee q̄ le cōmune bāk : adonques-touts les assises en ceo coūtee ou le bāk le Roy est serront retornables en ceo bank, &c.

Regula.

¶ Et in assisa novæ disseisinæ corā iusticiariis de banco vel coram rege : serra mys certain jour issint, usq; ad diem jovis in 15, &c. Mes en la mortdancerster commune jour come en autre plees, &c.

Regula.

¶ Et en assise de novel disseisin corā iusticiariis & corā rege, poet home mettre jour hors de terme sic, usq; ad diem jovis pximum post fest̄ ū sancti Luce, & de doner jour 4 jours devant le Roy, & ceo voet le statut articuli sup̄ cartas, c. 15.

Nota.

* Et nota quod in hujusmodi brevibus, si disseisitores alienaverint, & non habeant bona, &c. unde damna solvi possunt : tunc illi, ad quorū manus tenementa hujusmodi devenerint, onerabuntur de damnis, ita quod quilibet p̄ suo tempore respondebit, ut patet per statutum Glouc' cap. primo.

Regula.

¶ Et en assise de novel disseisin home ne doit my vouchen nul home, si ne soit nome

nome en le brief, & voet tãtoft garranter & soit present quant il est vouche. Mes en la mort dancester home poet vouchier à large, &c.

* Et nota qu' en assise in itinere coram rege vel coram justiciariis de banco, non Nota. sunt patentis, &c.

* Et nota q' assises de novel disseisin & mortdauncester, ferront pris en le ccutee Nota. ou les tenements sunt. Magna Carta, cap. 12.

¶ Et quia prædictus A. fecit nos securos de clamore suo prosequendo per C. & D. de comitatu tuo : tibi præcipimus quod tenementum illud reseisiri facias, &c. Quando fecuritas invenitur in cancellaria.

¶ Questus est nobis A. quod B. major civitatis Eborum & cõmunitas ejusdem civitatis, injuste, &c. Aliter.

¶ Questus est nobis A. quod I. abbas ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum & frater F. de C. commonachus ejusdem abbatis, & frater I. de R. conversus ejusdem domus injuste, &c. Aliter.

¶ Questus est nobis A. executor testamenti B. quod C. & D. ppositi villæ de B. ac cõmunitas ejusdem villæ, injuste, &c. Aliter pro executoribus.

¶ Questus est nobis A. quod R. de C. decanus ecclesiæ sancti Pauli Londoni & capitulum ejusdem ecclesiæ, & I. de S. canonicus ecclesiæ sancti Pauli Londoni, injuste, &c. Aliter versus decanum & capitulum.

¶ Rex, viç Leyc salutem. Questi sunt nobis A. & B. uxor ejus quod C. injuste, &c. disseis. eos vel præfaram B. de libero tenemento suo in N. post primam, &c. Et ideo tibi præcipimus quod si prædicti A. & B. fecerint, &c. esse in pace, usq; ad certum diẽ, quem dilecti & fideles nostri R. & I. tibi scire faciã. Et interim, &c. Et summã, &c. quod tunc sint coram præfatis R. & I. & hiis quos sibi assoẽ ad certum locum, quem iidem R. & I. tibi scire faciant, parati inde facere recognitionem. Et pone, &c. Et habeas, &c. Aliter coram justiciariis assignatis.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis R. & I. salutem. Sciatis qd cõstituimus vos justiciarios nostros una cum hiis quos vobis assoẽ, ad assisam novæ disseisinae capiendam, quam A. & B. uxor ejus arrainerunt corã vobis per breve nostrum versus C. vel sic, versus C. & A. uxorem ejus & I. de B. vel sic, versus I & C. & A. uxorem ejus, vel sic, versus T. & alios in brevi nostro originali contentos de tenementis in N. Et ideo vobis mandamus quod ad certos diem & locum quos ad hoc providebitis, assisam illam capiatis : facturi inde quod ad justitiam pertinet secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' : salvis nobis amerciamenis inde pvenientibus. Mandavimus enim viç nro Leyc, qd ad certos diẽ & locũ quos ei scire faciã : assisã illã corã vobis venite faciã. In cujus, &c. has literas nostras fieri fecimus patentis, T. &c. Patens inde.

¶ Indo: sentur hm' di br', & fiat finis si ten excedãt val. xl s. per annum, &c. Regula.
¶ Ad assisam novæ disseisinae capiendã, quam, &c. de tenementis in E. & ad assisam nove disseisinae capiendam, quam idem A. arrainavit coram vobis per aliud breve nostrum versus, &c. de tenementis in eadem villa, & sic si plures fuerint, &c. In patente novæ disseisinae per diversa br'.

¶ Rex, viç salutem. Questus est nobis, &c. disseisivit eum de cõmunia pasturæ suæ in N. quæ pertinet ad liberũ ten suum in eadẽ villa vel in alia, post primam, &c. Et ideo, &c. de clamore suo prosequendo : tunc faciã 12. De communia pasturæ.

Affisa novæ Disseisina.

fac 12 liberos & leg' homines de visinetu illo videre pasturam illam & tenentem, & nomina eorum imbrevari. Et sum, &c. quod sint coram justiciariis nris apud Eborum, vel coram nobis apud W. die Jovis proximo post octavas sancti Michaelis proxime futuro, vel coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint. Vel sic, coram dilectis & fidelibus nostris R. & S. & hiis quos sibi asso, ad certos diem & locum quos iidem R. & S. tibi scire fac, parati, &c. Et pone, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Regula. Et si pastura no sit pertinens ad liberu ten sed p speciale factum: tunc sic. De communia pasture per speciale factum. **¶** Disseisivit eu de communia pasturæ suæ in N. post primam, &c. usq; ibi de visinetu illo videre pasturam illam, & nomina eorum imbrevari, &c. De hoc vide statutum Westm secundi cap. 46, &c.

Patens inde. Rex dilectis & fidelibus, &c. ut in alio patente usq; ibi versus B. & alios in brevi nostro originali contentos de communia pasturæ in N. Et ideo, &c. ut in alio patente de libero teno.

Regula. Nec mutatur forma patentis sive pastura sit pertinens sive non. Sed eodem modo quo fiant brevia de communia pasturæ, possunt fieri de communia piscariæ, turbariæ & hiis similibus, quas quis habet pertinentes ad tenementum suum vel per speciale factum.

Affisa in confinio duorum comitatuum. Disseisivit eum de communia pasturæ, vel turbariæ, vel piscariæ suæ in N. quæ pertinet ad liberum tenentem suum in R. & K. quæ sunt in confinio comitatus tui & comitatus Lincoln, post primam, &c.

Regula. Et nota quod in istis casibus & consimilibus, debent fieri duo brevia, quorum unum vicecomiti unius comitatus, & alterum vicecomiti alterius comitatus dirigi debet, &c.

Aliter de affisa &c. De communia pasturæ suæ in N. in comitatu tuo, quæ pertinet ad liberum tenentem suum in K. in comitatu Norf. &c.

Aliter de eodem in confinio duorum com. De communia pasturæ suæ in N. & K. quæ sunt in confinio comitatus tui & comitatus Lincoln, quæ pertinet ad liberum tenentem suum in K. in prædicto comitatu Lincoln in eodem confinio post primam transfretatione, &c. T. &c.

Regula. Et fiant ista tria brevia proxima præcedentia post le Et ideo tibi præcipimus, secundum formam de via arctata in confinio, ut patet paulo post mutatis mutandis: & vide bene differentiam, &c.

Patens inde in confinio. Rex dilectis & fidelibus suis, &c. salutem. Sciatis, &c. usq; ibi p brevia nostra versus B. de communia pasturæ in R. & K. quæ sunt in confinio comitatus Nottingh' & Lincoln. Et ideo vobis mandamus quod ad certos diem & locum in confinio comitatuum prædictorum vel in confinio prædicto quos ad hoc provideritis, assisam illam capiatis: facturi, &c. salvis, &c. mandavimus enim vicecomitibus nris eorundem comitatuum, quod ad certos diem & locum in confinio comitatum prædictorum vel in confinio prædicto quos ei scire facietis, assisam illam coram vobis venire faciant. In cujus, &c. T. &c.

Aliter in confinio de stagno exaltato ad nocumentum. Rex vic salutem. Questus est nobis A. qd B. injuste, &c. exaltavit quoddam stagnum in C. in comitatu tuo, ad nocumentum liberi tenenti sui in L. in comitatu H. post primam, &c. usq; ibi, legales homines de visinetu illo videre stagnum illud, & nomina eorum imbrevari.

Et

Et sum, &c. quos sibi assoe ad certos diem & locum in confinio comitatum prædictorum quos iidem, &c. parati inde, &c.

* Nota quod in alio brevi ubi liberum tenementum est : debet dici videre tenementum illud, &c. Nota.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis salutem. Sciatis, &c. ad affisam capiendā, quā P. arrainavit corā vobis per brevia nostra versus N. de quodā stagno exaltato in C. in com S. ad nocumentū liberi tenēti sui in N. in com K. Et ideo vobis mandamus, qd ad certos diem & locū in confinio comitatum prædictorū quos ad hoc pvideritis affisam illam capiatis : facturi, &c. salvis, &c. Mandavimus enim vic nostris com prædictorum quod ad certos diem & locum in confinio prædicto quos ei scire faceritis, affisam illam coram vobis faciant. In cujus, &c. Patens inde.

¶ Rex vic Norf. salutem. Questus est, &c. arctavit quandam viam in K. in com Sus. ad nocumentum liberi tenēti sui in S. in com tuo, post primam, &c. Et ideo tibi præcipimus, &c. videre viam illam & nomina eorum imbrevari. Et sum eos, &c. ad certos diem & locum in confinio comitatum prædictorum, quos idem, &c. Aliter in confinio de quadam via arctata. Et dirigitur breve vic' ubi ten' est cui fit conuentum.

¶ Rex vic salutem. Questus est, &c. arctavit quandam viam in B. in com tuo, ad nocumentum liberi tenēti sui in S. in com H. post primam, &c. videre viam illam & nomina eorum imbrevari. Et sum, &c. ad certos diem & locum in confinio comitatum prædictorum, quos iidē, &c. parati, &c. Aliter de eode'.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis salutem. Sciatis, &c. ad affisam capiendā, quā C. &c. per brevia nostra, &c. de quadā via arctata in K. in comitatu B. ad nocumentū liberi tenēti sui in S. in com Norf. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos diem & locum in confinio comitatum prædictorum quos, &c. facturi, &c. salvis, &c. Mandamus enim vic nostris comitatum prædictorum quos, &c. affisam illam coram vobis venire faciant. In cujus, &c. T. &c. Patens inde.

¶ Eodem modo fiat si huiusmodi levata transferantur in aliam personam versus utrasque personas ut patet per statutum W. 2. cap. 24. Regula.

¶ Rex di' & fi' suis A. & B. iusticiariis ad affisas in comitatu N. capiendā assignatis salutē. Sciatis qd admisimus W. & R. custodes I. infra ætatē existentis, ad psequendū & defendendū affisam novæ diff. quam idem I. arrainavit corā vobis per bñ nrm versus L. de tenēti in N. Et ideo vobis mandamus qd prædictos W. & R. vel alterum ipsorum, &c. non possint, custodes vel custodē ipsius I. ad hoc admittatis, T. &c. De custode admittendo in affis.

¶ Et en le dedimus potestātē dicatur custodē infra ætatē existentis ut dicitur. Regula.
¶ Sciatis qd I. infra ætatem existens, amovit coram nobis R. quem prius custodem ipsius I. admisimus, ad psequendū & defendendū affisam, &c. usq; ibi, de tenēti in N. et loco ipsius R. admisimus M. custodem ipsius I. ad psequendū, &c. affisam prædictam. Et ideo vobis mandamus qd prædictum M. custodem ipsius I. ad hoc recipiatis, De custode amovendo & alio admittendo.

¶ Rex dilectis, &c. salutē. Sciatis qd A. attornū corā nobis, &c. ad lucrū vel perdendū in affisa novæ diff. quā idē A. arrainavit corā vobis per bñ nrm versus N. de tenementis in C. Et ideo vobis mandamus, &c. De attorn' in affisa.

¶ Rex,

Affisa de Nocumento.

Aliter qn' affisa arrainatur coram certis justiciariis, et postmodum restat capienda coram aliis ratione novæ commissionis.

De attorn' in affisa arrainata coram justiciariis assignatis & postmodum coram rege, eo quod rex est in eodem comit'. Dedimus potestatem in affisa arrainata coram justiciariis quæ capta est coram aliis justiciariis prætextu & ratione novæ commissionis.

De attornato inde.

Regula.

Affisa de fossato.

Nota.

¶ Rex dilectis, &c. A. B. & C. justitiarijs, &c. salutem. Sciatis qd, &c. in affis. novæ diff. quam idem R. arrainavit coram vobis (p̄fate A.) & dilectis & fidelibus nostris I. & S. per b̄r nostrum versus S. abbatem de R. de teñtis in R. quæ quidem affisa coram vobis præfati A. B. & C. virtute cujusdam cōmissionis nostræ vobis ad omnes affisas, juratas, & certificationes in comitatu prædicto capiend' factæ restat capienda. Et ideo vobis, &c.

¶ Norf. ff. R. po. lo. suo B. ad lucrand' vel perdend' in affis. no. diff. quã idē R. arrainavit corā dilectis, &c. I. & B. justiciariis ipsius regis ad affisas in com̄ Norf. capiend assignatis, per breve n̄m versus C. & alios in brevi nostro originali contentos de teñtis in K. quæ quidē affisa coram ipso rege jam restat ut dicitur capienda, &c.

¶ Rex A. &c. salutem. Sciatis qd dedimus vobis potestatem recipiendi attornatū, &c. ad lucrand', &c. in affisa novæ disseisinæ, quam C. arrainaverit coram dilectis & fidelibus nostris P. & sociis suis nuper justiciariis nostris ad affisas in comitatu Norf. capiendas assign', per b̄r nostrum versus præfatum H. & alios, &c. de teñtis in B. quæ quidem affisa virtute cujusdam cōmissionis nostræ dilectis & fidelibus nostris W. & R. & præfato P. ad omnes affisas, juratas, & certificationes, coram quibuscunque justiciariis nostris per brevia nostra in comitatu prædicto arrainatas capiendas factæ, coram eisdem W. R. & P. jam restat capiend'. Et ideo vobis mandamus quod cum attornatum, &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis W. & R. justiciariis ad affisas, &c. salutem. Sciatis quod A. attornavit coram vobis loco suo G. ad lucrandum vel perdendum in affisa novæ disseisinæ, quam C. arrainavit coram dilectis & fidelibus n̄ris P. & sociis suis nuper justiciariis nostris ad affisas in comitatu prædicto capiendas assignatis, per breve n̄m versus præfatum A. & alios in brevi nostro originali contentos de tenementis in B. & in affisa novæ disseisinæ quã B. de H. arrainavit coram eisdem P. & sociis suis per aliud breve n̄m versus præfatum A. &c. & alios, &c. de communia pasturæ in eadem villa, quæ quidem affisa coram vobis jam restat capiend'. Et ideo, &c. T. &c.

¶ Dicitur est hucusque de brevibus novæ disseisinæ quot modis contingunt fieri, quæ quidē b̄r nunquã placitantur extra comitatū in quo teñta illa existunt. Nunc dicendum est de disseisinis ad teñta accidentibus, & primo de hiis de quibus fiunt affisæ, ut de fossato, cursu aquæ diverso, stagno, via arctata, & sepe levata. Et postea de hiis quæ coram vicecomite placitantur sine affisa, & terminantur, & vocantur parva brevia disseisinæ, &c.

¶ Questus est nobis A. qd B. injuste & sine judicio levavit vel prostravit quoddam fossatum in N. ad nocumentum liberī teñti sui in eadē villa vel in alia post primā, &c. vel sic, levavit vel prostravit quandam sepem in N. ad nocumentum, &c.

* Nota q̄ tiel maner de b̄r fuit remue per un pone en le commune bank, & la partie aver le vieve, & apres le vieve essoigne : & al jour, &c. il fist default, per q̄ un distresse fuit ajuge pur respondre au partie & nient al default an. 42 E. 3. termino Pasche : & cel brief fuit in lieu de petit cape.

¶ Vel

- ¶ Vel sic, obstruxit vel arctavit quandam viam, &c. De via.
- ¶ Vel sic, levavit vel prostravit vel exaltavit vel deexaltavit quoddam stagnum in N. ad nocumentum, &c. De stagno.
- ¶ Vel sic, divertit cursum cujusdam aquæ in N. &c. ut in brevi de fossato levato usq; ibi, post primam, &c. ut in assisa de cōmunia pasturæ usq; ibi, de visinetu illo videre fossatum illud, stagnum illud, sepem illam, viā illā, cursum aquæ illius & teñ, & nomina eorum imbrevari. Et summ̄ eos, &c. ut supra de cōmunia pasturæ. De cursu aquæ.
- ¶ Rex dicit, &c. salutē. Sciatis, &c. ut supra usq; ibi, assisā ad assisam capiendā, quā A. &c. versus B. de quā fossato levato vel prostrato in N. vel de quā stagno exaltato vel deexaltato in N. vel sic, de quā stagno levato vel prostrato in N. vel sic, de quadam sepe levata vel prostrata in N. de quadā via arctata vel obstructa in N. de cursu cujusdam aquæ diverso in N. Et ideo vobis mandamus ut supra. Unde versus. Patens inde.
- * Nota quod materia præscripta hic de disseisinis ad tenementa accidentibus, videlicet ubi debent terminari; patet per hos versus sequentes. Nota.
- ¶ ^{fatum num s a}
Fos, stag, sepe que vi, diversi cursus aquarum, Versus.
 .i. terminari coram justiciariis assisarum .i. placitari in banco.
Poscunt assisam: mercatum, feria, bancum.
- ¶ Sequitur de parvis brevibus disseisinæ coram vicecomitibus placitandis. Regula.
- ¶ Rex, vicecomiti Norf. salutem. Questus est nobis A. quod B. &c. levavit vel prostravit quandam domum in N. vel obstruxit quandam gutteram in N. ad nocumentum, &c. in eadem villa vel in alia, post primam, &c. in Vascoñ. Et ideo tibi præcipimus quod loquelā illā audias; & postea eum inde juste deduci facias: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justitiæ, T. &c. Assisa de domo prostrata.
- * Nota etiam per W. secundum cap. 24. si hujusmodi levata transferantur in aliam personam: fiat breve de nocumento versus eos sic: Nota.
- ¶ Questus est nobis A. quod B. & I. injuste, &c. levaverunt, &c. Aliter.
- * Eodem modo fiant brevicia de ovili, porta, virgulto, molendino, latrina, & hiis similibus levatis vel prostratis ad nocumentum, &c. Nota.
- ¶ Ad lucrand' vel perdend' in loquela quæ est corā te in comitatu tuo p bñ nostrum inter ipsum B. & A. de quadam domo in I. per ipsum A. injuste levata vel prostrata ut dicitur. Et ideo tibi præcipimus, &c. De attorney de domo.
- ¶ Et possunt ista brevicia præcedentia removeri ad sectam petentis vel defendentis per causam, &c. Regula.
- ¶ Pone ad petitionem petentis, &c. loquelam quæ est in comitatu tuo per breve nostrum inter A. & B. de quadam domo vel quodam molendino in I. per ipsum B. injuste levata vel levato ut dicitur. Et summ̄ &c. ut in le pone de averiis, &c. Pone inde.
- ¶ Fiat breve similiter de executione judicii, &c. versus. Regula.
- ¶ ^{rica ca gultum ges lendinum}
Fab, fur, porta, demus, vir, gur, mo, murus, ovile. Versus.
Et pons, tradantur hæc vicecomitibus.
- Id est, debent terminari coram vicecomitibus in comitatu ubi hujusmodi nocumenta acciderint. Tamen jam possunt fieri corā justiciariis, ut patet per statutū de anno sexto regis Richardi Secundi quod incipit, Ordinatū est & concordatum, quod oīa brevicia de nocumento vicecomitalia vulgariter nuncupata: sicut de cetero

Assisa de nocumento.

- de cetero ad electionem querentis in natura antiquitus usitata. s. ut hic patet in registro, vel etiam in natura assisarum terminabilium coram justitiarijs domini regis de uno banco vel altero, seu justitiarijs assisarum in comitatu loci capiendarum assignatis seu assignandis, &c.
- Regula.** ¶ Si ille qui levaverit vel prostraverit domum, murum, vel his similia, obierit: ille cui fit nocumentum vel hæres ejus, habeat breve, quod dicitur Quod permittat, super hæredem ejus qui fecit nocumentum, &c.
- Nota.** * Nota si un purchase un lieu à quel la nufance fuit fait: il avera brief Quod permittat, car home navera pas le Quod permittat de comon de pasture en cas que son seffour fuit disseise avaunt le seoffment, &c.
- Quod permittat domum, murum vel alia, &c.** ¶ Præcipe A. quòd justè, &c. permittat B. prosternere quandã domum vel quendam murum, vel quandam sepem, vel quoddam molendinum, vel fossatum in C. quem, quam, vel quod, R. pater vel alius antecessor prædicti A. cujus hæres ipse est, injustè & sine judicio levavit, ad nocumentum liberi tenementi sui vel liberi tenementi C. patris vel alterius antecessoris prædicti B. cujus hæres ipse est, in eadem villa vel in alia, post primam, &c. ut dicit. Et nisi, &c.
- De stagno exaltato vel de-exaltato.** ¶ Quod permittat B. exaltare vel deexaltare quoddam stagnum in I. quod prædictus A. injuste, &c. exaltavit, vel, &c. ad nocumentum liberi tenementi sui vel C. patris, &c. cujus hæres ipse est, &c. ut in proximo brevi præcedenti, &c.
- Nota de view graunt en title briefe.** * Nota quæ termino Hillarii anno 20 E. 3. en Quod permittat deexaltare quoddam stagnum vers un priour, &c. le pleintif counta que le predecessour le defendant enhaunca lestanke, & le defendant demanda la view & habuit.
- Nota.** * Et quære si un home purchace le lieu ou le nufance fuisse fait: si celui à qui la nufance fuisse fait, navera pas lassise vers lui, come il averoit en la vie celui que fuisse la nufance: dicitur quod sic.
- De cursu aquæ diverso.** ¶ Quod juste, &c. permittat B. reducere cursum cujusdam aquæ in I. in rectum et antiquum cursum suum, quem C. pater prædicti A. cujus hæres ipse est, injuste, &c. divertit, ad nocumentum, &c.
- De via obstructa.** ¶ Quod juste, &c. permittat C. deobstruere quandam viam in N. quã C. pater prædicti A. cujus hæres ipse est, injuste, &c. obstruxit.
- De via arctata inter extraneas personas.** ¶ Quod juste, &c. permittat B. de C. dearctare quandam viam in N. quam C. injuste, &c. arctavit, &c.
- Regula.** ¶ Istud breve non datur per statutum, sed potest salvari per statutum W. secundi, cap. 24 in consimili casu, &c.
- De attorn' inde.** ¶ In loquela quæ est inter A. et B. de eò quod idem B. permittat præfatum A. prosternere quandã domum in N. Et ideo vobis mandamus, &c.
¶ Rex, dilectis et fidelibus suis R. de W. et sociis suis iustitiariis ad assisas in com' N. capiend' assignatis salutem. Cum A. nup' arrainerit coram vobis quandam ass. no. dis. per br' nrm versus B. C. D. et E. de tenementis in F. ac p' recognitionem ejusdem assise recognitum fuisset, qd' predicti D. et E. aliquam injuriam seu disseisinam in hac parte non fecerunt, et qd' predictus A. p' predictos B. et C. de ten'is prad' disseisitus fuit, p' quod considerat' fuit qd' predictus A. recuperaret seisinam suam de tanto cum pertinentiis in villa predicta in visu posito assise prad', et quadraginta marcas p' damnis suis, ac ex parte ipsius E. qui terras et tenementa predicta tempore captionis ejusdem assise tenuit nobis sit ostensum, quod p' eo quod de communi consilio regni nostri Angl' statutum est, quod si disseisitores alienaverint tenementa et non habeant unde damna possint levare, quod illi in quorum manibus tenementa illa devenerint onerentur de damnis, ita qd' quilibet respondeat de tempore suo, et licet predicti B. et C. t'ras, tenemeta, bona et catalla habeant in prad' com', unde damna prad' plenarie levare possint, vicecomes tamen noster comitatus predicti, p' pretextu cujusdam brevis nostri sibi sub testimonio vestro p'efate Richarde directi pro damnis illis de p'efatis B. et C. de eodem E. p' indifferenti levand', damna predicta de bonis et catallis ipsius E. in balliva tua, ipsos disseisitores inde, ac si ipsi, unde eadem damna levare possunt, non habuerunt cum sufficienter habeant, totaliter exonerando, p' viribus nititur levare, ad damnum ipsius E. non modicum et gravamen, et contra legem et consuetudinem regni nri Angl', ante confectionem statuti predicti usitatas et approbatas, et per idem statutum aut alio modo imposturum, quamdiu disseisitores satis, unde damna hujusmodi levare possint, habeant, nullatenus restrictas: vobis mandamus quod visis et examinatis recordo et processu assise predictae penes vos p'efate Richarde residentibus ut dicitur, si per veredictum ejusdem assise inveneritis, dictum E. de disseisina predicta acquietatum fuisse, et per inquisitionem super p'missis faciend' vobis constare poterit, predictos disseisitores, terras, et tenementa bona et catalla in com' predicto de quibus damna p'dicta sufficientes levare possint, habere ut est dictam, tunc quoad exonerationem ipsius E. de damnis predictis fieri fac, quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl' fuerit faciend', T. &c.

Breve vicecom'
ad levandum
damna de dis-
seisitoribus jux-
ta formam sta-
tuti Glouc'.

¶ Rex, vic', &c. salutem. Cum p' recordu' et p'cessum ass. no. dis. quae inter I. de R. et I. de C. W. de S. et C. uxorem ejus summonita fuit et capta coram dilectis et fidelibus nostris P. de W. et sociis suis, &c. assignatis, apud E. p' breve nostrum de tenementis in A. et quae coram nobis in cancellaria nostra quibusdam de causis venire fecimus, comperitum sit, quod predictus I. seisitus fuit de predictis tenementis, quousq; predictus I. ipsum inde disseisivit, et seoffavit inde prad' W. quodque predicti W. et C. non interfuerunt disseisinae prad', per quod consideratum fuit quod predictus I. recuperaret inde seisinam suam et triginta libras p' damnis in hac parte, ac in statuto de communi consilio regni

regni nostri Angl^e edito contineatur, quod pro eo quod ante tempus confectionis ejusdem statuti damna non fuerunt adjudicata in ass. no. diff. nisi tantum versus disseisitores, p^rvisum fuisset, quod si disseisitores alienaverint ten^e, et non habeant unde damna possunt levari, quod illi, in quorum manibus tenementa illa devenerint, onerentur de damnis, ita quod quilibet respondeat de tempore suo, ac jam ex parte ipsius W. nobis sit ostensum, q^uod licet idem I. t^ras, tenementa, bona, et catalla habeat in com^o tuo, unde p^rædictæ triginta libræ levari possint, tu nihilominus easdem triginta libras de bonis et catallis ipsius W. in balliva tua levare intendis, contra formam statuti p^rædicti: nos nolentes ipsum W. in hac parte contra formam ejusdem statuti aliquo modo p^rægravari, tibi p^ræcipimus quod si ita est, tunc eadem damna levari facias juxta formam statuti p^rædicti. Et districtionem, si quam eidem Waltero occasione p^rædicta contra formam ejusdem statuti feceris, sine dilatione relaxes eidem, T. &c.

☞ Rex dilecto et fideli suo G. Lescro^p salutem. Cum loquela quæ fuit coram justiciariis nostris de banco, p^r breve nostrum inter S. petentē, et I. tenentem, de uno messuagio cum pertiⁿ in T. in com^o N. una cum brevi p^rædicto coram vobis et sociis vestris nuper justiciariis nostris itinerantibus in com^o p^rædicto missa fuisset placitata, ac placitum illud quibusdam certis de causis in itinere p^rædicto remanserit indiscussum, absque hoc quod idem placitum alicubi adjornatum fuisset placitandū, per quod ex parte ipsius S. nobis est supplicatum, ut sibi in p^ræmissis justitiam facere velimus: nos ea de causa attendentes, expediens fore quod justicarii n^{ost}ri de banco super recordo et processu loquelæ p^rædictæ coram vobis et p^ræfatis sociis vestris in itinere p^rædicto habitis certioventur, vobis mandamus quod recordum et processum p^rædicta una cum brevi p^rædicto et omnibus aliis ea tangentibus, p^ræfatis justiciariis nostris de banco sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilatione mittatis et hoc breve, ut his inspectis, ulterius p^rcedere valeant in loquela p^rædicta secundum legem, T. &c.

Quod recordum & processus per justiciarios de banco missa justiciariis itinerantibus, remittantur justiciariis de banco, eo quod placitum remanserit non terminatum in itinere.

☞ Rex, dilectis & fidelibus, &c. W. de H. salutem. Cum R. de P. et P. uxor ejus nuper arrainerint quandam assisam novæ disseisinae coram vobis apud W. per breve nostrum versus A. de B. et Johannam uxorem ejus de tenementis in A. et duo messuagia, et tres carucatas terræ, viginti acras prati, et quinque marcatas redditus cum pertinentiis in eadem villa in visu posuissent, iidemque A. et I. placitando in assisa allegassent, quod breve de altiori natura tunc diu ante pendebat inter partes p^rædictas coram vobis et sociis vestris justiciariis nostris de banco, de messuagiis, terra, prato, et redditu p^rædictis, et recordum et processum inde coram vobis et sociis vestris habita vocassent ad warrantum, sicut ex parte ipsorum A. et I. nobis intelligi datur: nos igitur attendentes expediens esse et necesse, quod dilecti, &c. ad placita coram nobis tenenda assignatis, super tenore recordi et processus p^rædictorum coram vobis ut p^rædictum est habitorum certioventur, vobis mandamus q^uod tenorem

De recordo & processu mittendis in cancellariam, eo quod allegatur placitando in assisa, quod breve de altiori natura pendet inter partes.

De Recordo & Processu mittendis.

tenorem recordi et processus prædictorum coram vobis ut prædictum est habitorum cum omnibus tenorem illum tangentibus, nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilatione mittatis & hoc breve, T. &c.

Mittimus de eodem.

¶ Rex, dilectis et fidelibus suis R. de W. & sociis suis justitiariis ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Cum A. P. &c. ut supra usq; ibi, inter partes prædictas, coram dilectis, &c. W. de H. & sociis suis justitiariis nostris de banco, et recordum et processum inde coram præfatis justitiariis nostris de banco habita ad warrantum vocasset ut accepimus: nos attendentes expediens esse & necesse, quod vos super tenore recordi et processus prædictorum coram præfatis, &c. habitorum certioremini, tenorem illum, quem coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, mandantes quod visis recordo & processu prædictis, ulterius, &c.

Mittimus de recordo & processu assise coram justitiariis assignatis.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis A. & B. justitiariis ad assisas in comitatu L. capiend' assignatis salutem. Cum H. arrainaverit quandam assisam novæ disseisinæ coram R. de M. & dilecto, &c. J. de C. justitiariis ad assisas in comitatu prædicto capiend' assignatis, p' breve nostrum versus G. & alios, &c. de tenementis in L. ac idē H. quandam assisam mortis antecessoris de decem acris terræ & tenementis prædictis coram vobis, versus præfatum G. jam arrainavit ut accepimus p' quod expediens est & necesse, quod vos super recordo et processu assise novæ disseisinæ prædictæ certioremini, eadem recordum & processum, quæ coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri mandantes quod inspectis recordo & processu prædictis, ulterius fieri fac' quod de jure & secundum legem, &c. fuerit faciend', &c.

Aliter de eodem.

¶ Rex, &c. salutem. Recordum & processum ass. no. dis. quæ inter L. & F. & ap' in bñi nostro originali contentos summonita fuit & capta, coram R. de M. & dilectis & fidelibus nostris J. de C. nup' justitiariis nostris, &c. assignatis apud L. per breve nostrum de tenementis in S. quæ coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, mandantes quod inspectis recordo & processu prædictis, &c.

Aliter coram rege ad executionem faciendam de damnis adjudicatis in assis.

¶ Rex, dilectis, G. &c. & sociis suis, &c. tenend' assignat salutem. Cum I. p' recognitionē ass. no. dis. quam arrainavit coram W. de O. & sociis suis nup' justitiariis dñi Edwardi nuper regis Angl' avi nostri ad assisas, &c. assignatis, versus R. et alios, &c. de tenementis in T. recuperasset seisinam suam de uno mesuagio cum ptiñ in B. p' considerationē curiæ prædictæ, & damna sua quæ ad decem libras taxabantur, sicut per recordum & processum assise prædictæ quæ coram nobis certis de causis venire fecimus, plenius apparet, ac executio judicii quoad damna recuperanda adhuc restat faciendam, sicut ex parte ipsius I. nobis datur intelligi: nos igitur volentes dictum judicium executioni debitæ demandari, recordum et processum prædicta vobis mittimus sub pede sigilli nostri, mandantes quod visis recordo et processu prædictis, ulterius quoad

quoad executionem iudicii p̄dicti fieri t̄c̄ q̄d de jure, &c. ut supra.

☞ Rex, dilectis et fidelibus suis I. de C. I. de D. & R. de K. salutem. Cum T. de H. & A. uxor ejus ut accepimus, arrainerint quandā assisam no. dis. ccrā vobis p̄ b̄re n̄m versus I. de H. de teñtis in B. ac idē I. placitādo corā vobis in assisa p̄d̄, allegaverit se aliquā injuriam seu disseisinā p̄fatis T. & A. nō fecisse, eo quod p̄dicti T. & A. de jure ipsius A. nihil clamare possunt in teñtis p̄dictis, p̄ eo quod p̄dicta A. bastarda est, & sic nullus hæres esse possit, & p̄dicti T. & A. asserentes ipsam esse legitimā, & sup̄ hoc vocaverunt recordum & p̄cessum loquelæ quæ fuit coram justiciariis nostris de banco inter ipsos Thomam & A. petentes & R. de C. tenentem, de una acra terræ cum pertinentiis in C. nup̄ habitæ, in qua quidem loquela idem R. allegavit ipsam Anbastardam fuisse: nos recordum & processum p̄dicta, quæ coram vobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, ut his inspectis, ulterius in hac parte faciatis quod de jure, &c.

Aliter eo quod bastardia alloctetur placitando in assisa.

☞ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Cum p̄ recordum & processum assisæ no. dis. quæ inter I. de R. & I. de C. & W. de S. & C. uxor ejus summonita fuit & capta, coram, &c. assignatis, apud E. p̄ b̄re n̄m de tenementis in A. & quæ coram nobis in cancellaria nostra quibusdā certis de causis venire fecimus, compertum sit, quod p̄dictus I. de R. fuit seistus de p̄dictis tenementis, quousq; p̄dictus I. ipsum inde disseisivit, & seoffavit inde p̄dictum Walterum, quodque p̄dicti W. & C. non interfuerunt disseisinæ p̄dictæ, per quod consideratum fuit quod p̄dictus I. de R. recuperaret inde seisinam suam, & triginta libras p̄ damnis suis in hac parte, ac idē W. implacitet p̄dictum I. de C. coram nobis per breve nostrum, de eo quod idē I. de C. warrantizaret p̄fato W. p̄dictum tenementum cum pertiñ in villa p̄dicta, quod p̄fatus I. de R. recuperavit versus p̄dictum W. p̄ recognitionem assisæ p̄dictæ: nos ea de causa expediens fore attendentes, quod vos sup̄ recordum & processum assisæ p̄dictæ certioremini, mittimus vobis sub pede sigilli nostri recordum & processum p̄dicta, ut his visis, &c. securius p̄cedere valeatis in placito warrantiæ p̄dictæ secundum, &c.

Aliter justiciariis de banco in placito warrantiæ cartæ.

☞ Rex, dilectis, &c. I. de I. G. de B. & T. de F. justitiariis, &c. assign salutem. Cum I. de B. & M. uxor ejus, arrainerint coram dis̄ & fid̄ n̄ro R. de W. & vobis p̄fati I. de I. & T. de E. p̄ b̄re n̄m, quandam assisam no. dis. versus B. de C. & A. uxorem ejus & alios in brevi, &c. de teñ in E. quæ quidem assisa p̄textu cujusdam cōmissionis nostræ vobis de omnibus assisis, &c. factæ, coram vobis restat capiend̄: nos ut in captione assisæ p̄dictæ consultius p̄cedere valeatis, transcriptum cujusdam inquisitionis de terris & teñtis quæ fuerunt R. T. & de ætate hæredis ejusdem R. post mortem ipsius R. captæ, & in cancellaria domini E. nup̄ regis Angl̄ p̄genitoris nostri returnatæ, vobis mittimus, &c. mandantes quod viso transcripto illo, ulterius fieri faciatis quod de jure fuerit faciendum, &c.

Mittimus transcriptum inquisitionis ut justitiarii securius procedere valeant ad captiōnem assisæ.

☞ Rex

De Recordo & Processu mittendis.

Quod iusticiarii de banco mittant residuum recordi & processu loquelæ quæ fuit &c. ad errorem inde corrigendum.

¶ **Rex, dilecto, &c. A. de H. salutem.** Cum nos nup̄ ad p̄secutionē I. de H. et R. de C. et I. uxoris ejus nobis suggerentium, in recordo ac p̄cessu ac etiam in redditione iudicii loquelæ, quæ fuit corā vobis & sociis v̄ris iusticiariis nostris de banco, p̄ b̄re n̄r̄m inter A. de T. petentē, et I. de R. tenentem, de quindecim mesuagiis cum p̄t̄n̄ in G. errorē intervenisse manifestum, vobis mandavimus quod si iudiciū inde redditum esset, tunc recordum et p̄cessum loquelæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus, nobis sub sigillo vestro distincte et aperte mitteretis, et breve nostrum quod vobis inde venit, ita quod ea haberemus in crastino sancti Martini proxime præterito ubicunque tunc essemus in Anglia, ac jam ex parte prædictorum I. de H. et R. et I. nobis est ostensū, quod licet vos prætextu b̄ris n̄ri prædicti, recordū et p̄cessum prædicta in aliqua sui parte corā vobis ad diem prædictum miseritis: aliqua tamen pars eorundem recordi et p̄cessus, necnon quædam alia ea tangentia adhuc restant coram vobis mittenda, in ipsorum, &c. damnum non modicum et gravamen. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc residuum recordi et p̄cessus prædictorum, necnon omnia alia ea tangentia quæ ut prædictum est restant vobis mittenda, nobis sub sigillo vestro, &c. mittatis et hoc breve: ita quod ea habeamus, &c. ut ulterius in præmissis, &c. T. &c.

Aliter de recordo & processu loquelæ quæ fuit coram iusticiariis de banco de recordo & processu assisæ no. diff. mittendis coram rege ad errorem corrigendum.

¶ **Rex, dilecto, &c. I. de S. salutem.** Quia in recordo et p̄cessu ac etiam in redditione iudicii loquelæ, quæ fuit corā vobis & sociis vestris iusticiariis nostris de banco, p̄ breve nostrum inter A. R. de recordo et p̄cessu assisæ novæ disseisinæ, quæ inter eos summonita fuit et capta apud G. coram dilectis, &c. I. de I. et sociis suis iusticiariis nostris, &c. assignā, de tenementis in W. quæ quidem recordum et p̄cessum corā vobis certis de causis venire fecimus, error intervenit manifestus, ad grave damnum ipsius R. sicut ex querela sua accepimus: nos errorē si quis fuerit in hac parte modo debito corrigi, et partibus prædictis iustitiam inde fieri volentes p̄t̄ decet, vobis mandamus q̄d si iudiciū inde redditum sit, tunc tam recordum et p̄cessum loquelæ prædictæ coram vobis sic habitæ, quam etiam recordum et processum assisæ prædictæ vobis missa cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vestro &c. ita quod ea habeamus, &c. ut his inspectis, &c.

Sicut alias ad errorem corrigendum de recordo & processu assisæ mittendis.

¶ **Rex, majori et ballivis civitatis suæ Lin̄ salutem.** Cum H. nup̄ arrainaverit coram nobis p̄ breve nostrum quandā ass. no. dis. versus I. de R. de tenementis in L. quæ quidem assisa coram nobis apud L. summonita fuit, et postmodum coram vobis in curia nostra civitatis prædictæ juxta libertates per cartam nostram vobis et civibus ejusdem civitatis nuper concessas, adjornata fuit capiend', et in recordo et processu ac etiam in redditione iudicii assisæ præd', error intervenit manifestus ad grave damnum ipsius H. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem illum, &c. volentes in præmissis, vobis mandamus sicut alias mandavimus, quod si iudicium inde redditum sit, tunc recordum et processum, &c. in cancellariam nostram, &c. vel causam, &c. quare mandato nostro, &c. minime parvistis, &c.

¶ **Rex,**

¶ Rex, dilecto, &c. salutē. Cum nos nuper ad prosecutionē B. accipientes, quod in recordo & processu assisæ novæ disseisinæ, quæ inter A. & ipsum B. sum fuit et capta corā, &c. apud N. per breve nostrū de tenementis in K. error intervenit manifestus, in ipsius A. damnum non modicū, &c. vobis pluries mandaverimus, quod si iudicium redditum esset, tunc recordū, &c. mitteretis et breve quod vobis inde venit, vel causam, &c. quare mandato nostro, &c. ac vos spretis, &c.

Cum pluries de recordo & processu mittendis.

¶ Rex, justitiariis suis ad assisas in comitatu Warī capiend' assign' salutē. Recordum & processum assisæ novæ disseisinæ, quā L. nuper arrainavit corā R. et sociis suis justitiariis dñi E. regis & filii regis E. nuper regis Angliæ progenitoris nostri, ad assisas in comitatu prædicto capiendas assignatis, apud N. per breve ipsius nuper regis versus F. & alios in brevi originali ipsius nuper regis contentos de tēntis in S. quæ corā nobis in cancellaria nostra venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri: mandantes quod inspectis recordo & processu prædictis, ulterius ad prosecutionē W. H. consanguinei & hæredis prædicti L. fieri faciatis, qd de jure et secundū legē & consuetudinē regni nostri Angl' fuerit faciendū. T. &c.

De tenore assisæ mittendo justitiariis ad assisas in comitatu capiendas assignatis, coram aliis justitiariis prius captæ.

¶ Rex, thesaurario & camerariis suis salutē. Volentes certis de causis certiorari, super tenore recordi & processus loquelæ quæ fuit in curia dñi E. regis filii regis E. progenitoris nostri, anno regni sui nono, corā W. & sociis suis tunc justitiariis ipsius nuper regis E. filii regis E. de banco, per breve suum inter P. de D. et P. de T. de eo quod prædicta P. de D. redderet præfato P. de T. sex marcas quæ ei à retro fuerunt de quodā annuo redditu trium solidorum: vobis mandamus quod scrutatis rotulis & aliis memorādis ipsius nuper regis filii regis E. de tēpore prædicto, de eo, quod inde inveneritis, nos in cancellaria nostra sub sigillo scaccarii nostri distincte & aperte sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Certiorare de annuo redditu.

¶ Rex, dilectis, &c. I. de S. & I. de C. justitiariis ad assisas in comitatu B. capiendas assignatis salutē. Monstravit nobis I. per petitionē suā coram nobis et consilio nostro in Parlamento nostro exhibitā, quod cum major et ballivi nostri villæ B. custodiam cujusdam capellæ per ipsos de novo super pontem villæ prædictæ constructæ, cum omnibus ad custodiam illam spectantibus, præfato Johanni ad totam vitā suā habend' contulissent, idemque Johannes in pacifica possessione capellæ prædictæ virtute collationis prædictæ diu extitisset, quousque R. de B. et quidam alii prætextu cujusdam collationis nostræ eidem R. de capella prædicta factæ, ipsum Johannem de custodia capellæ prædictæ amoverunt, & licet idem Johannes quandā assisam novæ dis. inde versus præfatum R. et alios, &c. centenos, corā vobis per breve nostrū arrainavit, & eā diu corā vobis prosecutus fuerit: vos tamen pro eo quod præfatus Richardus allegavit corā vobis ipsum capellam prædictam ex collatione nostra prædicta, quam corā vobis exhibuit, tenere, et ipsum præfato Johanni inde sine nobis respondere non debere, ad assisam prædictam capiend' hucusque procedere distu-

Quod justitiarii procedant ad captionem non obstante collatione regis quæ pars diversa allegat.

De continuando Assisam.

listis & adhuc differtis, in ipsius I. dispendium non modicum & gravamen, sup quo nobis supplicavit sibi p nos remedium adhiberi. Et quia eidē I. justitiā fieri volumus in hac parte: vobis mandamus qd si in assisa prædicta corā vobis taliter sit p̄c, tunc ad captionem assisæ p̄dictæ cum ea celeritate, qua secundum legem & conf. regni nostri Angl̄ fieri poterit, procedatis, & partibus prædictis plenam & celerem justitiā faciatis, allegatione & collatione prædictis non obstantibus, T. & c.

Quod justiciarii procedant ad captionem assisæ, carta regis allegata non obstante.

¶ Rex, dilectis, & c. I. & sociis suis justiciariis, & c. assignā salutem. Cum nuper ad prosecutionem W. de H. nobis suggerentis, ipsum quandam assisam no. dis. coram di. & fidelibus nris I. de C. & G. nup justitiariis nostris, & c. assignā, p breve nostrum arrainsse versus C. de W. de tenementis in R. ac assisam illā virtute cujusdā cōmissionis nostræ de omnibus assisis, & c. factæ, coram vobis fuisse capiend', ac vos in assisa illa, pro eo quod prædicta C. placitando coram vobis in eadem, allegavit ipsam tenementa prædicta tenere sibi & hæredibus suis per cartā dñi E. nuper regis Angl̄ avi nostri, ulterius procedere distulisse, vobis mandaverimus quod captionem assisæ prædictæ cum ea celeritate, qua secundum legem & consuetudinem regni nri Angl̄ fieri posset, procederetis, dicta allegatione seu aliquo mandato nro vobis in contrarium directo non obstantibus, ita tamen quod ad judicium inde reddend' nobis inconsultis nullatenus procederetis, & licet vos virtute mandati nri prædicti assisam illam jam diu est reperitis, sicut per tenorem recordi et p̄cessus assisæ prædictæ, quem sub sigillo vestro præfate I. coram nobis certis de causis venire fecimus, plenius apparet: vos tamen ad judicium prædictum reddend' virtute mandati nri prædicti procedere hucusq; supersedistis, in ipsius W. dispendium nō modicum & gravamen, & exhæreditationis suæ periculum manifestum, sicut ex querela sua accepimus, super quo nobis supplicavit, & c. adhiberi. Et quia ipsum W. per cartam dicti avi nostri, in qua jus ipsius W. & cujuslibet alterius salvatur, à prosecutione juris sui ulterius nolumus retardari: vobis mandamus quod ad judicium secundum veredictum assisæ prædictæ reddendum, cum ea celeritate, qua secundum legem & consuetudinem, & c. fieri poterit, procedatis, T. me ipso, & c.

De continuando assisam usque ad proximam sessionem, eo quod thesaurarius, & c. non miserunt ad plenum recordum & processum, quæ vocabantur placitando in assisa prædicta.

¶ Rex, dilectis, & c. R. de W. & sociis suis, & c. assignatis salutē. Cum I. de S. nuper arrainaverit quandam assisam novæ disseisinæ coram vobis per breve nostrum, versus N.M.R. & M. uxorem ejus & alios, & c. de tenementis in G. ac iidem R. & M. respondendo ut tenentes de tenemētis in visu positis, allegaverint coram vobis tenementa prædicta esse manerium de E. & de duabus partibus tenementorum p̄dictæ assisam inde inter eos fieri non debere, p̄ eo quod quidam R. de C. & G. uxor ejus aliquo tempore fuerunt seisis de eisdem duabus partibus ut de jure ipsius G. quousque per S. de S. & I. uxorem ejus & I. filij ejusdem S. qui assisam istam modo prosequitur, disseisiti, unde p̄d' R. & G. arrainā quandā ass. no. dis. coram I. Judge & sociis suis tunc justiciariis dñi E. nuper regis Angliæ avi nri, p̄ quam cōpertum fuit quod prædicti S. I. & I. præfatos R. & G. de eisdē duabus partibus minime disseis.

disseis. per quod iidē R. et G. postmodū arrainerunt quandā juratā 24. militum coram W. de M. et sociis suis iustitiariis ejusdē avi nr̄i ad juratam illam capiend' assignā, versus pd' S. I. et I. ad convincend' juratores assisæ præd', quæ quidem jurata postmodum capta fuit coram I. de I. et sociis suis, &c. ejusdem avi nostri ad præd' juratam capiend' assignatis, per quam juratores ejusdē assisæ de falso sacramento convicti fuerunt, iidemq; R. et G. feisinam suam recuperaverunt & seisciti fuerunt, post quorum mortem W. de C. fil' et hæres præd' G. easdem duas partes per scriptum suum obligatorium concessit prædictis R. & M. ad vitam suam, salva eidē W. & hæredibus suis reversione eorundem, prout, per scriptum præd' coram vobis ut dicitur exhibitū, plenius apparet, de quo quidem placito prædicti R. & M. vocaverunt recordum rotulorum pdicti I. Ingelby de tempore pdicto, et quoad tertiam partē tenementorū præd' similiter allegaverunt assisam fieri non debere, eo qd prædicti R. et G. recuperaverint in curia prædicti avi nostri corā R. de H. et sociis suis, &c. de banco p b're suum de ingressu, feisinā suā versus prædictos S. & I. & præfatum I. qui nunc queritur de tertia parte prædicta, quam idē W. de C. filius & hæres præd' G. post mortem ejusdē G. concessit pdictis R. et M. tenend' ad vitam eorundem, reversione inde ad præd' W. de C. ut præmittitur spectante, de quo quidē placito iidē R. et M. vocaverunt ad warrantum recordum rotulorum pdictorum iustitiariorum de banco, subsequenterq; pro eo quod idem I. de S. in contrario coram vobis allegans, quod nunquā fuerunt talia record' inter præd' R. et G. & ipsum, sicut prædicti R. & M. p responsionem suam supponunt, datus est dies per vos ut dicitur, usq; ad diē lunæ proximum ante festum sanctæ M. virginis proxime futurum ad sequendum recorda prædicta, & licet postmodum ad prosecutionē prædict' R. et M. mandaverimus thesaurario & camerariis nostris, qd scrutatis rotulis prædictorum I. Jude & R. qui sunt in thesauraria nr̄a sub custodia sua ut dicebatur, recordum & processum juratæ & loquelæ pdictarum cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram distincte & aperte sine dilatione mitterent: iidē tamen thesaur' & camerarii in forma qua sequitur certificarunt, videlicet qd scrutati fuerunt recordum & processum de quibus fiebat mentio in brevi nr̄o eis inde directo in thesauraria nr̄a apud E. & cōperuerunt partes eorundē sed nō ad plenum, quia plures rotuli iustitiariorum pdictorum de tēpore dicti avi nr̄i remanent in thesauraria nr̄a apud turrim L. Et quia nolumus qd iidem R. & M. in aliquo sint perdentes, p eo quod de recordo et proc' pdicti sex causa præd' ad præd' diē Lunæ plene nō poteritis certiorari: vobis mandamus qd assisam illā usq; ad pximam sessionē vram ad assisas post festum exaltationis sanctæ crucis pxime futurum occasione præmissa continuetis. T.R. apud E. an. 7.

¶ Rex. di. &c. I. de S. salutē. Cum nuper cōstituerimus vos & dilectos &c. I. de R. & H. de D. ad oēs assisas, juratas, & certificationes coram quibuscunq; iustitiar' nostris p brevia nr̄a in comitatibus Oxon, W. S. W. & C. p brevia nr̄a arraiā capiend', ac postmodum certis de causis

De mittendo recordum et processum et assisas et certificationes coram

De Recordo & Processu mittendis.

ram uno pari
justiciariorum
inchoatarum,
aliis de novo
assignatis.

loco v̄ro constituerimus di. &c. W. de S. justitiarium n̄m, ad assisas, juratas, et certificationes prædict̄ una vobiscū, quem jam loco prædicti I. de R. constituimus justitiarium n̄m ac præfato H. capiend', jamq; intellexerimus quod quædā assisæ, juratæ, et certificationes coram vobis et præfatis sociis v̄ris inchoatæ, quædā etiā ad captionē eorundē placitatæ, coram præfato W. et vobis ac præfato H. restant capiend': nos advertentes præfatum W. et vos præfatum H. ad captionē earundē assisarum, juratarum, et certificationū p̄cedere non posse, nisi super recordo et processu coram vobis inde habitis certioremini, nolentes igitur captionē assisarū, juratarū et certificationū p̄dict̄ coram vobis et sociis v̄ris prædictis inchoatarū ex causa prædicta aliquo modo progari, vobis mandamus quod recordū et processum omnium assisarū, juratarū, et certificationum corā vobis et sociis v̄ris prædictis inchoatarum, de quibus assisæ, juratæ, et certificationes adhuc restant capiend', cum omnibus ea tangentibus, præfato W. cum omni celeritate quo poteritis sub sigillo v̄ro distincte et aperte mittatis et hoc b̄re: vosq; ad assisas, juratas, et certificationes p̄d' una cum p̄fatis W. et H. vel eorum altero in eisdē comitatibus capiend' intendatis, juxta tenorē cōmissionis n̄ræ vobis in hac parte factæ. Et hoc nullatenus omittatis, T. &c.

Aliter de recor-
do & processu
mittendis aliis
justiciariis.

¶ Rex, dilectis, &c. R. de T. et C. justiciariis ad assisas, in com̄ N. capiend' assignā salutem. Cum I. quæ fuit uxor W. de M. nup̄ arrainaverit ass. no. dis. corā di. &c. R. et vobis præfati T. et R. tunc justiciariis nostris ad assisas in comitatu prædicto capiend', per breve n̄m anno regni n̄ri Angl' secundo, versus D. de tenementis in D. ac idem D. ut tenens tenementorum præd' in eadem assisa allegaverit ten̄ in visu posita nō esse nisi tria mesuagia, &c. et I. de G. patrē p̄dicti D. cujus hæres ipse est de uno mesuagio de dictis ten̄ seiscitū obiisse, ipsumq; D. ut fil' et hæredē ejusdē I. prædictum mesuagium post mortē dicti patris sui, et residuum eorundē ten̄ ut consanguineum et hæredem S. de S. avunculi ipsius D. cujus hæres ipse est, qui quidē S. inde obiit seiscitus in dñico suo ut de feodo sine hærede de se, post mortē suā intrasse, et p̄fatum I. ten̄ illa sup̄ possessionem ipsius D. intrantē bastardā esse, ipsamq; recenter ejecisse, petendo judicium si eadem I. de tali possessione assisā versus eum habere debeat, eadēq; I. in cōtrariū allegans, asseruit ipsam legitimā esse et non bastardā, et hoc paratā fuisse verificare petendo b̄re episcopo de D. ad inquirend' si sit legitima necne, cui de assensu ejusdē D. eo quod hujusmodi causæ cognitio ad forum ecclesiasticum spectat, p̄ b̄r n̄m sub testimonio ejusdē R. quod veritatē sup̄ hoc diligenter inquireret, et inde p̄ l̄ras suas patentes justiciariis ad assisas in com̄ prædicto capiend' assignā constare faceret, mandatum fuit, ac postmodum cōstituerimus vos justitios n̄ros ad oēs assisas, juratas, et certificationes, corā quibuscunq; justiciariis n̄ris in com̄ prædicto p̄ b̄ria n̄ra arrain capiend', p̄fatusq; R. rec̄ et prō omnium assisarum, juratarum, et certificationum corā ipso et vobis p̄fati T. et R. captarum et placitarum sub sigillo suo thes. et camer̄ n̄ris apud W. liberavit in thesaur̄ n̄ra custodiend': nos ut partibus p̄dictis in eadem assisa

Bastardia alle-
gatur in assisa
no. disseisinae.
Et missa fuit
Episcopo ad
inquirendum
inde.

assisa fieri valeat quod est justum, recordum & processum placiti prædicti, quæ coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri : mandantes ut his inspectis, necnon certificatione præfati episcopi vobis super hoc ut dicitur missa, ac recepto à vicecomite nostro comitatus prædicti brevi originali ejusdem quod penes ipsum remanet, sicut per inspectionem eorundem recordi & processus nobis constat, ulterius in eadem assisa juxta tenorem brevis et placiti prædictorum procedatis, et eisdem partibus fieri faciatis quod de jure et secundum legem et consuetudinem, &c. Angliæ, &c. Mandavimus enim eidem vicecomiti, quod dictum breve vobis liberet ad proximam sessionem vestram in comitatu prædicto, T. &c.

¶ Rex, dilectis, &c. W. de S. et sociis suis justitiariis, &c. assisign salutem. Cum inter cæteras libertates per cartam nostram burgensibus nostris Oxon concessas concessum sit eisdem, quod ipsi, hæredes, et successores sui, non ponantur cum hominibus forinsecis in assisis, juratis, aut inquisitionibus aliquibus, quæ ratione tenentorum vel transgressionum aut aliorum negotiorum forinsecorum quorumcunque, coram vobis justitiariis aut aliis ministris nostris vel hæredum nostrorum emerferint faciendum, quamdiu moram fecerint in eodem burgo, nec quod homines forinseci ponantur cum ipsis burgensibus in assisis, juratis, aut aliis inquisitionibus aliquibus, quæ ratione terrarum aut tenentorum in eodem burgo & suburbis existentium, aut transgressionum, conventionum, contractuum, aut aliorum negotiorum intrinsecorum ibidem emerferint capiendum, & quod de aliquibus placitis infra burgum illum & suburbia emergentibus, non vincantur per forinsecos, sed solummodo per comburgenses suos, nisi res ipsa tangat nos vel hæredes nostros aut comitatum ejusdem burgi, put in carta nostra prædicta plenius continetur, ac jam ex querela R. burgensis villæ prædictæ accepimus, quod I. & M. uxor ejus, ipsum R. de remedio, quod sibi competit virtute libertatum dictis burgensibus nostris concessarum, maliciose & fraudulenter excludere machinantes, arrainaverint quandam assisam nomine disseisinæ coram vobis per breve nostrum versus ipsum R. et E. uxorem ejus, S. C. majorem Oxon, & comunitatem villæ Oxon de tenentis in Oxon, & licet præfatus R. placitando in assisa illa coram vobis allegaverit, se solum tenentem tenementorum prædictorum existere, ipsumque nullam disseisinam seu injuriam inde præfatis I. et M. fecisse, præfatamque comunitatem ad excludendum ipsum R. de libertate sua prædicta in brevi nostro nominatam fuisse, ac ea de causa petierit veritatem super præmissis per comburgenses suos ejusdem villæ prout moris est inquiri, juxta tenorem cartæ nostræ supradictæ, vos tamen ad præmissa considerationem non habentes, ad captionem assisæ illius per forinsecos comitatus prædicti voluntarie procedere intenditis, in ipsius R. damnum non modicum & gravamen, ac exhæredationis periculum manifestum, & contra tenorem cartæ prædictæ: nos eidem R. injuriam nolentes fieri in hac parte, vobis mandamus quod viso processu assisæ illius coram vobis habito, si inveneritis præfatum R. tanquam solum tenentem tenentorum coram vobis respondisse, dictumque placitum comunitatem præ-

Quæ assisa arrainatur contra majorem & comunitatem ad excludendum ne assisa capiatur per forinsecos, &c.

De continuando Assisam.

dictam in aliquo non tangere, sed eandem cōminationem ad excludē-
dum ipsū de remedio suo prædicto in eodem brevi nominatā esse ut
est dictum, tunc audita querela ipsius R. in hac parte, ei in præmissis
debitum et festinum justitiæ complementum fieri faciatis, put de jure
& secundum legem & cons. regni n̄ri Angl̄ ac tenorem cartæ nostræ
prædictæ rationabiliter fore videritis faciend': præfatum R. contra
tenorem ejusdem non molestantes in aliquo seu gravantes, T. &c.

Aliter de eodem

¶ Rex, eisdem salutem. Cum, inter cæteras libertates civibus civitatis
Winton̄ p̄ cartas p̄genitorum nostrorum quandam regum Angl̄ quas
p̄ cartā n̄ram confirmavimus, concessas, concessum sit eisde, quod nul-
lus eorum qui fuerit infra gildā mercatoriā, placitet extra murum ci-
vitat̄is prædictæ de ullo placito præter de placito de tenuris exteriori-
bus, exceptis monetariis & ministris n̄ris, prout in cartis & confirma-
tione prædictæ plenius continetur, ac jam ex parte majoris & civiū ejus-
dem civitat̄is nobis est graviter conquerendo monstratum, quod cum
W. & A. uxor ejas nuper arrainerint quandam ass. no. dis. versus I.
tunc majorem civitat̄is prædictæ & communitatem ejusdem civitat̄is
de tenementis in eadem civitate, & communitatem dictæ civitat̄is si-
mul cum eodem I. in dicto brevi nominaverint, ut sic ipsum I. quomi-
nus assisa illa per homines ejusdem civitat̄is juxta libertatē prædictam
capi possit excluderent, & licet idem I. die impetrationis assisæ præd'
& semper hætenus solus fuerit tenens de tenementis illis, & cum solus
tenens inde responderit coram vobis, absq; eo quod eadem communi-
tas aliquid in dictis tenementis die prædicto seu postmodum habuit:
vos nihilominus assisam illam non habita consideratione ad collusio-
nem hujusmodi, p̄ forinsecos & non p̄ homines dictæ civitat̄is capere
intenditis, in ipsius I. damnū & exhæredationis periculum manifestum,
& contra tenorem cartarum & confirmationis præd', & aliter quā tē-
poribus retroactis ibidem fieri consuevit, super quo iidem major & ci-
ves per petitionē suam coram nobis & consilio nostro in Parlamento
nostro exhibitam, nobis supplicarunt sibi per nos de remedio provide-
ri. Nos volentes fieri quod est justum, vobis mandamus quod audita
ipsorum majoris & civium in hac parte querela, & vocatis corā vobis
partibus prædictæ, auditisq; hinc inde earum rationibus, ulterius in præ-
missis fieri fac̄ debitum & festinum justitiæ complementum, T. &c.

Per petitionem
in parlamento.

De continuando
assisam.

¶ Rex, dilectis, &c. R. & sociis suis justitiariis ad assisas in comitatu
W. capiend' assigñ salutem. Cum pro defensione & salvatione regni
nostri Angl̄, ac recuperatione aliorum jurium nostrorum & coronæ
nostræ, de assensu prælatorum, comitum, baronum, & communitatis
dicti regni, una cum nonnullis magnatibus & fid' nostris ipsius regni,
ad partes profecti sumus transmarinas, adhuc inibi commorantes, &
intellexerimus quod quidam præfatos fi. n̄ros nobiscum in dictis parti-
bus ut præmittitur obsequentes, eos magis & frequentius implacitare
& de jure suo defraudare machinatur, quo ipso fideles n̄ri ad defend' &
tuend' jura sua h̄ndi personaliter nō interfint, sicut nec poterūt inter-
esse dū nobiscum in obsequio n̄ro steterint supradicto, p̄ q̄d de assensu
comitum

comitum & baronum & aliorum de consilio nostro, qui nobiscum in transmarinis partibus jam assistunt, pro indemnitate illorum, qui nobis in dictis partibus ut prætangitur obsequuntur, duximus ordinandum, quod tam placita in protectionibus nostris eisdem confectis excepta, & versus ipsos in dicto obsequio nostro taliter existentes, & guerræ nostræ ibidem intendentes, mota, & alia, quam movenda, in statu quo fuerit de tempore in tempus continuentur, dum sic in obsequio nostro in dictis partibus transmarinis intenderint antedicto: volentes ordinationem prædictam effectui debitæ demandari, vobis mandamus quod assisam novæ disseisinæ coram vobis per brevia nostra arrainatam, versus dilectum & fidelem nostrum H. in obsequio nostro prædicto, in dictis partibus intendentem, de die in diem, in eodem statu quo fuerit, ex causa prædicta, & de gratia nostra speciali dū idē H. in dicto obsequio nostro in partibus prædictis moram fecerit, continuetis, juxta ordinationem supradictam, T. &c.

¶ Duximus ordinandum, quod assisæ novæ disseisinæ versus ipsos in obsequio nostro prædicto taliter existentes, & guerræ nostræ ibidem intendentes arrainatæ & arrainandæ in statu quo fuerint de tempore in tempus continuentur, dum sic in obsequio nostro in dictis partibus transmarinis intenderint antedicto: volentes ordinationem, &c. & de gratia nostra speciali, quousque aliud duxerimus demandand' continuetis, juxta ordinationem supradictam, T. &c.

¶ Rex eisdem salutem. Cum, ut accepimus, G. arrainaverit quandam assisam novæ disseisinæ coram vobis per breve nostrum versus L. & alios in brevi nostro originali contentos de testis in C. nos advertentes quod prædictus L. in obsequio nostro in partibus Marchiæ, Scotiæ per præceptum nostrum moretur, ac nolentes eo prætextu, quod ipse jacturam seu exhæredationem incurrat, dum sic nostris obsequiis immoretur, vobis mandamus quod assisam illam de die in diem in eodem statu quo nunc est continuetis, quamdiu præfatum L. moram facere contigerit in obsequio nostro supradicto, T. &c.

¶ Quia jam pro certo intelleximus, qd præfatus comes à dictis partibus Scotiæ & obsequio nostro prædicto in Angl' rediit, ibidemq; moratur negotiis propriis intendendo: nolentes prosecutionē præfate I. ulterius differri in hac parte, vobis mandamus quod in assisa prædicta ulterius procedatis, & partibus prædictis in præmissis justitiā faci, put de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' fuerit faciendum, mandato nostro prædicto non obstante, T. &c.

¶ Rex, di' & fid', &c. I. sociis suis justiciariis ad assisas, &c. assign' salutē. Cum nuper concesserimus dilecto consanguineo & fideli nostro H. manerium de H. cum pertinentiis in comitatu S. habend' in auxilium sustentationis suæ, quousque terra & tenementa de hæreditate sua ex parte matris suæ devenirent ad manus suas, & postmodum concesserimus eidem H. quædam terras & tenementa cum pertinentiis in L. quæ M. quæ fuit uxor P. jam defuncta tenuit ad terminum vitæ suæ ex concessione I. de F. dudum domini manerii prædicti, & quæ in manu nostra

Aliter.

Aliter.

De procedendo in assisa, quia rediit in Angliam

De non procedendo ad captionem assisæ rege inconsulto.

De mittendo tenorem in Evidentiam.

nostra tanquam escaeta nostra extiterunt, habenda una cum manerio prædicto in auxilium sustentationis ipsius H. quousq; terræ & tenementa cum pertinentiis de hæreditate sua ex parte matris suæ ad manus suas devenerint ut est dictum, prout in literis nris patentibus inde confectis plenius continetur, ac jam ex parte præfati H. qui jam ad partes Scotiæ nobiscum in obsequium nostrum pro defensione regni nri contra hostiles Scotorum aggressus est profectus, nobis datum sit intelligi qd E. arrainavit coram vobis per bre nostrum quandam assisam novæ disseisinæ versus præfatum H. & W. de tenementis in A. & quædam aliam assisam novæ disseisinæ versus R. & præfatum H. de tenementis in parva S. & quod manerium & terræ & tenementa præfati H. per nos ut præmittitur concessa, virtute assisarum prædictarum posita sunt in visu, & nobis est supplicatum ut pro nostra indemnitatem in hac parte velimus super hoc remedium apponere opportunum: nos advertentes qd si ad captiones assisarum taliter procedatur, nobis posset grave præjudicium de facili generari, maxime ipso Hugone in remotis partibus sic agente, volentesque hujusmodi præjudicio, & exheredationis periculo quatenus poterimus præcavere, vobis mandamus quod si assise prædictæ de manerio & terris & tenementis quæ præfatus H. sic tenet ex concessione nostra, quousq; terra & tenementa cum pertinentiis de hæreditate sua ex parte matris suæ ad manus suas, devenerint, arraini existant, & eadem terræ & tenementa in visu sint posita ut prædictum est, tunc ad captiones earundem assisarum nobis inconsultis nullatenus procedatis, T. &c.

De mittendo tenorem in evidentiam.

Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cum dilectus et fidelis noster R. de W. recordum et processum assisæ novæ disseisinæ, quæ inter D. & T. & alios in brevi nostro originali contentos summonita fuit & capta, coram præfato R. & sociis suis nuper justiciariis nostris ad assisas in comitatu Lincoln capientibus assignatis, apud Lincoln per breve nostrum de tenementis in S. nobis in cancellariam nostram ad mandatum nostrum miserit: nos tenorem recordi & processus prædictorum vobis mittimus sub pede sigilli nostri, ut eo inspecto, in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum in scaccario prædicto, inter nos & W. de T. de decem & novem libratibus redditus cum pertinentiis in prædicta villa de S. ac de arreragiis ejusdem ad opus nrm exactis ut dicitur, securius & consultius procedere valeatis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl, T. anno nono.

Nota.

De continuando attinctam quia est in eodem statu, &c. & convenit cum brevibus præcedentibus de continuando assisam.

* Et nota quod recordum fuit missum in cancellaria, & illud fuit taliter transcriptum, & illud sic transcriptum missum fuit pro tenore in scaccarium, & recordum remansit in cancellaria prædicta,

Rex justitiariis suis de banco salutem. Cum, ut accepimus, in quadam jurata viginti & quatuor militum, quam R. arrainaverit coram vobis per breve nostrum versus abbatem de S. ad convincendum juratores cujusdam inquisitionis quæ nuper summonita fuit & capta coram vobis, per breve nostrum inter ipsum abbatem petentem, et prædictum R. tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in S. quæ quidem jurata

magna

magna indiget examinatione, diversæ subornationes et procurationes juratorum per prædictum abbatem, ad defraudandum ipsum R. de jure suo indies factæ fuerint in hac parte, idemq; R. in obsequio nostro in partibus Scotiæ jam existat, per quod coram vobis in crastino sancti Johannis Baptiste proximo futuro, quæ diē idē abbas habet versus præfatum R. in jurata prædicta personaliter venire non potest, ipseque per hujusmodi subornationes et procurationes exhæredationis periculum in hac parte in absentia sua sibi metuat posse evenire: nos volentes eidem R. dum in obsequio nostro sic steterit aliququaliter præjudicari, vobis mandamus quod placitum illud in eodē statu quo nunc est usque ad quindenā sancti Michaelis proximo futurā, si attornatus prædicti R. hoc petat, continuetis: partes prædictas ad diē prædictum adjornantes, ut tunc idē R. jus suum in hac parte personaliter prosequi valeat ut debet, T. &c.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis I. de D. justiciariis suis ad assisas in com̄ S. capiend' assign' salutem. Compertum est per inquisitionem per dilectum nobis W. nuper escaetorem nostrum in comitatu S. de mādato nostro factam, et in cancellaria nostra retornatam, quod W. H. defunctus tenuit de nobis in capite manerium de T. de die quo obiit, et qd W. filius et hæres ejusdē W. H. tunc fuit ætatis sex annorū, ac jam intellexerimus quod C. arrainavit quandam assisam novæ disseisinæ coram vobis per breve nostrum versus R. et alios, &c. de tenementis in W. et posuit in visu maneriū de W. in custodia nra ratione minoris ætatis hæredis prædicti sic existens, in qua quidē assisa si procederetur, nobis præjudicium et præfato hæredi exhæredatio de facili possent generari: nos volentes hujusmodi præjudicio et exhæredationi præcavere, præsertim cum nos omnia terras et tenementa quæ sunt de hæreditate hæredum infra ætatem et in custodia nostra existentium, hæredibus illis cum ad plenam ætatem suam pervenerint, adeo plene et integre, sicut ad manus nostras devenerunt, restituere teneamus, vobis mandamus quod ad captionem assisæ illius nobis inconsultis nullatenus procedatis, durante custodia supradicta, T. &c.

De non procedendo ad assisam, de tenementis in custodia regis existentibus rege inconsulto.

¶ Rex eisdem salutem. Cum T. R. et W. nobis nuper omnia terras et tenementa, redditus, et servitia sua, quæ habuerunt in D. et S. ex dono et feoffamento R. de M. per cartam suam dederunt et concesserunt, habenda et tenenda nobis hæredibus et assignatis nostris imperpetuum, sicut per inspectionem irrotulamenti cartæ prædictæ in rotulis cancellariæ nostræ irrotulata nobis constat, ac jam intellexerimus qd I. et C. uxor ejus et quidam alii, arrainaverint coram vobis per diversa brevia nostra, quandā assisam novæ disseisinæ versus M. priorissam de D. de tenementis in D. et S. et quæ sunt eadem tenementa nobis per præfatos T. et R. et W. sic data et concessa, ad quas quidem assisas capiend', si taliter nobis inconsultis procederetur, in nostris præjudicium et exhæredationem cederet manifeste: nos volentes hujusmodi præjudicio et exhæredationi put convenit præcavere, vobis mandamus quod

Aliter de eodē de terris & tenementis hæredis de dono & feoffamento alterius.

Quod iusticiarii procedant ad captionem Assisæ.

quod si ita est, tunc ad captionem alicujus assisæ coram vobis de tēntis prædictis nobis per præfatos T. R. et W. sic datis et concessis, seu aliqua parcella eorundem arrainatæ seu arrainandæ, nobis inconsultis nullatenus procedatis, T. &c.

Aliter de eodem de custodia terrarum & ten' commissa per regem alicui.

¶ Rex, dilectis, &c. T. et R. iusticiariis ad assisas in comitatu E. capiendas assign' salutē. Cum tricesimo die Maii anno regni nostri quintodecimo, per literas nostras patentes comiserimus R. de C. custodiā omnium terrarum, tenementorum, et reddituum quæ fuerunt I. de B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite in B. et W. in comitatu prædicto die quo obiit, et quæ per mortem prædicti I. et ratione minoris ætatis hæredis ejusdē I. in manu nostra existunt, habend' usq; ad legitimā ætatē hæred' prædicti, pro certa firma nobis inde annuatim reddend', sicut per inspectionē rotulorum cancellariæ nostræ nobis constat, ac jam intellexerimus quod I. et M. uxor ejus, arrainerint corā vobis per breve nostrum quandā assisam novæ disseisinæ versus W. sicut I. de B. et alios, &c. contentos de tenementis in W. ponendo in visu eadē terras et tenementa quæ fuerunt prædicti I. de B. in eadem villa de W. sic in manu nostra ratione minoris ætatis dicti hæredis existentis, ad quā quidē assisam capiendam si nobis inconsultis taliter procederetur, nobis grave præjudicium, et dicto hæredi sic infra ætatē et in custodia nostra existenti exhæredationis periculum de facili possent generari: nos volentes, &c. ut supra, vobis mandamus quod si vobis constare poterit dicta tenementa sic in visu posita, esse eadem tenementa quæ per mortem prædicti I. de B. et ratione minoris ætatis hæred' prædicti in manu nostra existunt ut est dictum, vel aliquam parcellā eorundē, tunc ad captionē assisæ prædictæ nobis inconsultis, nullatenus procedatis, T. &c.

De assisa pro- roganda.

¶ Rex iusticiariis ad assisas in comitatu War' capiend' assign' salutem. Licet W. arrainerit corā vobis per breve nostrum quandā assisam novæ disseisinæ, versus K. de tenementis in C. quia tamen idem K. in obsequio nostro in partibus Normanniæ moratur, propter quod captioni assisæ prædictæ ad præsens interesse non potest, vobis mandamus quod assisam prædictā usq; festum Annunciationis beatæ Mariæ proximo futurum proregetis, captioni illius assisæ interim supersedentes. Et hoc nullatenus omittatis, T. &c.

Quod iusticiarii procedant ad captionem assisæ.

¶ Rex, dilectis et fidelibus suis A. B. et C. iusticiariis suis ad assisas, &c. salutē. Quia captio assisæ novæ disseisinæ, vel mortis antecessoris, vel certificationis super assisam mortis antecessor', quam A. arrainavit coram vobis per breve nostrum versus I. de tenementis in N. vel de uno mesuagio, &c. diutinam cepit dilationem, ad damnum ipsius A. non modicum et gravamen, sicut ex querela sua accepimus: vobis mandamus quod ad captionem assisæ illius vel certificationis quatenus secundum legem et consuetudinem regni nostri Ang' poteritis procedatis, T. &c.

Aliter.

¶ Si vir cum uxore ut de jure uxoris petat tenementa p̃ breve prædictum: tunc dicatur sic, & quod ad ipsos A. & B. reverti debet, &c. Regula.

¶ Præcipe A. de N. quod, &c. reddat B. tantũ, &c. quod eidem domui collatum fuit in liberam elemofynã per prædictum B. vel per H. patrem prædicti B. cuius hæres ipse est, et quod post alienationem per ipsum abbatem vel per R. quondam abbatẽ de N. p̃decessorem prædicti nunc abbatis, contra formam collationis prædictæ inde factam in feodo, ad præfatum B. reverti debet ut dicit. Et nisi, &c.

De ten'tis alienatis contra formam collationis W. 2. cap. xli. Indorsetur per magistrum, vel sic, per breve de statuto.

¶ Ad inveniendum quendam canonicum vel capellanum divina pro animabus antecessorum eiusdem R. in abbacia prædicta singulis diebus celebrantem, et duos cæreos arfuros toto tempore quo missa illa dicetur, et quod ad ipsum B. reverti debet, &c. eo quod p̃dictus abbas inveniend' canonicum vel capellanum et cæreos p̃ biennium jam cessavit ut dicit, &c.

Aliter pro cantaria & luminari.

¶ Præcipe abbati de N. quod reddat I. de S. unum mesuagium cum pertinentiis in T. quod R. de S. pater, &c. ut in primo brevi ad inveniendum quendã capellanum missam pro defunctis quolibet die veneris in ecclesia beatæ Mariæ ipsius abbatis de N. celebrantem, ac quandam lampadẽ coram summo altari in ecclesia prædicta ad altam missam quolibet die ardentem, et quod, &c. eo quod prædictus nunc abbas inveniendõ prædictos capellanum et lampadẽ per biennium jam cessavit ut dicit. Et nisi fecerit, &c.

Aliter versus successorem abbatis, ad inveniendum capellanum, &c. & quandam lampadem, &c.

¶ Præcipe T. episcopo Lincoln quod, &c. reddat H. comiti L. unum mesuagium, &c. in villa Westm, quod T. nuper comes Lancastri frater prædicti H. cuius hæres ipse est, dedit W. quondam episcopo Lincoln & successoribus suis episcopis loci prædicti, ad celebrandum annuatim obitum Edwardi patris et Blanchiæ matris prædicti T. et etiam obitum eiusdem Thomæ, et R. de H. post eorum decessum, & quod ad præfatum comitem reverti debet per formam, &c. eo quod prædictus episcopus in celebrando obitus prædictos per biennium jam cessavit

Aliter de obitu celebrando.

Forma donationis in le Descendere.

cessavit ut dicit. Et nisi, &c. T. apud E. anno decimo.

Forma donationis in le descendere de dono facto uni.

R. Ex vicecomiti Lincoln salutem. Præcipe A. quod juste et sine dilatione reddat K. manerium de N. cum pertinentiis, quod C. dedit D. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, & quod post mortem prædicti D. præfato K. filio et hæredi ejusdem D. descendere debet per formam donationis prædictæ ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter viro & uxori W. 2. c. 1.

¶ Quod C. dedit D. et E. uxori ejus, et hæredibus de corporibus ipsorum D. et E. exeuntibus, et quod post mortem prædictorum D. et E. præfato K. filio et hæredi eorundem D. et E. descendere debet per formam donationis prædictæ ut dicit. Et nisi fecerit, &c.

Aliter in liberum maritagium.

¶ Quod C. dedit P. in liberum maritagium cum E. filia ejusdem C. & quod post mortem prædictorum P. & E. K. filio et hæredi eorundem P. et E. descendere debet, &c.

Aliter pro secundo exitu.

¶ Et quod post mortem prædictorum P. et E. et F. filii & hæredis eorundem P. et E. præfato K. filio et hæredi ejusdem F. descendere debet.

Aliter pro tertio exitu.

¶ Et quod post mortem prædictorum D. et E. et F. filii et hæredis eorundem D. et E. et G. filii & hæredis ejusdem F. præfato K. filio et hæredi prædicti G. descendere debet, &c.

Regula.

✚ Et hoc modo præcedente fiet breve pro quolibet exitu post mortem antecessoris successive, quando omnis exitus præter petentes statum habuerit in tenito per seisinam. ¶ Si vero aliquis antecessor statum non habuerit per seisinam, tunc sic :

Aliter quoniam aliquis prædecessorum non habuit seisinam. Aliter.

¶ Et quod post mortem prædictorum P. et E. et F. filii et hæredis eorundem P. et E. et G. filii prædicti F. præfato K. filio ejusdem G. et consanguineo & hæredi prædicti F. descendere debet, &c.

¶ Et quod post mortem prædicti P. et R. filii et hæredis ejusdem P. et F. fratris et hæredis ejusdem R. præfato K. filio et hæredi vel fratri et hæredi prædicti F. descendere debet, &c.

Quoniam habitum religionis assumpsit.

¶ Et quod post mortem prædicti P. et postquam F. filius et hæres prædicti P. habitum religionis assumpsit, in quo habitu possessus fuit ut dicit, præfato K. filio et hæredi ejusdem F. descendere debet, &c.

Quoniam iter peregrinationis arripuit.

¶ Et quod post mortem prædictorum P. et E. et postquam F. filius et hæres eorundem P. et E. iter peregrinationis arripuit versus terram sanctam, vel versus sanctum Jacobum, in quo itinere obiit ut dicitur, præfato K. filio et hæredi prædicti F. descendere debet, &c.

Aliter pro filia & pro exitu alterius filie.

¶ Quod reddat K. et C. unum mesuagiū, &c. quod P. dedit E. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et quod post mortem prædicti E. et F. unius filiarum ejusdem E. præfatis K. alteri filiarum prædicti E. et C. filie prædictæ F. et consanguineæ, et hæredibus prædicti E. descendere debet per formam, &c.

Nota.

* Nota que anno iii. Henrici quarti en brief de formedon, le demandant fist le discent de un A. le aiel tanque à B. come fitz, &c. & de B. tanque à un R. come à fitz B. & de R. tanq; al demātant come à frier & heir mesme cesti R. & demāde fuit

fuit judgement de brief, pur ceo qu'en le parclos de brief ne fuit pas mencion, eo q' son frier murrust sans heir de son corps, & nient obstant ceo le brief fuit agard bon, mes auterment est en brief de formedon en le remeinder.

¶ Et quod post mortem prædicti D. et E. filii et hæredis ejusdem D. et F. filii et hæredis ejusdem E. præfato K. filio prædicti D. et consanguineo et hæredi prædicti F. descendere debet, &c.

Aliter qn' filius post natus petit de disseisina consanguinei per reversione.

¶ Quod C. dedit F. quæ fuit uxor D. & hæredibus masculis ipsius F. et præfati D. quondam viri sui exeuntibus, et quod post mortem prædictæ F. præfato W. filii et hæredi ejusdem F. de corpore suo et corpore prædicti D. procreato descendere debet, &c.

* Nota qu'en cas que tenements soient dones à un home & sa femme, & à les heirs queux le baron engendra de corps la femme : l'issue en la taile demandera come l'ore al baron & al femme, soit il per formedon ou per un Scire facias hors dune fine, car la est bon taile al baron & al femme. Mes si tènements soient dones à un home & sa femme, & à les heirs la femme queux le baron engendra de corps la femme si brief de formedon soit à porter : il ne demaundra mye mes come heir al femme. Et auxi serra fait en un Scire facias hors dune fine ut patet termino Michaelis anno E. laiel xli. placito xiv. en un Scire facias, &c. car la le tayi nest forsque al femme soul, sic in omni casu consimili, &c.

Nota.

¶ Quod W. dedit R. & hæred' quos idem R. de prima uxore sua legitime procrearet, et quod post mortem prædicti R. et A. filii G. quam primo duxit in uxorem, præfata Johanna filia et hæredi ejusdem R. de præfata G. prima uxore sua procreata descendere debet, &c.

Aliter pro hærede de prima uxore.

¶ Quod R. dedit M. et hæredibus quos idem R. de corpore ipsius M. procrearet, et quod post mortem prædictæ M. et A. unius filiarum ejusdem M. de corpore suo per præfatum R. procreata, præfatis I. alteri filiarum ejusdem M. de corpore suo per præfatum R. procreata, & I. de S. filia prædicti A. et consanguineis et hæredibus ejusdem M. descendere debet, &c.

De dono facto mulieri & hæredibus de corpore suo procreatis per donationem.

¶ Et quod post mortem prædictorum Gilberti et Gelianæ et W. filii & hæred' eorundem G. et G. et Matii & Margarete duarum filiarum prædicti W. et S. filia prædictæ Matii, præfatis Alicia tertia filia prædicti W. et Johanni filio prædictæ Margarete, et Waltero filio prædictæ S. consanguineis et hæredibus prædicti Wilhelmi descendere debet, &c.

Aliter qn' plures hæredes clamant hæreditatem.

¶ Quod C. dedit R. de D. et Johanni fratri ejus, et hæredibus de corpore ipsius R. exeuntibus, et quod post mortem prædicti I. et postquam prædictus R. et M. una filiarum prædicti R. habitum religionis assumpserint, in quo habitu professi sunt ut dicitur, et etiã post mortem E. alterius filiarum prædicti R. prædictis M. et A. aliis duabus filiabus et præfato R. filii prædicti E. et consanguineo et hæred' prædicti R. descendere debet, &c.

Aliter post mortem & post habitum religionis.

Memorandum qd' Elizabeth ingressa fuit religionem, sed non professa. Nota qd' anno xli. E. daiel termino Michaelis placito xxi. tiel brief quod I. tenuit, &c. fuit grandment debate. Car plusors voidrent avoir abatus le brief, pur ceo que nul mencion fuit fait de la seisin le baron la femme en brief, et ne pur quant le brief fuit agard bon p' comen course de la chauncerie come sequitur.

Nota.

¶ Quod

Forma donationis in le Descendere.

Aliter de rever-
fione concessa
post mortem te-
nentis in dote.

¶ Quod I. de H. tenuit in dotem de hæreditate Johannis de S. & quod idem I. concessit Wilhelmo de S. & hæredibus de corpore suo exeuntibus post mortem prædicti I. habend', & quod post mortem prædictorū I. & Wilhelmi & Johannis fil' & hæredis ejusdem W. præfatæ I. fil' & hæredi ejusdem I. fil' W. descendere debet, &c.

Aliter in def-
cendere post
mortem tenen-
tis ad vitam.

¶ Quod Adam dedit B. ad vitam ipsius B. & quod idem A. per finem inde in curia domini Edwardi quondam regis Angl' avi nostri coram F. & sociis suis tunc justiciariis, &c. per breve suum levatum, concessit D. & E. uxori ejus, habend' post mortem ejusdem B. eisdem D. & E. & hæredibus quos idem D. de corpore ipsius E. procrearet, et quod post mortem prædictorum B. D. & E. præfato H. fil' & hæredi eorundem D. & E. de corpore ipsius E. per præfatum D. pcreato descendere debet, per formam donationis & finis prædicti ut dicit. Et nisi fecerit, &c.

Aliter pro illo
in le remanere
cui reversio con-
ceditur post
mortem tenentis

¶ Quod I. dedit P. ad vitam suam, & quod idem I. postmodum concessit præfato F. & hæredibus de corpore suo exeuntibus, post mortem ipsius P. habend', & quod post mortem prædicti P. præfato F. remanere debet per formam donationis & concessionis prædictarum ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter.

¶ Quod A. dedit D. ad vitam R. & eidem R. & hæredibus de corpore ipsius R. exeuntibus, &c.

Aliter qn' rene-
mentum datur
viro & uxori &
hæredibus alte-
rius.

¶ Quod R. dedit W. & I. uxori ejus, & hæredibus de corpore alterius ipsorum W. & I. qui diutius viveret exeuntibus, & quod post mortem prædictorum W. & I. præfato T. filio & hæredi ejusdem W. qui prædictam I. supervixit ut dicitur, descendere debet per formam, &c.

Aliter remane-
re post vitam.

¶ Quæ Jollanus de Nuyl' dedit Lucie de Namby ad vitam ipsius L. ita quod post mortem ipsius L. prædicta tosta & terra R. filio prædicti L. & hæredibus de corpore ipsius R. exeuntibus remanerent, & si idē R. sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædicta tosta & terra Albredæ sorori ejusdem R. & hæredibus de corpore ipsius Albredæ exeuntibus remanerent, & quæ post mortem prædictorum L. et Richardi et Johannis filii et hæredis prædicti Richardi et A. et Johannis fil' et hæredis p'd' A. p'fato W. filio et hæredi prædicti Johannis fil' Albredæ descendere debent per formam donationis præd', eo quod prædictus Johannes fil' Richardi obiit sine hærede de corpore suo exeunte ut dicit, &c.

Aliter pro ex' tu
secundi feoffati
in le remanere.
quia primus fe-
offatus obiit si-
ne hærede de
corpore, &c.

¶ Præcipe A. quod reddat I. unum mesuagium, &c. quod K. dedit W. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, ita quod si idem W. sine hærede de corpore, &c. obiret, prædictum mesuagium R. et hæredibus de corpore suo exeuntibus remaneret. Et quod post mortem prædictorum W. qui quidem W. obiit sine hærede de corpore suo exeunte, et R. præfato I. filio et hæredi ejusdem R. descendere debet per formam, &c.

Breve.

¶ Rex vicecomiti War' salutem. Præcipe Philippo Holgote quod, &c. reddat Johanni Northfeld' et Edmundo Smythes et alicie uxori ejus, medieta-

medietatem manerii de B. cum pertinentiis, quam Jacobus de Burñ dedit Richardo de Bere et Ciciliæ uxori ejus ad vitam ipsorum Richardi et Ciciliæ, ita quod post mortem eorundem Richardi et C. prædicta medietas Johanni filio prædicti Ciciſ, et hæredibus de corpore ipsius Johanni filii Ciciſ exeuntibus remaneret. Et si idē Johannes filius Ciciſ sine hærede de corpore suo exeunte obierit, prædicta medietas Nicholao fratri prædicti Johannis filii Ciciſ et hæredibus de corpore ipsius Nicholai exeuntibus remaneret. Et si idem Nicholaus sine hærede de corpore suo exeunte obierit, prædicta medietas Wilhelmo fratri prædicti Nicholai, & hæredibus de corpore ipsius Wilh' exeuntibus remaneret. Et si idem Wilh' sine hærede de corpore suo exeunte obierit, prædicta medietas Rosæ filiae prædicti Ciciſ, et hæredibus de corpore ipsius R. exeuntibus remaneret, & qđ post mortem prædictorū Richardi Ciciſ Johannis filii Ciciſ, Nicholai et Wilh', quorum quidem Johanni filii Ciciſ Nicholai et Wilh', quilibet obiit sine hærede de corpore suo exeunte, et prædicti Rosæ et Oliveri filii & hæredis ejusdem Rosæ, et Wilh' filii et hæredis ejusdem Oliveri & Margaretæ & Johanni fororum ejusdem Oliveri, præfatis Johanni Northfeld' filii ejusdem Margaretæ, & Aliciæ ejusdem Johannæ, et consanguineis et hæredibus prædicti Wilhelmi filii Oliveri descendere debet per formam donationis præd' ut dicunt. Et nisi, &c.

¶ Præcipe C. quod, &c. reddat D. A. et B. unum mesuagium, &c. qđ R. dedit S. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et quod post mortē prædicti S. et E. unius filiarium ejusdem S. præfatis D. & A. aliis filiabus prædicti S. et B. filio prædicti E. et consanguineo et hæredibus præd' S. descendere debet p formam, &c.

Aliter pro una filiarum alicujus & exitu alterius filiae verus tertiam filiam.

¶ Præcipe A. magistro hospitalis sancti Thomæ martyris de S. quod, &c. reddat I. de M. medietatem exituum provenientium de duobus molendinis ipsius Magistri cum pertinentiis in M. quam E. quondam magister hospitalis, &c. dedit W. de C. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et quæ post mortem, &c.

Forma donationis.

¶ Præcipe A. quod, &c. reddat B. quaterviginti et unam acra terræ cum pertinentiis in D. quas una cū aliis quaterviginti et una acra terræ cum pertinentiis in eadem villa L. dedit T. in liberum maritagium cum I. filia prædicti L. et quæ post mortem prædictorū T. et I. et M. filii et unius hæredum eorundē T. et I. quæ illas tenuit in propartem suā ipsam de prædictis centū et sexaginta et duabus acris terræ p partitionem inter ipsam M. et K. sororem ejusdem M. filiā et alterā hæredum præd' T. et I. inde factā contingentē, præfatis B. filii et hæredi præd' M. descendere, &c.

Aliter de pro parte in liberum maritagium, quum petens petit de seifina matris.

¶ Quam unā cum alia medietate unius mesuagii et unius virgæ terræ cum pertinentiis in eadē villa, W. dedit R. in liberum maritagiū, &c. et quæ post mortē prædictorū, &c. et S. filii et hæredis eorundē, &c. et I. sororis et unius hæredum ejusdem S. quæ illā cum præd' alia medietate tenuit conjunctim cum K. sorore et altera hæredum prædicti S. præfatis W. filio et hæredi ejusdem. I. descendere debet, &c.

Aliter quum co-hæred' tenent in communi absq; partitione.

¶ Præcipe

Forma donationis in le Descendere.

De proparte. ¶ Præcipe A, qđ reddat B. quartā partem tertie partis manerii de H. cum pertinentiis, quam una cum tribus partibus ejusdem terri partis et duabus partibus ejusdem manerii cum pertinentiis, H. dedit F. et E. uxori ejus et hæredibus, &c. et quæ post, &c.

Aliter pro eo qui petit de feifina amitæ suæ quæ non habet hæredem de se.

¶ Præcipe A. quod reddat G. tres acras terri cum pertiñ in E. quas una cum aliis tribus acris terri cum pertinentiis in eadem villa, C. dedit D. et E. uxori ejus et hæredibus de corporibus ipsorum D. et E. exeuntibus, et quæ post mortē prædictorū D. et E. et K. filij et unius hæredum eorundem D. et E. quæ dictas tres acras terri tenuit in propartem suā, ipsam de prædictis sex acris terri p̄ partitionem inter ipsam K. et M. sororē ejusdem K. filiā et alterā hæred' prædictorū D. et E. inde factam contingentem, et præfat' M. præfato G. filio præd' M. & consanguineo et hæredi præd' K. descendere, &c.

Aliter.

¶ Quod juste, &c. reddat H. filij M. quater viginti et unā acrā terri cū pertiñ in N. quas una cum aliis quater viginti et una acra terri cum pertinentiis in eadem villa, L. dedit T. in liberum maritagium cum I. filij prædicti L. quæ post mortem prædictorum T. et I. et N. filij & unius hæredum eorundem T. et I. quæ illas tenuit in propartem suam, ipsam de prædictis centum et sexaginta et duabus acris terri per partitionem inter ipsam N. et M. sororem ejusdem N. filiā et alterā hæredum prædictorū T. & I. inde factā contingentem, præfato B. filij et hæredi prædicti N. descendere debet, &c.

Aliter.

¶ Præcipe Waltero Oky, quod reddat Wilhelmo filio Alexandri Fastolf. & Roberto filio Richardi filii Alexandri Fastolf. tertiam partem unius mesuagii cū pertinentiis in I. quam Richardus Fastolf. una cum aliis duabus partibus ejusdem mesuagii, &c. in eadē villa dedit Alexandro Fastolf. et Rosæ uxori ejus et hæredibus de corporibus ipsorum Alexandri et Rosæ exeuntibus, et quæ post mortem prædictorū Alexandri et R. et Johannis filii et unius hæredum eorundem Alexandri & R. et Nicholai filii et hæredis ejusdem Johannis, quæ dictā tertiam partem tenuit in propartem suam, ipsum de prædicto mesuagio contingentem, p̄ partitionem inde inter prædictum Johannē et prædictum Wilhelmū et Richardū de B. filios et ceteros hæredes eorundem Alexandri et R. factam et prædicti Richardi, præfatis Wilhelmo avunculo et Roberto filio prædicti Richardi et consanguineo et hæredibus prædicti Nicholai descendere debet, &c.

Aliter ad petendum totum tenementum de feifina matris quæ tenuit totum, videlicet medietatem ut filia & hæres antecessoris, & aliam medietatem ut soror & hæres sororis suæ &c. secundum quosdam. Aliter.

¶ Et quæ post mortem prædicti Alexandri et Margarete filij et unius hæredum ejusdem Alexandri, quæ medietatem prædictorum mesuagii et terri tenuit in propartem suam, et Alic' filij et alterius hæredum prædicti Alexandri quæ alteram medietatem eorundem mesuagii et terri tenuit in propartem suam per partitionem inde inter ipsas factam, quæ quidem Alicia dictam medietatem præfata Margaretam contingentem, post mortem ejusdem Margaretæ ut soror et hæres prædict' M. tenuit, præfato H. filio et hæredi præd' Alic' descendere debet, &c.

¶ Præcipe Johanni Burnet, qđ reddat Wilh' de A. tertiam partē unius
rofti

tofty cū pertinentiis in Selby, quā una cum duabus partibus ejusdem tofty cum pertinentiis in eadem villa, W. fil' A. fil' Roberti de S. dedit Valeriano filio Roberti de Londoñ in liberum maritagiū cum l. sorore ejusdem W. fil' A. et quæ post mortem præd' Valeriani et Idelotæ, & Alic' de Appletoñ fil' et unius hæredum eorundē Valeriani & Idel', quæ dictam tertiam partem tenuit in proportē suā, ipsam post mortē prædictorum Valeriani & Idel' de prædicto tofty per partitionem inter ipsam Aliciā et Margaretā de Westwe, & Aliciā Byng filias & cæteras hæredum eorundē Valeriani & Idel' inde factā contingentem, præfato Wilhelmo de Appletoñ filio & hæredi prædict' Alic' de Appletoñ descendere debet per formam, &c.

¶ Et quæ post mortem prædict' Richardi et Letic', et Mavill' et Christianæ filiarum eorundem Richardi & L. et Johannis filii Mavill', præfatis Johān fil' ejusdem Johannis fil' Mavill' et Johanni filio ejusdem Christianā & consanguineis et hæredibus prædictorū Richardi et Leticie descendere, &c. Aliter.

¶ Et quæ post mortē prædictor' A. et I. uxoris ejus, & Johān fil' senioris & unius hæred' prædictor' A. et I. uxoris ejus, quæ illā tenuit in ppartem suam, ipsam de prædicto mesuagio p partitionem inter ipsam Johān filiam et Johān fil' juniorem & alteram hæredum eorundem A. et I. uxoris ejus factam contingentē, præfato W. filio et hæredi ejusdē Johān fil' senioris descendere, &c.

¶ Quod Johanna quæ fuit uxor D. dedit P. ad vitā suam, & quod eadē Johanna postmodum concessit prædict' Johān & E. et hæredibus de corpore ipsius I. exeuntibus post mortem ipsius Philippi habend', & quod post mortem prædict' P. et E. præfato Johanni remanere debet p formā donationis & concessionis prædictarum ut dicit, &c. Aliter.

¶ Quod C. dedit E. et F. uxori ejus & hæredibus de corporibus ipsorum E. & F. exeuntibus, et quod G. filius et hæres prædicti C. frater prædicti B. cujus hæres ipse est, post mortē prædicti E. concessit H. ad vitā suā post mortē prædict' F. habend', et quod post mortem prædictor' F. et H. ad præfatum B. reverti debet p formam donationis & concessionis prædictar', eo qd prædictus F. obiit sine hærede de corpore suo exeunte, &c. Aliter.

¶ Quod A. dedit B. ad vitā ipsius B. et qd idem A. p finem inde in curia domini E. nuper regis Angl' avi nostri coram E. & sociis suis tunc justiciariis, &c. per breve suum levatum, concessit D. et E. uxori ejus, habendū post mortē ejusdē B. eisdem D. et E. et hæredibus quos idē D. de corpore ipsius E. procrearet, et quod post mortem prædictorū B. D. et E. præfato F. filio & hæredi eorundē D. et E. de corpore ipsius E. p præfatum D. procreato descendere debet, p formā donationis & finis prædictorum ut dicit, &c. Aliter per finem

¶ En cas quāt hōe lessē tenemēts à un autre à terme de sa vie, & puis le lessour ou son heire graūt la reversiō à un autre & à les heirs de son corps engédres, & le tenāt à terme de vie devie, & un estrange abate avaunt ceo qd celuy à qui la chose fuisst grāt en la tail soit seisi, & son heir soit à son recovery : il coviēt faire Regula:

Forma Donationis in le Descendere.

mencion en le br q̄ le tenant à terme de vie fuit attorne à son ancester. Car en le descendere ne poet mie dire q̄ la chose doit descendere come à fits & heire si lancester ne estoit mie seisie : & adōques serront cestes paroles faits à maintenir, p̄ formā concessionis p̄dictæ, que ne sont mie dones p̄ estatute, &c.

Aliter in simul tenuit.

¶ Præcipe abbati Westm̄, q̄d reddat B. et I. uxori ejus duas partes triginta solidatarum redditus, mille alborum panum pretii tanti, et quinque lagenarō cervisiæ pretii, &c. cum pertinentiis in B. quas una cū tertia parte earundem triginta solidatarum redditus, panis, & cervisiæ cum pertinentiis in eadē villa, A. dedit G. et B. uxori ejus et hæredibus de corporibus ipsorum G. & B. exeuntibus, & quæ post mortem p̄d' G. et B. et F. filii et hæredis eorundem G. et B. et T. fil' et hæredis ejusdem F. & W. fil' et hæredis ejusdem T. et M. fil' et unius hæredum ejusdem W. quæ illas duas partes et dictam tertiā partē cum K. filia et altera hæredum p̄dicti W. in simul tenuit, et D. fil' & hæredis ejusdem M. & p̄dict' K. amitæ p̄dicti D. et E. fil' ejusdem K. p̄fāt I. fil' p̄dict' E. consanguineæ et hæredi p̄dicti D. descendere debet p̄ formā donationis, &c.

Aliter.

¶ Præcipe abbati Westm̄, quod reddat R. et I. uxori ejus, medietatem triginta solidatarum redditus, et redditus mille alborū panū pretii, &c. & quinq; lagenarū cervisiæ pretii, &c. cum pertiñ in villa Westm̄, quam una cum alia medietate earundem triginta solidatarum redditus, & redditus panis et cervisiæ cum pertiñ in eadē villa, A. dedit G. & B. uxori ejus et hæredibus de corporibus ipsorum G. et B. exeuntibus, & quæ post mortē p̄d' G. et B. et F. fil' hæredis eorundē G. et B. et T. fil' & hæredis ejusdem F. et W. fil' et hæredis ejusdem T. et K. fil' & unius hæredum ejusdem W. quæ illā & p̄dictam aliam medietatem cum M. filia et altera hæredum p̄dicti W. in simul tenuit, et E. filia ejusdem K. p̄fāt I. fil' p̄dict' E. & consanguineæ et hæredi p̄dict' K. descendere debet, &c.

Attincta in forma donationis.

¶ Si A. fecerit, &c. tunc summeas, &c. 24. legales milites de visinetu, &c. parati sacramento recognoscere, si duæ partes unius mesuagii et triū bovatarum ter̄ cum pertiñ in F. quæ W. dedit H. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, alienatæ fuerunt post statutū de donis conditionalibus provisum sicut idem A. dicit, vel ante dictum statutum sicut idem I. dicit. Et si p̄dictus W. dedit duas partes unius molendini et septem acrarum ter̄ cum pertiñ in eadem villa p̄fato Henrico et hæredibus de corpore suo exeuntibus, juxta formā statuti p̄d' sicut idem A. dicit, vel in feodo talliato sicut p̄dictus I. dicit, & unde idem A. queritur quod, &c.

De proparte de seifina amittæ.

¶ Quod reddat, &c. tria mesuagia, centū acras ter̄, viginti acras prati, et centum solidatas redditus cum pertiñ in N. quæ una cū manerio de B. cum pertiñ, A. dedit I. filia suæ et hæredibus de corpore ipsius I. exeuntibus, & quæ post mortem p̄dict' I. et C. filia et unius hæredum ejusdem I. quæ illa tenuit in propartem suam, ipsam post mortem p̄dict' I. de p̄dict' manerio, mesuagio, terra, prato, & redditu, per partitionem inter ipsam C. & D. fil' & alteram hæredū ejusdem I. inde

inde factam contingentem, & prædict' D. & A. & E. filiarum prædict' D. præfatis Margaretæ, Margerix, Katerinæ, & Constantiæ filiabus prædict' D. I. fil' prædict' A. & T. fil' prædict' E. & consanguineis & hæredibus prædict' C. descendere, &c.

¶ Quod reddat, &c. tres acras terræ, & tertiam partem unius tosti cum pertinentiis in D. quas una cum aliis sex acris terræ & duabus partibus ejus tosti cum pertinentiis in eadem villa, I. dedit E. & hæredibus &c. & post mortem prædictæ E. & D. fil' & unius hæredum, &c. quæ illas tenuit in propartem suam, ipsam de prædictis tosto & novem acris terræ per partitionem inter ipsam C. & A. Bate, & præfatam I. filias & duas hæredum ejusdem E. inde factam contingentem, & præd' Agn, præfatæ I. forori & hæredi prædicti C. descendere, &c.

De pro parte ubi foror petit de seifina fororis.

* Simile breve factum fuit de alia tertia parte alienata per Agn, &c.

Nota.

¶ Et quæ post mortem prædictorum R. & Agnetis, & Alic, fil' junioris & unius hæredum eorundem R. & A. quæ quidem Alic junior dictam quartam partem tenuit in propartem suam, ipsam de prædicta medietate per partitionem inter ipsam & Agnetem & Aliciam seniore & præfatam M. filias & tres alteras hæredum prædictorum R. & Agnetis uxoris ejus inde factam contingentem, & prædictarum Agn fil' R. & A. senioris, præfat' M. forori & hæredi ejusdem A' junioris descendere, &c.

Aliter de pro parte ubi foror petit de seifina fororis.

R Ex, vicecomiti Leyc salutem. Præcipe A. quod reddat B. tantum, &c. quod C. pater prædicti B. cujus hæres ipse est, dedit I. & F. uxori ejus, & hæredibus de corporibus ipsorum I. & F. exeuntibus, & quod post mortem prædict' I. & F. ad præfatam B. reverti debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædicti I. & F. obierunt sine hære de corpor' suis exeunte ut dicit. Et nisi, &c.

Forma donationis in le reverti.

¶ Quod idem A. dedit N. & K. uxori ejus, & hæredibus de corpore ipsius N. exeuntibus, & quod post mortem prædict' N. & K. ad præfatam A. reverti debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædictus N. obiit sine hærede de corpore suo exeunte ut dicit. Et nisi, &c.

Aliter quando datur hæredibus viri.

¶ Quod C. pater prædicti E. cujus hæres ipse est, & W. avus prædicti E. cujus hæres ipse est, dederunt F. & hæredibus de corpore suo exeuntibus, ita quod si idem F. sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædict' mesuagium H. & hæredibus de corpore suo exeuntibus remaneret, & quod post mortem prædictorum F. & H. ad præfatos B. & E. reverti debet per formam donationis prædictæ, eo quod uterq; prædictorum F. & H. obiit sine hærede de corpore suo exeunte ut dicit. Et nisi fecerit, &c.

Aliter de conjunctim seoffamento.

¶ Et quod post mortem prædicti F. & postquam prædictus H. habitum religionis assumpsit, ad præfatum B. reverti debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædictus F. obiit sine hærede de corpore suo exeunte, & prædictus H. in habitu prædicto professus est sine hærede de corpore suo exeunte ut dicit, &c.

Aliter quando habitum religionis assumpsit.

* Terre est done à un home & à sa femme en le taile, le donour ad issue 2 fits & devie, le baró devie, le fits eisne le donour graunt la reversion apres la mort la

Nota.

Forma Donationis en le Reverti.

femme à un home pur terme de sa vie, la femme devie sauns issue parentre luy & son dit baron, le grauntee devie : recovere pur celuy en la reversion, s. pur le fits puisne le donour, &c.

Quando rever-
sio conceditur
post mortem
uxoris suæ quæ
tenuit per feo-
dum talliatum
post mortem
viri.

¶ Quod C. dedit E. & F. uxori ejus, & hæredibus de corporibus ipso-
rum E. et F. exeuntibus, & quod G. filius & hæres præd' C. frater præ-
dicti B. cujus hæres ipse est, post mortem prædicti E. concessit H. ad
totam vitam suam post mortem præd' F. habend', & quod post mortem
præd' F. et H. ad præfatū B. reverti debet p formā donationis & con-
cessionis præd', eo quod prædicti E. et F. obierunt sine hærede de corpo-
ribus suis exeunte ut dicit. Et nisi, &c.

Quando rever-
sio conceditur
post mortem te-
nentis ad vitam
in feodo tallia-
to.

¶ Quod F. dedit P. ad totam vitam suam, et qd T. de C. filius et hæ-
res præd' F. frater præd' B. cujus hæres ipse est concessit I. de H. ha-
bend' post mortem ipsius P. eidem I. et hæredibus de corpore suo exeun-
tibus, et qd post mortem præd' P. et I. ad præfat' F. reverti debet p formā
donationis et concessionis prædict', eo quod præfat' I. obiit sine hærede
de corpore suo exeunte ut dicit, &c.

Quando filius
qui est hæres
cohæredum
obiit, &c.

¶ Et quæ post mortem præd' R. et F. et M. et A. filiarum & hæredū eo-
rundem R. et F. et Johannis filii præd' M. et hæres earundem M. & A. ad
præfat' I. de B. reverti debent, &c. eo qd præd' I. filius præd' M. obiit
sine hærede de corpore suo exeunte, &c.

Quando ten' da-
tum est viro &
mulieri, & hæ-
redibus quos vir
de corpore mu-
lieris procrea-
verit.

¶ Quod R. de D. consanguineus præd' B. cujus hæres ipse est, dedit
O. de K. et Alic' præd' fil' prædict' R. & hæredibus quos idem O. de
corpore ipsius A. procrearet, et qd post mortem præd' O. & A. ad præ-
fatum B. reverti debet per formā donationis præd', eo qd præd' O. &
A. obierunt sine hærede de corpore ipsius A. p præfat' O. procreato ut
dicit. Et nisi, &c.

Regula.

¶ Nota qd la ou plusours sont nōmes p un nom en formedō, tout soit il qu'eux
ne soient mie parties au bñ mes tant soulemēt au don : lour nomes ferrount espe-
cifies tout dits devaunt le summons, p resoñ qd le brief deveroit estre plus cle-
rement entendu. Mes apres le summons nemie fils ne soient parties, &c.

Quando pater
dat filio & hæ-
redibus filii.
Aliter.

¶ Quod C. pater præd' B. cujus, &c. dedit I. filio suo & hæredibus de
corpore ipsius I. exeuntibus, & qd post mortem, &c.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Præcipe Reginaldo Res, quod reddat
Wilhelmo Harper et Margarete uxori ejus, Henr' Gyffard', Jacobo
Penros, et Thomasiæ uxori ejus, Johanni Botreanx & Johannæ uxori
ejus, Thomæ Cole et Margaretæ uxori ejus, et Radulpo Tredynen,
manerium de K. cum pertinentiis, quod Henricus Russell' dedit Hen-
rico de K. et E. uxori ejus, & Henr' fil' eorundem H. de K. et E. & hæ-
redibus de corpore ipsius H. fil' Henr' exeuntibus, et quod post mor-
tem prædictorū H. de K. et E. et H. filii Henr', & Johannis filii & hæ-
redis ejusdem H. fil' Henr', & Johannis fratris & hæredis ejusdem
Johannis filii H. et Aliciæ sororis ejusdem Johannis fratris Johannis,
et Johannæ unius et Matilp' alterius filiarum ejusdem Alic', et Roge-
ri filii prædict' Johannæ filiæ Alic', et Johannæ unius fil' prædictæ
Matilp', præfatis Margaretæ uxori W. tertiæ filiarum prædict' Aliciæ,
Henr' Gyffard fil' prædicti Rogeri, Thomasiæ et Johanni uxori Johan-
nis,

nis, Margeria uxori Thomæ, cæteris filiabus prædicti, Matif, & Radulpho filii prædicti I. filii Matif, & consanguineis & hæredibus prædicti Johannis fratris Johannis descendere debent, &c.

R Ex, vicecomiti, &c. salutem. Præcipe A. quod reddat B. unum mesuagium, &c. quod C. dedit D. & hæredibus de corpore suo exeuntibus, ita quod si idem D. sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædictum mesuagium præfato B. & hæredibus remaneret, & quod post mortem prædicti D. præfato B. remanere debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædictus D. obiit sine hærede de corpore suo exeunte ut dicit, &c.

Forma donationis in le remanere.

¶ Et quod post mortem prædictorum D. et B. præfato I. filii & hæredi prædicti B. remanere debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædictus D. obiit sine hærede de corpore suo exeunte, &c.

Aliter.

* Nota quod termino Michaelis Anno E. avi 7. un br de formedo en la remanere ou un home demanda come fits & heire celuy à qui la reversion fuist taile, & ne fuist pas son auncelster mort p expressès paroles, le br fuist agard bõ, pur ceo q per le br il soy fist heire à luy, & per taunt sa mort fuist assez suppose. Ad hoc concordat terminus Michaelis ejusdem regis anno 5. & pur mesme le cause. Mes la br q fait celuy en la remainder mort per expressès paroles est le meliour, come cest register voet, &c.

Nota.

¶ Præcipe A. quod reddat B. duas partes unius mesuagii cum pertinentiis in N. Præcipe E. quod reddat eidem B. tertiã partem unius mesuagii cum pertinentiis in eadem villa, quas D. dedit C. ad vitam ipsius C. ita quod post mortem ipsius C. prædictæ duæ partes & tertia pars F. & hæredibus de corpore suo exeuntibus remanerent, & si prædictus F. sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædictæ duæ partes & tertia pars præfato B. & hæredibus suis remanerent, & quæ post mortem prædictorum C. & F. præfato B. remanere debent per formam donationis prædictæ eo quod prædictus F. obiit sine hæredibus de corpore suo exeunte ut dicit, &c.

Aliter de tertiã parte unius mesuagii.

¶ Et quod post mortem prædicti A. & B. filii & hæredes ejusdem A. & C. fratris & hæredis prædicti B. præfato R. consanguineo & hæredibus prædicti C. remanere debet per formam donationis prædictæ ut dicit, &c.

Aliter.

¶ Præcipe R. de N. & I. uxori ejus, quod reddant K. & A. uxori ejus decem acras terræ cum pertinentiis in N. quas una cum aliis decem acris terræ cum pertinentiis in eadem villa R. de S. dedit W. ad totam vitam suam, & quas M. de B. soror & una hæredum N. de S. fratris & hæredis prædicti R. de S. cui quidem M. reversione prædictarum decem acrarum terræ assignata fuit in partem suam, ipsam de prædictis viginti acris terræ per partitionem inter ipsam & Luciam sororem & alteram hæredum prædicti Nicolai inde factam post mortem prædicti W. contingentem, concessit præfatis K. & A. & hæredibus de corporibus ipsorum K. & A. exeuntibus post mortem ejusdem W. habendæ, & quæ post mortem ejusdem W. præfatis K. & A. remanere debent per formam concessionis prædictæ ut dicunt, Et nisi fecerint, &c.

Quando reversione propartibus cohæredis conceditur in feodo talliato.

Forma donationis en le Remanere.

Regula. ¶ En cas ou home graunt tenements à terme de la vie un autre, issint q̄ apres sa mort ils remaint à un autre & ses heirs p̄ un mesme fait : si le tenant à terme de vie fait wast ou alien en fee, on dit q̄ celuy à quy la reversiō est ne poet aver nul recovery, car la volente celuy q̄ lessa fuit, que rien ne deveroit remayndre à l'auter avaunt la mort le tenaunt à terme de vie. Mes si home lessé tenements à terme de vie p̄ un fait, & puis il ou son heyr graunt la reversiō per autre fait : celuy en la reversiō ad bon recovery en ambideux cafes, car le lessour graunt mesme lestāt qu'il avoit.

Aliter post mortem tenentis ad vitam. ¶ Quod A. dedit B. ad vitam ipsius B. ita quod post mortem ejusdem B. prædictum mesuagium D. et hæredibus de corpore suo exeuntibus remaneret, & quod post mortem p̄d' B. & D. præfato Wilhelmo filio & hæredi ejusdem D. remanere debet per formam, &c.

Nota. * Cest cas fuit en court anno. xv. regis E. avi. Joh̄n de Devoñ luy fuit, & il voloit avoir præfato W. filio hæredi p̄dicti D. descendere debet, &c. pur ceo que le pier tendist estate, & home ne poet mye fayre remayndre de pier au fits, & habuit ita.

Aliter qn' reversio tenentis ad vitam conceditur, &c. ¶ Quæ G. dedit T. ad vitam ipsius T. & quæ idē G. postmodum concessit p̄fatæ M. & Philippo quondam viro suo, habend' post mortem p̄dicti T. præfatis Philippo & M. & hæredibus de corporibus ipsorum P. & M. exeuntibus, & quæ post mortem p̄dicti T. præfat M. remanere debent per formam concessionis p̄dicti ut dicit, &c.

Aliter remanere. ¶ Præcipe A. q̄d, &c. reddat B. manerium de I. cum pertinentiis, excepto uno mesuagio, sex acris terræ, & tresdecim solidatis redditus in eodem manerio. Præcipe, &c. quod reddat eidem B. unum mesuagium & unam acram terræ cum pertiñ in B. Præcipe, &c. quod reddat eidē B. tres acras, &c. Præcipe, &c. quod reddat eidem B. duas acras terf, quæ W. dedit R. et I. uxori ejus & hæredibus de corporibus ipsorum R. & I. exeuntibus, ita quod si iidem R. & I. sine hærede, &c. obirent, prædicta mesuagia, sex acra terf, & maneriū, exceptis mesuagio, sex acris terf & redditu p̄dictis, præfato B. & hæredibus suis remanerent, & quæ post mortem, &c.

Casus. ¶ Quidam I. dedit maneriū, &c. exceptis tresdecim solidatis redditus quibusdam R. & I. & hæf, &c. ita quod, &c. remaneret cuidam I. & hæred' &c. & postea præd' R. alienavit unum mesuagium & unā acram terræ uni, tres acras terf alteri, duas acras terf tertio tenenti, & residuum manerii exceptis, &c. cuidā A. versus quos fuit factum breve quod præcedit anno viii.

Remanere p̄to hæredibus masculis. ¶ Præcipe I. de C. & A. de B. quod, &c. reddant W. de H. unum mesuagium & unum columbare cum pertinentiis in N. quæ A. de B. dedit C. filio suo primogenito & I. uxori ejus, & hæred' de corporibus eorundem C. & I. exeuntibus, ita quod si iidē C. & I. sine hærede de corporibus suis exeunte obirent, præd' mesuagium hæredibus masculis præd' A. & hæredibus de corporibus ipsorum hæredum masculorum exeuntibus remanerent, & quæ post mortem præd' C. & I. & G. fil' & hæf præd' A. præfato W. fil' & hæredi ejusdem G. remanere debent p̄ formam donationis præd', eo q̄d p̄dicti C. & I. obierunt sine hærede de corporibus suis exeunte ut dicit, Et nisi, &c.

¶ Præcipe

¶ Præcipe I. de C. et A. de B. quod, &c. reddant W. de L. unum mesuagium et unum columbare cum pertinentiis, &c. Præcipe eidem I. &c. reddat eidem W. unam acram, &c. quæ G. dedit K. et If. de E. et hæredibus de corpore ipsius Isab' per præfatum K. procreatis, ita quod si eadē If. sine hærede de corpore suo per præfatum K. procreato obiret, prædicta mesuagia, &c. prælato W. et hæredibus suis remanerent, et quæ post mortem prædictorum K. et If. præfato W. &c. eo quod prædicta If. obiit sine hærede de corpore suo p præfatum K. procreato ut dicit, &c.

Aliter.

¶ Quod H. dedit I. et A. uxori ejus, et hæredibus de corporibus ipsorum I. et A. exeuntibus, ita quod si iidem I. et A. sine hærede de corporibus suis exeunte obirent, prædictum mesuagium præfato I. et hæredibus de corpore suo exeuntibus remaneret, & si idem I. sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædict' mesuag' W. et hæredibus suis remaneret, et quod post mortem prædictorum I. A. et W. præfato R. consanguineo et hæredi ejusdem W. remanere debet per formam donationis prædictæ, eo quod prædicti I. et A. sine hærede de corporibus suis exeunte, ac idem I. sine hærede de corpore suo exeunte obierunt ut dicit. Et nisi fecerint, &c.

Qn' ten' datur viro & uxori ejus & hæred' ipfor', &c. & postea hæ' viri, ita, &c. & postea alio in le remanere.

* Nota si sit breve faciendum ubi sunt diversa remanere postquam illa executi sunt, & est descendere de patre ad filiū, vel de consanguineo ad consanguineum, semper omittenda illa remanere sunt & faciendū est tale brē generaliter, quod C. dedit E. et hæredibus de corpore suo exeuntibus, & quod post mortem prædicti E. præfato A. filio ejusdem E. descendere debet, &c. nō faciendo mentionem de remanere, quia semper in remanere debet monstrare cartā de remanere & nō in aliis brevibus, &c. ut sequitur in casu subsequenti.

Nota.

¶ Rex, viç Suff: salutem. Præcipe Roberto O. quod reddat T. S. et A. uxori ejus et M. W. unum mesuagium et ducentas acras terræ cum pertinentiis in S. quæ G. dedit I. filio suo et I. fil' Johannis de K. juniōri de Isab' filia ejusdem Gilberti, per præfatum Johannē de K. procreato, ad vitam ipsorum Johannis fil' G. et Johannis fil' Johannis et hæredibus de corpore ipsius Johannis exeuntibus, ita quod si idem Johannes fil' Johannis sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædicta mesuagia et terra Gilberto fil' eorundem Johannis de K. et Isabellæ junioris et hæredibus de corpore ipsius G. fil' Johannis exeuntibus remanerent. Et si idem G. filius Johannis sine hærede de corpore suo exeunte obiret, prædicta mesuagia et terra Gilberto fil' eorundem Johannis de K. et Isabellæ senioris et hæ' de corpore ipsius G. fil' I. senioris exeunte remanef. Et quæ post mortem prædictorum I. fil' G. et I. fil' Johannis, et I. filii Johannis juniōris, quorum quidem prædictorum I. fil' I. et G. fil' I. uterq; obiit sine hærede de corpore suo exeunte, et prædicti G. fil' I. senioris, et P. fil' et hæred' ejusdem G. fil' I. senioris, et M. unius fil' prædicti P. præfatæ Aliciæ alteri filia ejusdem P. et M. filia prædictæ M. et consanguineæ et hæredi p'd' P. descendere debent, &c.

Breve.

* Nota quod istud breve sigillatū fuit & quassabile ut dicebatur p veritate. Sed quia tenens petiit la vieu devant le execution, fuit agarde bon. Nunquam faciemus mentionem de remanere ubi est semel en descendere, &c.

Nota.

Rex,

De Tenementis Legatis.

De tenementis
legatis in Lon-
don.

Rex, majori et viç London̄ salutem. Ex gravi querela I. filie E. et M. sorores ejusdem I. accepimus, quod cum secundum consuetudinem in eadem civitate hætenus obtentam et approbatam liceat unicuiq; civi ejusdem civitatis tenementa sua in eadem civitate in testamento suo in ultima voluntate sua tanquam catalla sua legare cuicunq; voluerit, ac S. quondam civis civitatis prædictæ in testamento suo in ultima voluntate sua, quatuor shopas cum pertinentiis in eadem civitate existentes, vel quatuor mesuagia et decem shopas cum pertinentiis, &c. E. habenda sibi et hæredibus de corpore suo exeuntibus legasset, R. et S. uxor ejus duo mesuagia, et tres shopas inde K. quatuor shopas inde, et F. tres shopas inde præfatis I. et M. filiabus et hæredibus ejusdem E. deforc̄ minus juste in ipsarum I. et M. dispendium non modicum et gravamen, et contra voluntatem testatoris prædicti, ac contra consuetudinem prædictam. Et quia eisdem I. et M. injuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quod vocatis coram vobis partibus prædictis, auditisq; hinc inde earum rationibus, inspectoque tenore testamenti prædicti, eisdem I. et M. plenam et celerem justitiam inde fieri fac̄, prout de jure et secundum consuetudinem prædictam fuerit faciendum, et hætenus in casu consimili ibidem fieri consuevit, vel eisdem I. et M. in hac parte fieri faciatis debitum et festinum justitiæ complementum, &c. T. &c.

Aliter in burgo.

¶ Rex, ballivis suis de magna Jernmuth salutem. Ex gravi querela, &c. ut supra, quod cum secundum consuetudinē in villa prædicta hætenus &c. liceat unicuiq; burgenfi ejusdem villæ tenementa sua, quæ sibi acquisierit in eadem villa, in testamento suo, &c. ac N. burgenfis ejusdem villæ unum mesuagium cum pertinentiis, quod sibi acquisierat in eadem villa, in testamento suo in ultima voluntate sua W. et hæredibus suis legasset: R. de S. mesuagium prædictum post mortem prædicti N. ingressus, illud præfato W. deforc̄ minus juste, in ipsius W. &c. ut supra. Et quia nolumus, &c. hætenus ibidem in casu consimili fieri consuevit, &c.

Aliter.

¶ Ex querela E. filie M. accepimus, quod, &c. ut supra usq; ibi tenita sua quæ sibi acquisierit in eadem civitate, tanquam catalla sua in testamento suo in ultima voluntate sua legare cuicunq; voluerit, ac W. quondam civis civitatis prædictæ, quinque shopas cum pertinentiis in eadem civitate, quas sibi acquisierat, in testamento suo in ultima voluntate sua tanquam catalla sua præfato E. et hæredibus suis legasset: I. shopas prædictæ post mortem prædicti W. ingressus, illas præfato E. detinet minus juste, in ipsius E. dispendium, &c. ut supra usq; ibi, inspectoque tenore testamenti prædicti, eidem E. plenam et celerem justitiam inde fieri fac̄ prout de jure et secundum consuetudinem prædictam fuerit faciendum, &c.

Aliter in le-
manere.

¶ Ex querela, &c. ut supra usq; ibi, voluerit, ac M. quondam civis ejusdem civitatis, D. uxori suæ in testamento suo in ultima voluntate sua quatuor shopas cum pertinentiis in I. quas sibi acquisierat in eadem civitate, ad vitam

vitam ipsius D. habendas legasset, ita quod post decessum ejusdem D. præfata shopæ cum pertinentiis præfato E. et hæredibus suis remanerent: N. qui shopas illas tenet ex dimissione prædictæ D. eas præfato E. post mortem ejusdem D. deforciat minus juste, in ipsius E. &c.

¶ Ex gravi querela, &c. usq; ibi cuicumq; voluerit, ac T. tresdecim solidatas redditus cum pertinentiis in Londoni, in testamento suo in ultima voluntate sua, C. uxori ejus legasset, habendum ad totam vitam ipsius C. ita quod post mortem ipsius C. dictus redditus R. et B. uxori ejus filii prædicti T. et hæredibus de corporibus ipsorum R. et B. exeuntibus remaneret, et si iidem R. et B. sine hærede de corporibus suis exeunte obirent, prædictus redditus M. et A. filiabus prædicti T. sororibus prædictæ B. et hæredibus de corporibus ipsarum M. et A. exeuntibus remaneret: H. prædictum redditum post mortem prædictorum C. R. B. et A. ingressus, redditum illum præfatis Johanni et M. cui quidem M. redditus, eo quod prædicti R. et B. sine hærede de corporibus suis exeunte obierunt ut dicitur, remanere debet, detinet minus juste, ad grave damnum ipsorum I. et M. et contra voluntatem testatoris prædicti. Et quia nolumus, &c. hæctenus ibidem in casu consimili fieri consuevit, &c.

Istud breve fit loco brevis forma donationis in le remanere.

¶ Ac A. quondam civis, &c. M. filii suæ unum mesuagium, &c. habendum sibi et hæredibus de corpore suo exeuntibus legasset: L. mesuagium prædictum ingressus, illud post mortem prædictæ M. et W. filii et hæredis ejusdem M. præfato I. fratri et hæredi prædicti W. deforciat minus juste, in ipsius, &c. T. &c.

Aliter pro hærede in feodo talliato ubi antecessor suus habuit executores.

¶ Istud breve fit loco brevis forma donationis in le descendere.

Regula.

¶ Ac I. Parys quondam civis civitatis prædictæ pater prædicti S. cuius hæres ipse est, unum mesuagium et duas shopas cum pertinentiis in suburbiis Londoni, M. filia ipsius I. et hæredibus de corpore ipsius M. legitime procreandis habend' legasset, ita quod si eadem M. sine hærede de corpore suo legitime procreato obiret, prædicta mesuagia et shopæ cum pertinentiis R. filio prædicti I. et hæredibus de corpore prædicti R. legitime procreatis remanerent: L. capellanus cantariæ ad altare sancti Johani in novo opere in ecclesia sancti Pauli Londoni, pro anima magistri W. quondam canonici ejusdem ecclesiæ ordinatæ, prædicta mesuagia et shopas cum pertinentiis post mortem prædictorum M. et R. præfato S. ad quæ eadē mesuagia et shopæ cum pertinentiis reverti debent, eo quod uterq; prædictorum M. et R. obiit sine hærede de corpore suo legitime procreato ut dicitur, deforciat minus juste in ipsius S. &c. T. &c.

Aliter pro hærede de ten' legatis in feodo talliato. Efficitur istud breve loco forma donationis in le reverti, pro hærede donatoris.

¶ Aliter quando mulier, cui tenementa remanebant in feodo talliato virtute legationis, habuerit quatuor filias, quæ partitionem inde inter eas post mortem matris suæ fecerunt, & una filiarum mortua fuerit sine hærede de corpore suo procreato, & duæ de sororibus habuerint exitum & mortuæ fuerint, & soror superstes ceperit virum & exitus alterius sororum ceperit virum, fiat istud breve pro viris cum uxoribus & exitu tertiæ sororis, ad recuperandū pro partē sororis quæ sine exitu mortua fuerit, &c. & fit loco forma donationis in le descendere pro proportia ut patet in brevi sequenti.

Causus.

¶ Ac

De Tenementis Legatis.

Breve.

¶ Ac I. de S. quondam civis civitatis præd' in testamento suo in ultima voluntate sua, unum mesuagium cum pertinentiis in eadem civitate Christianæ filij A. & hæredibus de corpore ipsius C. legitime procreatis habendum legasset, ita quod si eadem C. sine hærede de corpore suo legitime procreato obiret, mesuagium prædictum B. forori ejusdem C. & hæred' de corpore ejusdem B. legitime procreatis remaneret: I. de B. post mortem præd' C. quæ obiit sine hærede de corpore suo legitime procreato ut dicitur, & Beatricis & Katherinæ filij & unius hæredum ejusdem B. quæ quartam partem mesuagii prædicti tenuit in propartem suam, ipsam post mortem prædict' B. de prædicto mesuagio per partitionem inter ipsam K. & præfatam Aliciam & Amiciam H. matrem prædicti I. cujus hæres ipsa est, & II. de H. matrem prædict' E. cujus hæres ipsa est, filias & cæteras hæredum ejusdem Beatricis inde factam contingentem, prædictam quartam partem ingressus, eam præfatis R. A. I. W. & E. deforciat minus juste, &c. T. &c. Apud Londoni anno E. tertii 20.

Aliter.

¶ Rex, ballivis civitatis suæ Cicestr' salutem. Ex gravi querela L. & A. uxoris ejus accepimus, quod cum secundum consuetudinem in eadem civitate, &c. ejusdem civitatis tenementa quæ sibi acquiserat in eadem civitate, &c. in testamento suo in ultima voluntate sua præfatis A. & hæredibus suis legasset: I. & I. uxor ejus prædictum mesuagium præfatis L. & A. deforciat minus juste, in ipsorum, &c. ut supra in primo brevi, &c.

De testamento probando de tenementis legatis. Fit istud breve ad sectam viri & uxoris ejus, cui quidem uxori ten' illa fuerunt legata: pro eo quod ballivi villæ ubi ten', &c. recu- saverunt probare testamen- tum coram eis.

¶ Rex, vicecomiti I. salutem. Si L. dux Gloucest̄r dominus manerii de S. quod est parcella honoris Glouc̄ ut dicitur, fecerit, &c. tunc ponere, &c. B. & E. ballivos villæ de C. quod sint coram nobis, &c. ubicunque, &c. ostensuri quare cum nuper ad prosecutionem ipsius ducis nobis suggerentis, ipsum ac homines & tenentes suos de manerio prædicto quietos esse debere, ipsumque ducem & omnes alios dominos manerii prædicti & eorum homines & tenentes de eodem manerio, à tempore cujus contrarii memoria non existit semper hæcenus quieti esse consueverunt, à præstatione theolonii, passagii, & pontagii, per totum regnum, per diversa brevia nostra præceperimus præfatis ballivis, quod ipsum ducem ac omnes homines & tenentes suos de manerio prædicto, de theolonio, passagio, & pontagio, de bonis & rebus suis ad dictam villam de C. deferendis, quietos esse permetterent, put iidē dux & omnes alii dñi manerii prædicti & eorum homines & tenentes de eodem manerio de hujusmodi theolonio, passagio, & pontagio, quieti esse consueverunt, vel causam nobis significarent quare mandatis nr̄is eis alias inde directis minime paruerunt: iidē ballivi sp̄retis mandatis nostris prædictis, ipsum ducē ac homines & tenentes prædictos, de theolonio, passagio, & pontagio, pro bonis & rebus suis in dicta villa de C. præstandis quietos esse permittere, vel causam quare id facere minime deberent, nobis significare hæcenus non curarunt, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, &

et ipsius ducis et hominum et tenentium suorum prædictorum damnum non modicum et gravamen. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve, T. &c.

¶ Rex, vic L. salutem. Monstraverunt nobis homines et tenentes de manerio de F. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, quod licet ipsi et eorum antecessores tenentes de eodem manerio, à tempore quo non extat memoria, semper hæcenus quieti esse consueverunt, de expensis militum ad parlamenta nostra vel progenitorum nostrorum regum Angliæ pro communitate dicti comitatus venientium: tu tamé dictos homines et tenentes ad contribuendum expensis militum ad parlamentum nostrum apud Westm̄ ultimò convocatum venientium, distringis jam de novo, in ipsorum hominum et tenentium dispendium non modicum, et aliter quam temporibus retroactis fieri consuevit. Et quia ipsos homines et tenentes indebite prægravari nolumus in hac parte: tibi præcipimus quod si i a est, tunc ab huiusmodi districtione præfatis hominibus et tenentibus præmissa occasione faciendâ desistens, ipsos ad contribuendum expensis militum ad parlamentum nostrum prædictum venientium nullatenus compellas, aliter quam temporibus retroactis fieri consuevit. T. anñ 19. Hoc breve concessum fuit per G. Lescrop. &c.

Quod homines de antiquo dominico non contribuant expensis militum ad parlamentum venientium.

* Hoc breve concessum fuit pro hominibus de Odiham, & concessum fuit pro omnibus aliis antiquis dominicis per cancellariū Lescrop & W. de Herleston.

Nota.

¶ Rex, vicecomiti W. salutem. Quia ex gravi querela venerabilis patris episcopi Cestr̄ accepimus, quod licet ipse sicut cæteri prælati et pceres regni nostri, ad parlamentum nostrum, qd nuper apud Westm̄ summoneri fecimus, p negotiis nos et statum regni nostri Angl̄ contingentibus personaliter de mandato nostro venerit, et ibidem moram fecerit durante parlamento antedicto: tu nihilominus nativos ipsius episcopi in balliva tua, ad contribuendum cum communitate comitatus illius expensis militum, qui pro communitate illa ad parlamentum illud venerunt, distringis minus juste, in ipsius episcopi et nativorum suorum prædictorum dispendium non modicum et gravamen. Et quia non est juri consonum quod nativi prædicti episcopi, qui parlamento nostro prædicto de mandato nostro personaliter interfuit, expensis contribuant militum prædictorum, præsertim cum bona ipsorum nativorum sint propria bona dicti episcopi: tibi præcipimus quod ipsos nativos de huiusmodi contributione cum communitate prædicta faciendâ quietos esse permittatis, Et districtionem, &c.

Quod nativi non contribuant expensis militum, quia dominus illorum venit ad parlamentum.

¶ Rex, archidiacono Midd' et eius offic ac eorum commissarij salutem. Cum in parlamento nostro apud Westm̄ anno regni nostri quarto convocato, per nos et per prælatos, comites, barones, ac totum consilium nostrum ibidem concordatum fuisset, quod clerici nostri de cancellaria beneficiati, in parliamentis, cõciliis et tractatibus nostris, ad obsequendum nobis et populo regni nostri personaliter existentes, ad contribuendū ratione beneficiorū suorū expensis pcuratorum de clero

Quod clerici beneficiati de cancellaria, non contribuent expensis procuratorum episcopi existentis in parlamento.

Superfedeas.

aliquarum dioꝝ, ad hujusmodi parlamenta, consilia, & tractatus de mādato nostro venientium, dum in eisdem præsentibus forent, essent quieti: nos concordiam prædictam illasam in omnibus, maxime cum expensæ prædictæ propter absentiam illorum qui dictis parliamentis, &c. non interfuerint præstentur, volentes observari, vobis mandamus quod T. personam ecclesiæ de N. Londoniæ dioꝝ, qui clericus de cancellaria nostra est, & qui in parlamento nostro apud Westmonasterium ultimo tento in obsequio nostro & communitatis populi regni nostri præsens fuit, ad contribuendum ratione beneficii sui prædicti expensis procuratorum qui ad dictum parlamentum pro clero dictæ dioꝝ venerunt, seu aliorum procuratorum qui ad alia parlamenta, &c. per nos nunc tenenda venire contingeret, dum hñdi obsequiis intenderit, nullatenus cōpellatis, seu per ministros vestros aliquo modo compelli permittatis, sed ipsum de expensis hñdi quietum esse faciatis juxta concordiam prædictam. Et si quid ab eo ea occasione levatum fuerit: id ei sine dilatione restitui, necnon processibus, si qui per censuras ecclesiasticas contra ipsum ex causa prædicta facti fuerint, supersederi, & sententiã, si qua in ipsum fulminata fuerit, sine dilatione revocari fac, T. &c.

Quod homines de antiquo dominico non contribuant expensis militum.

¶ Rex, vicecomiti Hunting' salutem. Cum secundum consuetudinem in regno nostro Angliæ hæctenus obtentam & approbatam, homines & tenentes de antiquo dominico coronæ Angliæ, quieti sint & esse debeant à contributione expensarum militum ad parlamenta venientium, & licet manerium de G. in comitatu tuo sit de antiquo dominico coronæ Angliæ, prout per quandam certificationem nobis in cancellariã nostrã per thesaurarios & camerarios nostros de mandato nostro missam, & in filaciis cancellariæ prædictæ residentem, plene liquet: tu nihilominus homines & tenentes manerii prædicti, ad contribuendum expensis militum ad ultimum parlamentum nostrum pro communitate comitatus prædicti venientium assedisti jam de novo ut accepimus, & summam super eos sic assessam levare, ac ipsos ea de causa distringere intendis minus juste, contra consuetudinem prædictam. Nos nolentes homines & tenentes illos in hac parte indebite prægravari: tibi præcipimus quod ab hujusmodi levatione & districtione, præfatis hominibus & tenentibus per te aut ministros tuos occasione prædicta inferendis penitus desistens, eosdem homines & tenentes de contributione expensarum militum ad dictum parlamentum nostrum venientium prout justum fuerit quietos esse permittas juxta consuetudinem prædictam. Et districtionem, si quam præfatis hominibus & tenentibus occasione præmissa indebite feceris, sine dilatione relaxari fac eisdem, T. &c.

¶ Rex,

Rex justitariis suis de banco salutem. Quia burgenſes n̄ri de K. per cartas progenitorū noſtrorū quondā regum Angl̄ clamant habere diverſas libertates, quibus ipſi & antecſſores ſui burgenſes ejuſdē villæ à tempore confeſtionis cartarū p̄d' ſemper haecenus uſi ſunt & gaviſi ſicut dicunt: vobis mandamus quod ipſos burgenſes, libertatibus prædictis coram vobis in banco uti et gaudere p̄mittatis juxta tenorē cartarū p̄dictarum, & prout eis uti et gaudere debent, ipſique et antecſſores ſui prædicti libertatibus illis à tempore prædicto ſemper haecenus rationabiliter uti & gaudere conſueverunt. T. &c.

De libertatibus allocandis in genere.

¶ Eodem modo ſcribatur vicecomiti in ſuo caſu mutatis mutandis.

Regula.

¶ Rex, eiſdem ſalutem. Cum inter cæteras libertates, quæ ad meliorationē villæ n̄ræ de K. p̄ cartas progenitorū noſtroſ quondā regum Angliæ conſeſſæ ſunt burgenſibus ejuſdem villæ, conſeſſum ſit eiſdem, q̄d ipſi non implacitent ſeu implacitentur alibi quam infra burgum prædictum corā cuſtode ejuſdē, de aliquibus tenuris intrinſecis, ſeu tranſgreſſionibus et contractibus infra eundem burgum factis, prout in cartis p̄dictis plenius continetur, qua quidē libertate iidē burgenſes & antecſſores ſui ejuſdem villæ burgenſes à tempore confeſtionis cartarū p̄dictarū ſemper haecenus rationabiliter uſi ſunt ſicut dicunt: vobis mandamus quod eoſdem burgenſes libertate prædicta corā vobis uti et gaudere p̄mittatis, juxta tenorē cartarū prædictarum, p̄ut ipſi ea uti debent, ipſiq; & antecſſores ſui prædicti à tempore præd' ſemper haecenus uti et gaudere conſueverunt. T. &c.

Aliter in ſpecie per cartam progenitoris.

¶ Rex, dilectis et fidel' ſuis A. B. et O. juſticiariis ſuis ad inquirendū de roberiiſ, homicidiis, ſeloniiſ, et aliis tranſgreſſionibus in comitatu C. factis, necnon oppreſſionibus, damnis, & injuriis populo n̄ro ibidē, p̄ vicecomitem, ballivos, & alios miniſtros illatis, et ad ea tam ad ſeſtā n̄m quā aliorū quorumcunq; ſe inde cōqueri volentū audiend' & terminand' assignatis, ſalutem. Cum inter cæteras libertates, quas H. quondam rex Angl̄ proavus noſter, per cartam ſuam conſeſſit dilectis nobis in Chriſto abbati & monachis de F. conſeſſum ſit eiſ' ē, quod ipſi in maneriis ſuis de C.N. & S. cum hundr̄ & omnibus ſuis pertinentiis, habeant omnē regiā libertatē & conſuetudinē, & omnē juſtitiā ſuam, de omnibus rebus & negotiis quæ eiſdē maneriis & hundredis & pertinentiis ſuit evenient' vel evenire poterunt, nec quod aliquis niſi per eos ſe inde intromittat, prout in carta prædicta plenius continetur, qua quidē libertate iidem abbas & monachi & prædeceſſores ſui à tempore confeſtionis cartæ prædictæ ſemper haecenus rationabiliter uſi ſunt ſicut dicunt: vobis mandamus quod eoſdē abbatē & monachos libertate prædicta coram vobis, &c. ut in præcedenti brevi, &c.

Per cartam H. progenitoris regis.

¶ Rex, majori & ballivis ſuis Dublin̄ ſalutem. Cum nos quaſdā libertates venerabili in Chriſto patri Sarū epiſcopo, & canonicis eccl̄ beatæ Mariæ Sarū, ac civibus ejuſdem civitatis, p̄ cartas progenitorū n̄rorū quondam regū Angliæ conſeſſas p̄ cartā n̄ram cōfirmaverimus, ac etiā p̄ eandem cartam conſeſſerimus, quod licet iidem epiſcopus canonici

Aliter per cartam confirmationis cum clauſula licet, & conſeſſionis de novo.

aut

De Libertatibus allocandis.

aut eorum prædecessores, vel cives seu eorum successores, libertatibus & quietantiis in dictis cartis contentis, aut earum aliqua hæcenus aliquo casu emergente plene usi non fuerint, ipsi tam n̄ episcopus & canonici et eorum successores, ac præfati cives & eorum hæredes & successores, libertatibus & quietantiis prædictis de cætero plene gaudeant & utantur, et insuper quasdam alias libertates eisdem episcopo, canonicis, & civibus p̄ prædictam cartam nostram de novo concesserimus, prout in carta prædicta plenius continetur: vobis præcipimus quod ipsos episcopum, canonicos, & cives, libertatibus & quietantiis in dicta carta nostra contentis, & earum qualibet, coram vobis in dicta villa D. uti & gaudere permittatis, juxta tenorem cartæ nostræ præd', ipsos contra tenorem ejusdem non molestantes in aliquo seu gravantes. T. &c.

Aliter per cartam progenitoris regis & confirmationis regis cum clausula licet.

¶ Rex, dilectis et fidelibus suis W. de S. et sociis suis justitiarum ad diversas felonias & transgressiones in com̄ S. factas audiend' & terminand', assignatis salutem. Cum progenitores n̄ri quondam reges Angl' per cartas suas concesserint burgenfib' n̄ris Glouc, diversas libertates & quietantias, quibus ipsi & eorum antecessores à tempore consecrationis cartarum prædictarum semper hæcenus usi sunt sicut dicunt, ac nos cartas illas p̄ cartam n̄ram confirmaverimus, & insuper concesserimus eisdem, quod licet ipsi aliqua vel aliquibus libertatum & quietantiarum &c. ut supra utantur, prout in carta n̄ra prædicta plenius continetur: vobis mandamus quod visis cartis & confirmationibus prædictis, ipsos burgenfes omnibus & singulis libertatibus & quietantiis in eisdem cartis & confirmationibus contentis, coram vobis uti & gaudere permittatis juxta tenorem cartarum & confirmationum prædictarum, ipsos contra tenorem earundem non molestantes in aliquo seu gravantes, T. &c.

Aliter per cartam progenitoris regis & confirmationis regis cum clausula licet & per concessionem ulterius.

¶ Rex, justiciariis suis de banco salutem. Cum inter cæteras libertates & quietantias burgenfib' villæ de G. per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angl' concessum sit eis, quod nullus dictorum burgenfium placitetur extra muros burgi prædicti, de ullo placito præter placita de tenuris exterioribus, exceptis monetariis & ministris nostris, nosq; cartas illas p̄ cartam nostram jam confirmavimus, & ulterius eis p̄ nobis & hæredibus nostris concesserimus, quod licet ipsi, &c. ut supra, extunc plene gauderent & uterentur sine contradictione vel impedimento nostro vel hæred' nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcumq; & etiam eis per eandem cartam nostram ulterius pro nobis & hæredibus n̄ris concesserimus, quod nullus dictorum burgenfium placitetur extra muros dicti burgi, præter placita de tenuris exterioribus, exceptis monetariis & ministris nostris, prout in carta prædicta plenius continetur: vobis mandamus quod præfatos burgenfes libertatibus prædictis & earum qualibet coram vobis in banco prædicto absq; impedimento uti & gaudere permittatis, juxta tenorem cartarum, confirmationum, & concessionum prædictarum, ipsos burgenfes vel eorum aliquem super eisdem libertatibus & quietantiis vel earum aliqua contra tenorem earundem cartarum, confirmationum, & concessionum non

non molestantes in aliquo seu gravantes. T. &c.

¶ Rex, eidē salutē. Cū inter cæteras libertates, &c. ut supra in secundo brevi usq; ibi, eundē burgū factis, et licet iidem burgenfes et eorum antecessores burgenfes ejusdē villæ, libertate illa à tempore confectionis cartarū prædictarū semper hæctenus usi sunt ut dicunt: vos tamen ipsos burgenfes quominus hūdi libertate corā vobis, in quadā assisa no. disseis, quam A. arrainavit, &c. de tenementis in K. uti possint et gaudere, impeditis jam de novo, in ipsorū burgenfium dispendium non modicum et gravamen, ac contra tenorē cartarū prædictarum. Et quia eis dē burgenfibus super libertatibus prædictis injuriari nolimus in hac parte: vobis mandamus quod ipsos burgenfes libertate illā corā vobis in bāco p'd' uti et gaudere permittatis, juxta tenorē, &c. et prout eis uti debent, ipsiq; et antecessores sui, &c. ut supra. T.

Aliter per cartam progenitoris prout, &c.

¶ Rex, &c. salutē. Cum dominus Henricus quondam rex Angl' progenitor noster inter cæteras libertates, quas p cartam suam dudum abbati & conventui de G. concesserat, concesserit eis dē, quod villa de C. p cæteris sit liberior, &c. recitando totam clausulam, quā quidē cartam p cartam nostram jam confirmavimus, & insuper concessimus quod licet, &c.

Aliter per cartam H. progenitoris regis cum confirmatione regis nunc cum clausula licet.

¶ Rex, dilectis, &c. Cum assignaverimus vos tres & duos vestrū, quorum vos p'fate A. unum esse volumus, justitios nostros ad quadā transgressionē D. mercatori de K. per W. et R. et quosdam alios illatā ut dicitur audiend', &c. secundū legem & consuetudinē regni nostri Angl': ac diversæ libertates et quietantiæ per cartam dñi E. quondam regis Angl' avi n'ri, quā dñs E. nuper rex Angl' pater noster per cartā suam confirmavit & quas inspeximus, dilectis nobis baronibus nostris quinq; portuum nostrorum sint concessæ, p'dictiq; W. et R. ac diversi alii in cōmissione n'ra super præmissis facta nominati, asserant se esse barones de portubus prædictis, et quod ipsi sicut cæteri barones de eisdē portubus, libertatibus, et quietantiis in carta et confirmatione prædictis contentis uti debent et gaudere, p'ut eis hæctenus rationabiliter usi sunt et gravati: vobis mandamus, qd si vobis legitime constare poterit, ipsos W. et R. et alios in dicta cōmissione nominatos esse barones de portubus prædictis ut est dictū, tunc ipsos W. et R. et alios nominatos de eadem libertate, libertatibus et quietantiis in carta et confirmatione p'd' contentis, coram vobis absq; impedimento uti & gaudere permittatis, juxta tenorem cartæ & confirmationis prædictarū, & p'ut eis uti et gaudere debent, et hæctenus rationabiliter in hujusmodi casu fieri consuevit, &c.

Aliter pro baronibus quinque portuum.

¶ Rex, dilectis et fidei' suis R. et sociis suis justitiariis ad placita corā nobis tenenda assignatis salutem. Cum inter cæteras libertates dilectis nobis majori, ballivis, et civibus civitatis n'rae Lin' p cartā n'ram concessas concessum sit, quod nullus eorum placitet aut implacitetur extra eandē civitatē, &c. usq; ibi, plenius continetur: vobis mandamus quod præfatos majorem et balivos et cives, omnia prædicta placita tam de assisis, quam alia quæcunque placita coram eis in eodem Burgh-

Aliter pro majore, ballivis & civibus civitatis Lincoln.

De Libertatibus allocandis.

Burghmamont sine occasione vel impedimēto placitare et tenere permittatis, juxta tenorem cartæ nostræ prædictæ, & libertates illas eisdē majori, ballivis, & civibus allocetis, ipsos super libertatibus prædictis vel earum aliqua contra tenorem cartæ nostræ prædictæ non molestantes in aliquo seu gravantes. T. &c.

Regula.

✠ Consimile breve factum fuit justiciariis ad assisas in comitatu Lincoln' capiendas assignatis pro eisdem de libertatibus allocandis, &c.

Aliter cum clausula licet pro priore & conventu quod sint quieti de pannagio.

☞ Rex, custodi W. forestæ nostræ citra Trentam vel ejus locum tenēti in foresta nostra de E. salutem. Cum p̄ cartas progenitorum nostrorum quondā regum Angl' concessum sit dilectis nobis in Christo priori et conventui de R. quod ipsi habeant pasturā equis suis in foresta nostra prædicta & pannagium suum quietum, quas quidē cartas jam confirmavimus p̄ cartā nostrā, & insuper concesserimus eisdem priori & conventui, quod licet ipsi aliqua vel aliquibus libertatem in cartis illis contentarum hactenus usi non fuerint, ipsi tamen et successores sui libertatibus illis et earum qualibet plene gaudeant & utantur, prout in cartis & confirmatione nostra prædictis plenius continetur: vobis mandamus quod ipsum priorem de pannagio in foresta nostra prædicta quietum esse permittatis, juxta tenorē cartarum & confirmationis nostræ prædictarum, ipsum contra tenorē earundem non molestantes in aliquo seu gravantes. T.

Aliter de eodem.

☞ Rex, A. B. & C. justiciariis suis ad diversa felonias, transgressiones, damna, & facinora in com' Bed' audiend' & terminanda, & ad quædā alia in eodem comitatu facienda assignatis salutem. Quia dilectus nobis in Christo prior de D. per cartam progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, & confirmationē nostram, clamat habere diversas libertates, quibus ipsi & prædecessores sui priores ejusdem loci à tempore consecutionis cartarum et confirmationum prædictarum semper hactenus rationabiliter usi sunt et gavisi sicut dicunt: vobis mandamus quod ipsum priorem libertatibus prædictis coram vobis uti & gaudere permittatis, juxta tenorem cartarum & confirmationum prædictarum prout eis uti debet, idemq; prior et prædecessores sui prædicti libertatibus prædictis à tempore prædicto semper hactenus uti & gaudere consueverunt. T. &c.

De inquirendo de libertatibus allocatis.

☞ Rex, custodi Forestæ suæ citra T. salutem. Volentes certis de causis certiorari, quas et cujusmodi libertates H. clamavit corā justiciariis domini Edwardi quondam regis Angliæ avi nostri itinerantibus, ad placita forestæ de P. et quæ ei in eodem itinere allocatæ fuerunt, & qualiter, et quo modo, & super bundis et divisis inter dominicas terras ipsius avi nostri & baroniam de M. per præfatos justiciarios in eadē foresta tunc factis: vobis mandamus quod scrutatis rotulis prædictorum justiciariorum de itinere prædicto, qui in custodia vestra jam existunt ut dicitur, nos in cancellaria nostra de eo, quod inde inveneritis, sub sigillo vestro distincte et aperte sine dilatione reddatis certiores hoc breve nobis remittentes. T. &c.

☞ Rex,

Rex, dilectis sibi in Christo priori & conventui de H. salutem. Volentes dilecto valedo nro S. de sustentatione congrua providere: ipsum ad vos duximus transmittendū, rogantes quatenus ipsum S. in domū vram p̄dictam admittentes, ei talem sustentationem in omnibus, qualem P. jam defunctus habuit dum vixit in eadem, ministrari, & ei literas vestras communi sigillo domus vestræ signatas, mentionem de his quæ de eadem domo vestra sic percipiet facientes, sibi super hoc fieri, & ei liberari faciatis, p̄ quo vobis in agendis domus vestræ p̄dictæ teneri volumus specialius in futuro. Et quid inde ad hunc rogatum nostrum duxeritis faciendum: nobis rescribatis per p̄sentium portatorem, T. &c.

De corrodio habendo. Statutum E. 3. A. primo ca. 11.

☞ Rex, eidem salutem. Attendentes grata & laudabilia obsequia quæ dilectus serviens noster A. avo nostro & nobis hæcenus impendit: volentes eidem A. cui de sustentatione sua per ipsos avum seu patrē nrm aut nos nondum est provisum, de hujusmodi sustentatione p̄videre ut tenemur, ipsum ad vos duximus destinandū, rogantes quatenus ipsum Alexandrum in domum vestrā p̄dictā admittentes, ei talē sustentationē ut in victu & vestitu & aliis necessariis, qualem Radulphus jam defunctus habuit ad mandatum dicti avi nostri, de dicta domo vestra p̄cipiendam ministrari, sibiq; literas vestras patentes, &c. ut supra, sup hoc fieri & liberari faciatis, p̄ quo vobis, &c. in futuro. Et quid, &c. nos inde per literas vras & latorem p̄sentium reddatis distincte & aperte certiores, T. &c.

Aliter per literas avi.

☞ Rex, eidem salutē. Volentes de gratia nostra speciali dilectæ nobis G. nuper unæ domicellarum amitæ nræ nuper comitissæ de M. quæ ultimò obiit, cui de sustentatione sua p̄ nos nondum est p̄visum, de hujusmodi sustentatione p̄videre, ipsam ad vos duximus destinandā, mandantes sicut alias mandavimus, quatenus eandem Gertrudem in domū vestrā p̄dictā admittentes, & talem sustentationem ut in victu & vestitu & aliis necessariis, qualem Margareta jam defuncta dum vixit ex concessione nostra habuit in eadē, de dicta domo vestra p̄cipiendam concedere, sibiq; literas patentes communi sigillo vestro signatas, expressam mentionem de omnibus his quæ de dicta domo vestra sic percipiet facientes, fieri & deliberari faciatis. Et quid inde ad rogatum nostrum, &c. vel causam, &c. T. &c.

Aliter pro dāmicella.

☞ Rex, dilectis & fidelibus suis abbati & conventui de B. salutem. Volentes de gratia nostra speciali dilecto valedo nostro R. p̄textu boni servitii sui nobis impensi et impendendi, cui de sustentatione congrua, &c. ut supra habuit in abbacia vestra, &c. communi sigillo domus vestræ, &c. ut supra.

Aliter.

☞ Rex, dilectis, &c. Cum nuper volentes dilecto nobis H. p̄textu diutini servitii sui domino E. nuper regi Angliæ patri nostro et nobis hæcenus impensi, de sustentatione congrua providere: ipsum ad vos duximus destinandum, rogantes quatenus eundem H. in domum vestram admittentes, ei consimilem sustentationē de eadē domo vestra quoad vixerit percipiendā, qualem R. defunctus dum vixit ad rogatū dicti

Sicut alias.

De Corrodiis.

dicti patris nostri habuit in eadem, concedere, et literas vestras patentes sigillo vestro communi signatas, mentionē de his quæ de dicta domo vestra percipiet facientes, fieri feceritis nostro rogamini interven-
tu, pro quo vellemus vobis in agendis domus vestræ prædictæ teneri specialius in futuro, & quod inde ad dictum rogatum nostrum ducere-
tis faciend' nobis rescriberetis per eundem, de quo nihil hactenus fa-
cere curastis ut accepimus, unde non immerito conturbamur: vobis
igitur mandamus sicut alias mandavimus, quod præmissa faciatis juxta
tenorem, &c. directi, vel causam nobis, &c.

Aliter.

¶ Ac jam datum est nobis intelligi, quod licet ipsum H. ad rogatū no-
strum prædictum in dicta domo vestra admiseretis, et ei p literas ve-
stras patentes sustentationem in parte de eadem domo vestra percipi-
end', qualem prædictus R. habuit in eadem concesseritis, eidē tamen
H. sustentationem illam ad plenum concedere, aut nobis de eo quod
ad rogatum nostrum prædictum duxeritis faciend' rescribere non cu-
rastis, de quo miramur quam plurimum et movemur: vos igitur ro-
gamus sicut alias rogavimus, quod eidem H. consimilem sustentatio-
nem in omnibus de domo vestra prædicta quoad vixerit percipiend',
qualem præfatus R. habuit in eadē, concedatis, literas vestras paten-
tes de his quæ sic percipiet in forma prædicta ei fieri facientes, Et de
eo quod inde duxeritis faciend', nos per literas vestras & præsentium
portatorem distincte et aperte reddatis certiores, vel causam, &c. pa-
rere noluitis vel non debuistis. T. &c.

Cum pluries:
sed non forme-
tur super le fi-
cut alias quod
præcedit.

¶ Rex, dilectis, &c. Cum nuper volentes ut supra, providere, ipsum
ad vos miserimus, et vobis pluries mandaverimus, rogantes quatenus
eundem H. in domum vestram admitteretis, et ei talem sustentatio-
nem, &c. concederetis, & literas, &c. feceritis, vel causam nobis sig-
nificaretis quare mandatis nostris toties vobis inde directis minime
paruistis, ac vos spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, præ-
missa facere, vel saltem causam quare ea facere noluitis vel non po-
tuistis, nobis significare hactenus non curaveritis, in nostri ac manda-
torum nostrorum p'd' contemptum manifestum, & ipsius Henrici dam-
num non modicum & gravamen, de quo miramur quam plurimum &
movemur: vobis adhuc mandamus firmiter injungentes, quatenus
eundem H. in loco prædicti R. in domum vestram prædictam admit-
tatis, & ei consimilem liberationem, qualem præfato R. dum vixit
exhibuistis, ad totam vitam ipsius H. in eadem domo vestra percipi-
end' concedatis, & literas vestras patentes eidem H. inde fieri faciatis
juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum prius vobis in-
de directorum, vel vos ipse præfate abbas sitis coram nobis, &c. ubi-
cunque, &c. ostensuri quare mādati nostris prædictis toties vobis inde
directis parere noluitis vel non debuistis. Et habeatis ibi hoc breve.
T. &c.

Attachiāmen-
tum inde.

¶ Rex, viē N. salutē. Si I. de A. fecerit, &c. tunc pone, &c. I. abbatē
de C. qd sit, &c. ostensurus quare cū nos nuper volentes eidē I. p'textu
boni servitii sui tā dño E. nup regi Angl' patri nro quā nobis impensi,
de

de sustentatione congrua providere, ipsum ad præfatum abbatem et ejusdem loci conventum duxerimus transmittendum, mandantes quatenus ipsum I. in domum suam prædictam admitterent, et ei talem sustentationem in omnibus quoad vixerit de eadem domo percipiend', qualem Richardus defunctus dum vixit in domo sua prædicta ad rogatum dicti patris nostri in eadem habuit, ministrari, eique literas suas patentes de prædicta sustentatione sigillo cõmuni domus suæ prædictæ signatas fieri facerent, vel causam nobis significarent quare mandatis nostris alias eis inde directis minime paruerunt, vel quod idem abbas esset coram nobis à die sancti Hillarii, &c. proximo præterito ubicunq; tunc essemus in Anglia, ostensurus quare mandatis nostris prædictis toties ei inde directis parere contempsit, et breve nostrum ei inde directum haberet tunc ibidem: idem abbas spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, præfatum Johannem in domum suam prædictam admittere, et ei talem sustentationem quoad vixerit de domo sua prædicta percipiendam, qualem prædictus Richardus dum vixit ad rogatum dicti patris nostri de eadem domo percepit, ministrare, et literas suas patentes sigillo cõmuni domus suæ signatas ei inde facere, vel causam, quare præmissa facere noluit vel non potuit, nobis significare, vel coram nobis ad diem prædictum venire, aut breve nostrum ei inde directum ibidem retornare non curavit, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, et grave damnum ipsius Johannis ut dicit. Et habeas ibi hoc breve, T. &c.

¶ Rex, &c. salutem. Cum nuper, &c. usq; ibi minime parvistis, ac vos quosdam causas excusatorias nobis in cancellariam nostram miseritis quas insufficientes reputamus: vobis igitur mandamus firmiter injungentes quatenus eundem Alexandrum in domum vestram, &c.

Non obstante excusatione.

¶ Rex, dilectis sibi, &c. priori et conventui de K. salutem. Cum dilectus nobis G. qui quandam certam sustentationem in prioratu vestro prædicto ad rogatum nostrum obtinet, in voluntate existat quod dilectus vobis noster H. habeat totum statum quem idem G. habet in sustentatione prædicta, et ad illum effectum literas patentes sibi de dicta sustentatione per vos factas, vobis restituere sit paratus sicut dicit, supplicans nobis ut assensum nostrum ad hoc præbere dignemur: nos supplicationi ipsius G. annuentes, et insuper volentes præfato H. gratiam uberiores facere in hac parte, vobis mandamus rogantes, quod si idem G. dictas literas ad effectum prædictum restituere voluerit, tunc receptis penes vos literis illis, ipsum H. in domum vestram prædictam admittentes, ei sustentationem prædictam ad totam vitam ipsius H. de dicta domo vestra percipiendam concedatis, eique literas vestras patentes de eadem sustentatione sub sigillo domus vestræ prædictæ fieri et ei deliberari faciatis. Et quid ad hunc rogatum nostrum duxeritis faciend', nobis rescribatis per præsentium portatorem, T. &c.

De corrodio transferendo de uno in alium.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, et pro bono servitio quod dilectus et fidelis noster W. de N. chivaler

De Annua Pensione.

Patens de custodia forestæ regis, in recompensationem certæ summæ alicui per regem ad vitam suam concessa ut patet, &c.

valer nobis impendit & impendet in futuro, et in recompensationem illarum centum marcarum, quas ei nuper per literas nostras patentes concessimus, percipiendarū singulis annis de exitibus et proficuis vel de firma domini nri de Haverford' in S. per manus camerarii ibidem aut aliorum receptorum, custodum, seu firmariorū ejusdem domini de H. pro tempore existentium, ad terminos Paschæ et sancti Michaelis per æquales portiones ad totā vitam ipsius W. et pro eo quod ipse literas nras prædictas nobis in cancellaria nra restituit cancelland', cōcessimus et cōmisimus eidem W. custodiā forestæ nrae ultra Trentam cum pertinentiis, habend' ad totā vitam suam, percipiend' in eodē officio seodū consuetum, ita qd ballivi & ministri ac alii, quos præfat' W. ratione custodiæ præd' de exitibus et aliis ad nos in dicta foresta nostra spectantibus onerabit, nobis inde respondeant ad scaccarium nrm, & quod idem W. in fine cujuslibet anni rotulos suos ad dictum scaccarium nostrum deferat ibidem more solito liberand'. In cujus rei testimonium, &c. T. x. die Junii anno regni regis Richardi secundi quarto.

Midleton.

Patens super indenturas inter regem & alium de mutatione denariorum pro rege confectas, per quod rex concedit & promittit se tenere conventionem, &c.

Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum nos per certas indenturas inter nos ex una parte, & Mathæū Javyñ Lombardū ex altera parte confectas, teneamur eidem Matthæo in quatuor millibus marcarum nobis per ipsum Matthæum in magna necessitate nra mutuatis, ac in duobus millibus marcarum certis de causis in dictis indenturis contentis, in quibus indenturis certæ cōditiones & conventiones inter nos et ipsum M. pro securitate solutionis dictæ sum̄ sex millium marcarum, plenius expressantur: nos vero ad finem qd idē Matthæus de solutione dictæ sum̄ sex millium marcarum magis indubie sit securus, omnes et singulas conditiones, concessiones, et articulos in dictis indenturis contentos et expressatos, ex parte nostra absq; fraude tenere et observare tenore præsentium concedimus & promittimus bona fide. Et hoc omnibus et singulis quorum interest innotescimus per præsentem. In cujus, &c. T. &c.

De annua pensione.

Rex, dilectis sibi in Christo abbati & conventui de C. salutem. Cum vos ratione novæ creationis vestræ præfate abbas, teneamini uni de clericis nostris que vobis duxerimus nominand', in quadam annua pensione de domo vestra percipiend', quousque sibi provisum sit de beneficio ecclesiastico competenti, ac nos promotionē dilecti clerici nostri A. suis exigentibus meritis affectantes, ipsum ad hujusmodi pensionem à vobis percipiendā duximus nominand': vobis igitur mandamus quatenus eidem Alexandro talē pensionem de dicta domo vestra in forma prædicta percipiendā, quæ dantes deceat, percipientemq; fortius obligatum reddere debeat concedatis, literas vestras patentes sigillo capituli vestri signatas eidē Alexandro super hoc fieri facientes. Et quid inde duxeritis faciendum, nobis sine dilatione rescribatis. T. &c.

Per breve, &c. vel per ipsum regem.

¶ Univer-

☉ Universis ad quos presentes literæ pervenerint, abbas de C. et conventus ejusdem loci sive ejusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. Noveritis nos ad instantiam illustrissimi principis Edwardi Dei gratia regis Angliæ, dedisse et concessisse dilecto nobis in Christo Alexandro clerico, centum solidos sterlingorū in festo sancti Michaelis annuatim de camera nostra percipiendos, quousque eidem Alexandro de beneficio ecclesiastico competenti sibi per nos fuerit provisum. Et hoc ei quam citius facultas se obtulerit facere promittimus. Dicitur autem A. per se vel suum procuratorem legitime ad hoc constitutum, dictos centum solidos singulis annis apud G. recipiet. In cuius, &c. commune sigillum domus nostræ duximus apponendum. Datum in capitulo nostro, &c.

Litera de annua pensione.

☉ Rex, cancellario suo qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, vel custodi magni sigilli sui salutē. Promotionem dilecti clerici nostri A. p̄-textu boni servitii sui tam domino E. &c. quam nobis impensi corditer affectantes, ac volentes ipsum Alexandrum præmissa consideratione favore prosequi gratioſo: volumus q̄d idē A. ad primum beneficium ecclesiasticum taxationē viginti marcarum exedens vacatur, quod ad præsentationē nostram pertinuerit, et q̄d duxerit acceptandum præsentetur. Et ideo vobis mandamus quod eidē A. literas nostras de præsentatione ad primum beneficium ecclesiasticum vacatur, quod ad nos sic pertinuerit et quod duxerit acceptand' sub p̄dicto magno sigillo nostro in forma p̄dicta habere faciatis. In cuius, &c. T. &c.

De primo beneficio ecclesiastico habendo.

☉ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Attendentes gratā et laudabilia obsequia quæ dilectus clericus noster A. nobis ante hæc tempora gratanter exhibuit, super quibus tam per dilectum et fidelē nostrum W. quam alios fideles nostros sumus certitudinaliter informati, sperantesque quod in nostris agendis suæ affectionis et benevolentiae puritate continuabit successivis actibus in futuro, ac volentes ipsum munere prosequi gratioſo: concessimus ei quandā annuā pensionē viginti marcarum percipiend' singulis annis ad scaccarium nostrum, ad festa Paschæ et sancti Michaelis per æquales portiones, quousque ei per nos fuerit provisum infra regnum nostrum de beneficio ecclesiastico quod duxerit acceptand'. In cuius, &c. T. &c.

De pensione concessa ad scaccarium percipienda quousque &c.

Rex, escaetori salutem. Quia accepimus quod I. de B. fatuus et idiota existit, ita quod regimini sui ipsius, terrarum, tenementorum, bonorum et catallorum suorum non sufficit, et quod ipse in fatuitate sua magnam partem terrarum et tenementorum suorum alienavit, et etiam magnam partem bonorum et catallorum suorum dissipavit, in exhæredationem suam et nostri præjudicium manifestum: nos indemnitati ipsius I. in hac parte prospicere volentes, vobis mandamus quod ad ipsum I. in propria persona vestra accedatis, et ipsum viis et modis, quibus super statu suo melius poteritis informari, circumspecte examinatis. Et nihilominus p̄ sacramentum p̄borum et legalium hominum de balliva vestra, per quos rei

De inquirendo de idiota.

De inquirendo de Idiotis.

veritas melius sciri poterit, diligenter inquiras, si idē I. fatuus & idiota sit sicut prædict' est necne. Et si sit : tunc utrum à nativitate sua an ab alio tempore. Et si ab alio tempore : tunc à quo tempore, et qualiter, et quo modo, et si lucidis gaudeat intervallis, & si idē Johannes in eodem statu existens, terras aut tenementa aliqua alienaverit necne. Et si sic : tunc quas terras, & quæ tenementa, & ubi, & cui, vel quibus, & in cujus vel in quorum manibus terræ & tenementa illa sic alienata existunt, et qualiter, & quo modo, & quæ terræ, & quæ tenementa sibi adhuc remanent, & de quo vel de quibus tam terræ & tenementa sic alienata, quā terræ & tenementa sibi retenta teneantur, & per quod servitium, & qualiter, & quo modo, & quantum valeant per annum in omnibus exitibus, & quis propinquior hæres ejus sit, & cujus ætatis. Et inquisitionem inde distincte & aperte factam : nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro & sigillis eorum per quos, &c. mittas & hoc breve. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, &c. salutē. Quia R. idiota & adeo impotens ac mentis suæ nō compos existit, q̄d regimini sui ipsius, terrarum, vel aliorum bonorum suorum non sufficit ut accepimus, & q̄d magnā partē terrarum & aliorum bonorum suorum in balliva vestra postquam ad statum hujusmodi devenit, dedit & alienavit, in exhæredationē suā, & nostri dispendium non modicum : nos tam indemnitati ejusdem R. quam nostræ, ne dilapidatio bonorum suorum, seu exhæredationis periculum sibi, aut nobis dispendium, occasione fatuitatis suæ immineat nunc ac in futuro, prospicere volentes, vobis mandamus q̄d ipsum R. corā vobis in propria persona vestra constitutum, super statu suo circumspicte examinatis, & nihilominus per sacramentū proborum & legaliū hominū, &c. diligenter inquiratis, si idē R. idiota sit & mentis suæ non compos sicut prædict' est necne, &c. totum ut supra.

Aliter.

¶ Rex, escaetoribus, &c. salutē. Quia intelleximus q̄d I. idiota & fatuus existit, ita q̄d regimini sui ipsius, & terrarum seu tenementorum suorum non sufficit : nos super statu ipsius I. plenius certiorari volentes, vobis mandamus quod in propria persona vestra ad locum ubi prædictus I. manet accedentes, statum ipsius Johanñ videatis & examine- tis modis omnibus quibus melius fieri poterit, utrum videlicet idem I. idiota & fatuus à nativitate sua extiterit an ab alio tēpore, & si ab alio tēpore, tunc à quo tēpore & qualiter & quo modo, et super eo q̄d inde inveneritis, nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro sine dilatione reddatis certiores, remittentes nobis hoc breve. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, vicecom̄, &c. Præcipimus tibi quod per sacramentū, &c. diligenter inquiras, utrū I. de C. frater & hæres Thomæ de C. à nativitate suæ tēpore semper hæcenus purus idiota extiterit, per quod custodia terrarū & tenementorū suorum in C. ad nos debeat pertinere, an per infortuniū vel alio modo in hujusmodi infirmitatē postea inciderit propter q̄d hujusmodi custodia ad nos pertinere non debeat. Et si p̄ infortunium, vel alio modo : tunc p̄ q̄d infortunium, & qualiter, & quo modo, & cujus ætatis fuerit, & de quo terræ illæ & tenementa
immediate

immediate tenentur, et p̄ q̄d servitium, et quis modo ea teneat, & quantū valeant p̄ annum in omnibus exitibus, et quis medio tēpore exitus eorundē percepit. Et inquisitionē inde distincte et aperte, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod p̄ sacramentū, &c. Aliter si extitit fatuus à primæva ætate. diligenter inquiras, utrum T. filius et hæres I. de C. defuncti, à primæva ætate sua fatuus extiterit, ita q̄d regimini sui ipsius et terrarū suarum non sufficiat necne, et quæ terrē eidē T. post mortem præd' I. patris sui jure hæreditario descenderunt, & de quo terras illas tenuit, & p̄ quod servitium, et quantum terrē illæ valeant p̄ annum in omnibus exitibus, et si idem Thomas postquam terrē illæ ad manus suas devenerunt, aliquid inde vendiderit seu alienaverit, et si sic, tunc quātum, & cui, vel quibus venditio illa seu alienatio p̄ ipsum Thomā facta est. Et inquisitionem, &c.

¶ Rex, I. de T. salutem. Quia datum est nobis intelligi, quod R. frater tuus fil' et hæres B. defuncti patris tui idiota est et non sanæ mentis existit, ita quod regimini sui ipsius aut terrarū suarum providere non sufficiat: nos volentes de statu p̄dicti R. fratris tui certiorari, tibi præcipimus firmiter injungentes, quod statim visus præsentibus, prædict' R. in custodia tua existentem ut dicitur, corā nobis & consilio nostro apud Westmonasterium sine dilatione duci facias, ita quod sit ibidem hac instanti die Jovis, ibidem coram eodē consilio nostro examinandus, & ad faciend' de eo quod p̄ avisamentum consilii nostri super hoc duxerimus ordinandum. Et hoc sub pœna centum librarū nullatenus omittas. T. &c. De idiota coram consilio ducendo ad examinandum.

Rex, vicecomiti, &c. salutem. Quia frater I. canonicus de A. spreto habitu ordinis illius, in habitu seculari de patria in patriam in balliva tua vagatur & discurret, in animæ suæ periculum, & ordinis sui scandalum manifestum, sicut dilectus nobis abbas de A. nobis significavit per literas suas patentes: tibi præcipimus quod præfatum Johannem, ubicunque in balliva inveniri contigerit, sine dilatione arrestes, & prædicto abbati vel ejus in hac parte attornato liberes, secundum regulam ordinis prædicti castigandum. T. &c. De apostata capiendo.

¶ Rex, eidē salutē. Quia frater T. monachus de S. ordinis Climaceñ in ordine illo professus, spreto habitu ordinis illius, &c. sicut dilectus nobis in Christo abbas de B. p̄ literas suas patentes nobis significavit: tibi præcipimus quod præfatum, &c. ut supra. Aliter.

Rex majori & vicecomitibus London' salutē. Quia accepimus q̄d I. de H. leprosus existit, & inter homines civitatis p̄d' cōmuniter conversatur, & cum eis tam in locis publicis quā privatis cōmunicat, et se ad locum solitariū prout moris est ad ipsum pertinet transferre recusat, ad grave damnum hominum prædictorum, & propter contagionem morbi prædicti periculum manifestum: nos hujusmodi De leproso amovendo.

De Venellis Mundandis.

modi periculo prout ad nos pertinet præcavere, & super præmissis quod justum est et utilitatum fieri volentes, vobis præcipimus quod assumptis vobiscum aliquibus discretis et legalibus hominibus de civitate prædicta non suspectis, qui de persona præfati l. et de hujusmodi morbo notitiam habent meliorem, ad ipsum l. accedatis, & ipsum in præsentia prædictorum hominum faciatis diligenter videri & examinari. Et si ipsum leprosum esse inveneritis ut prædictum est: tunc ipsum honestiori modo, quo poteritis, à communione hominum prædictorum amoveri, et se ad locum solitarium ad habitandum ibidem prout moris est, transferre faciatis indilate, ne per hujusmodi comunem conversationem suam, hominibus prædictis damnum vel periculum eveniat quovis modo, T. &c.

De vicis & venellis mundandis.

Rex, majori & ballivis suis Oxoniam salutem. Quia ex testimonio accepimus fide digno, quod per simos & simaria, necnon porcarias et frequentem accessum porcorum ac plures alias sceditates, quæ in vicis et venellis villæ prædictæ et suburbiis ejusdem existunt, aer ibidem in tantum corrumpitur & inficitur, quod magistris & scholaribus in eadem comorantibus, et aliis ibidem conversantibus & transeuntibus, horror abhominabilis incutitur, comoditas salubrioris aeris impeditur, status hominum graviter læditur, aliaque intolerabiles incommoditates, & quam plurima discrimina ex corruptione hujusmodi pervenire noscuntur, in magistrorum & scholarium prædictorum, et aliorum ibidem conversantium et transeuntium nocumentum, & vitæ suæ periculum manifestum: nos nolentes hujusmodi defectus enormes & intolerabiles ibidem ulterius sustinere, vobis præcipimus quod omnes vicos et venellos in villa prædicta et ejus suburbiis, de simis et simariis ac aliis sceditatibus prædictis mundari, & mundatos in posterum conservari, sine dilatione aliqua faciatis, ne per corruptiones aut sceditates prædictas, damnum seu periculum aliquibus in vestri defectu eveniat in futuro, pro quod ad vos tanquam ad mandati nostri contemptores graviter capere debeamus, T. &c.

Pro rata portionis de onerando.

Rex, dilecti & fidei, suo W. F. constabulario castri P. reginæ Angliæ confortis nostræ charissimæ de T. ac custodi manerii sui vel ejus locum tenenti de G. salutem. Ex parte dilecti nobis in Christo prioris de W. nobis est ostensum, quod cum H. duas bovatas terræ cum pertinentiis in W. de M. Levetot quondam domina manerii illius, pro servitium septem solidorum et septem denariorum tenuisset, et licet idem prior de eisdem duabus bovatis terræ, quinque acras & tres rodas tantummodo teneat, quadragintaque acras terræ de eisdem duabus bovatis terræ in manibus abbatis de Rupe, & residuum in manibus Johannis de F. Johannis de B. Johannis de C. & Adæ filii Patricii jam existat, quorum quilibet sufficiens est ad redditum pro rata portionis tenuræ suæ in hac parte solvendum: vos nihilominus de eisdem septem solidis et septem denariis, quatuor solidos & septem denarios à præfato priore pro prædictis quinque acris & tribus rodibus quas
ut

ut præmittitur inde tenet, in exonerationem ipsius abbatis et aliorum tenentium prædictorū exigitis, et ipsum ea occasione distringi faciatis, in ipsius prioris dispendium non modicū et gravamen, super quo nobis supplicavit, &c. adhiberi. Et quia eidem priori injuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quod si ita est, tunc dictos septē solidos et septē denarios, tam de præfatis abbate I.I.I. et A. quā de ipso priore, de quolibet v. corundem pro rata portionis tenuræ suæ dictarū bovatarum terræ, nemini eorum in hac parte parcendo nec aliquē ultra portionem tenuræ suæ inde injuste onerando, levare fac'. Proviso semper quod prædicti septē solidi & septem denarii, de omnibus tenentibus prædictis leventur ut est justum. T. an. 9. &c.

¶ Rex vicecomiti Cumbri salutem. Monstraverunt nobis I. A. & W. Aliter de eodem quod cum quatuor bovatarū terræ cum pertinentiis in P. quæ fuerunt B. et quæ de nobis tenentur per servitium xiii. solidorum per annū reddendorum per manus vicecomitis nostri comitatus prædicti qui pro tempore fuerit, ad manus prædictorum I. A. et W. necnon ad manus T. ex perquisito suo devenerint, & licet iidem I. A. & W. duas bovatas terræ inde tantūmodo teneant: tu tamen prædictos 13. solidos annuos à præfatis I. A. et W. omisso præfato Thoma qui dictas duas bovatas terræ residuas tenet exigit, & ipsos I. A. et W. pro prædictis 13 s. annuis nobis reddendis per varias distinctiones cōpellis in ipsos, &c. super quo, &c. Et quia, &c. tibi præcipimus quod si per inquisitionem super præmissis faciend', vel alio modo legitimo tibi constare poterit, prædictas quatuor bovatas terræ per servitium 13. solid' de nobis tantūmodo teneri, & ipsos I. A. et W. duas bovatas terræ inde, et prædictum Thomā alias duas bovatas terræ residuas tenere ut est dictum: tunc accepto à præfatis I. A. et W. eo, quod ad nos pertinet pro rata portionis tenuræ suæ quam inde tenent, ipsos de residuo servitii prædicti quietos esse permittas. Proviso semper quod dictum residuum servitii illius à præfato Thoma ad opus nostrum levetur ut est justum. T. &c.

¶ Rex dilectis et fidelibus suis T. et sociis suis justiciariis nostris ad in- Aliter de eodemquirendum de defectibus magni pontis Cantuar', et ad defectus illos reparari et emendari faciendum assignatis salutē. Ex parte R. nobis est graviter conquerendo monstratum, quod cum præsentatum sit coram vobis, quod idē R. tenet quatuor hidas terræ cum pertinentiis in D. in comitatu prædicto, quæ de reparatione pontis prædicti ab antiquo onerari consueverunt, vel sic, quæ ad reparationem pontis prædicti teneri afferuntur, et licet ipse nisi tantum xv. acr' terræ de dictis quatuor hidas terræ, & quidam alii totum residuum earundem quatuor hidarum teneant: vos tamen occasione præsentationis prædict', septē libras, ad quas dict' quatuor hidæ terræ pro reparatione pontis prædicti appportionatæ sunt, de eodem Richardo, ac si ipse dictas quatuor hidas terræ integre tenuerit cum non teneat, omissis aliis tenentibus prædictis, levare nitimini, et ipsum ea occasione graviter distringi & multipliciter inquietari facitis, in ipsius Richardi grave damnum et status

De Manuptione.

status sui depressionē manifestam, super quo nobis supplicavit sibi de remedio provideri. Et quia ipsum R. in hac parte indebite nolumus onerari: vobis mandamus quod, si per inquisitionē inde in præsentia ipsius R. si interesse voluerit capiendam, vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum R. nisi xv acras dictarum quatuor hidarum terræ tantummodo tenere, et residuum earundem quatuor hidarum terræ in manibus aliorum tenentium existere ut est dictum, tunc dictas septem libras, ad quas dictæ quatuor hidæ terf pro reparatione pontis prædicti sic assessæ sunt, tam de præfato R. quam de aliis tenentibus prædictis, videlicet de quolibet eorundē juxta ratam tenuræ suæ earundē quatuor hidarum terræ, nemini in hac parte parcendo, nec aliquē tenentium eorundem ultra ratam tenuræ suæ indebite onerando, levari fac, præsentatione prædicta non obstante. Et si quid ab eodē R. ultra portionē tenuræ suæ præd' minus juste levatum fuerit: id ei sine dilatione restitui fac. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, ballivis suis de B. salutem. Ex parte R. nobis est ostensum, quod cum unum tostum et centum acrae terf cum pertinentiis in B. quæ fuerunt S. de nobis ut de manerio prædicto per servitium quindecim solidorū nobis annuatim reddendō teneantur, et licet idem R. viginti acras terf de prædictis centum acris terf tantummodo teneat, residuumq; eorundē tenementorū in manibus C. et D. existat: vos nihilominus ipsum R. ad solvendum nobis sex solidos de eisdem xv solidis pro dictis 24 acris terræ, quanquam de tanta summa pro portione sua onerari non debeat, in favorē ipsorū C. et D. distringitis, in ipsius R. damnū non modicum et gravamen. Et quia præfato R. injuriari nolumus in hac parte: vobis præcipimus quod si ita est, tunc dictos 15 solidos tam de prædicto R. quā de prædictis C. et D. de quolibet videlicet eorundē pro rata portionis tenuræ suæ, nemini illorum in hac parte parcendo, si secundum consuetudinē manerii illius fuerit faciendum ad opus nostrū levare faciatis, ipsum R. ultra portionē ipsum contingentem inde indebite non onerantes. T. &c.

Manuptione pro
indictato de la-
trocinio coram
vicecomite ex
officio per sta-
tutum W. pri-
mer cap. 15.

R Ex, vicecomiti Glouc salutem. Ex parte R. capti et detenti in gaola nostra Gloucestf, pro quodam latrocinio unius equi apud S. ut dicitur factō, unde coram te per quandam inquisitionem ex officio tuo captam indictatus est ut dicitur, nobis est ostensum, quod licet ipse tibi frequenter obtulerit sufficientes manucaptores, qui eum manucaperent, juxta formam statuti apud Westmonastef dudum editi, in quo continetur quod de hujusmodi latrociniiis coram vicecom vel ballivis per inquisitiones ex officiis suis captas indictati, replegiabiles sunt dum tamen bonæ famæ sint: tu tamen manucaptores illos à præfato R. recipere, et ipsum per manuptionem hujusmodi à gaola prædicta hucusque deliberare distulisti, et adhuc differs, in ipsius R. dispendium non modicum et gravamen, et vitæ suæ periculum manifestum, et contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus quod idem R. in prisona prædicta contra formam

formam statuti prædicti diutius detineatur: tibi præcipimus quod si idē R. bonæ famæ sit, & per inquisitionē corā te ex officio tuo captam de latrocinio prædicto indictatus fuerit ut prædict' est, & pro eodem latrocinio & non alia occasione in prædicta prifona detineatur, & inveni-erit tibi sufficientes manuaptores qui eum manuapere voluerint, habere coram iusticiariis nostris ad gaolā nostrā prædictam delibe-randā assignatis vel assignand', in proximo adventu eorundē p gaola illa deliberanda, ad standum recto de latrocinio prædicto secundum legē & consuetudinē regni nostri Angl', tunc ipsum Richardum à pri-sona prædicta interim deliberari fac per manuaptionē supradictam juxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina manuaptoŕ illoŕ & hoc breve. T. anno 10.

* Ista clausula, dum tamen bonæ famæ sit, non continetur in statuto, sed additur Nota. per quosdam jurisperitos. Et alii addunt istam clausulam, & si de aliis latroci-niis prius rettati non fuerint, & non jacet, dum tamen bonæ famæ, &c. sed quære. Et cest clause est accordant à lestatut de W. primer cap. xv.

¶ Rex, viç Dorſ. salutē. Ex parte I. nobis est ostensum, ut cum ipse per quosdam æmulos suos de latrocinio cujusdam bovis Richardi apud S. tacto ut dicitur, coram ballivis Elizabeth' de burgo de hundredo suo de P. per inquisitionē ex officio eorundē ballivorum captā indictatus, & ea occasione captus, & in prifona nostra de D. detentus existat, & licet idem Johannes frequenter sibi obtulerit sufficientes manuapto-res qui cum manuaperent juxta formā statuti apud Westmonasteŕ dudum æditi, in quo continetur, &c. omnia, ut in præcedenti brevi, mutatis mutandis ut in conclusione: tibi præcipimus quod si idē Jo-hannes bonæ famæ sit, et per inquisitionem coram eisdem ballivis ex officio suo captam de latrocinio prædicto indictatus fuerit ut p̄dictum est, & pro eodē latrocinio, &c. ut supra.

Aliter de indi-
ctamento factō
coram ballivis
libertatis ex
officio.

¶ Rex, viç salutē. Ex parte I. nobis est ostensum, quod cum ipse pro suspicione latrocinii trium bovum apud S. facti captus, & in prifona nostra ibidē per magnum tempus detentus extiterit, et licet idē I. tibi frequenter obtulerit, &c. usq; ibi, in quo continetur quod illi qui pro levi suspicione sint capti replegiabiles sunt, dum tamē bonæ famæ sint: tu tamen manuaptores, &c. usq; ibi, tibi præcipimus quod si p̄dictus Johannes bonæ famæ sit, & pro h̄m̄di levi suspicione & non alia occa-sione in prifona prædicta sit detentus, & invenerit tibi sufficientes ma-nuaptores, &c. ut supra.

Manuaptio pro
homine capto
pro levi suspi-
cione.
Vide duo brevia
de manuapto-
ne super levi
suspicione inter
brevia de homi-
ne replegiando.
fol. 79, & 80.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Ex parte R. capti, & in prifona nostra de H. pro quodam latrocinio quinq; pellium lanutarum, H. de C. pretii decem denariorum apud E. ut dicitur factō, unde per inquisitionem coram te in wapentachio nostro de B. ex officio tuo captā indictatus est, detenti, nobis est ostensum, qd licet ipse, &c. dadum apud Westm̄ æditi, in quo continetur quod illi qui de parvo latrocinio qd non exce-dit valorem 12 denariorum, per inquisitiones coram vicecomitibus vel ballivis ex officiis suis captas indictati sint, replegiabiles existunt, si de aliis latrocinii prius rettati nō fuerint: tu tamē manuaptores, &c. tibi

Manuaptio
pro indictato
de parvo latro-
cinio.

De Manuptione.

tibi præcipimus quod si prædictus R. per inquisitionem coram te ex officio tuo captam de latrocinio prædicto indictatus sit, et ea occasione et non alia in prisona prædicta detineatur, ipseque de latrocinii aliis prius reattatus non fuerit, et invenerit, &c. habere coram justiciariis nostris ad gaolam prædictam deliberandam assignari, in proximo adventu eorundem pro gaola illa deliberanda, ad standum recto de latrocinio prædicto secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, tunc ipsum R. à prisona prædicta interim deliberari facias per manuptionem supradictam, &c. T. anno 17.

Regula.

☞ In isto brevi præcedenti semper ponatur ista clausula, s. de aliis latrociniiis prius reattati non fuerint, & non ista, dum tamen bonæ famæ, &c.

Nota bene hanc regulam contra formam trium priorum brevium de manuptione.

Manuptione pro appellato vivente appellatore.

* Nota quod in brevibus de manuptione pro hiis qui sunt indictati de latrocinio coram vicecomite vel ballivo per inquisitionem ex officio captam, & qui capti sunt pro levi suspitione, & similiter capti pro parvo latrocinio quod non attingit valorem 12 denariorum, ponenda est clausula, nisi de aliis latrociniiis prius reattati non fuerint, &c.

☞ Rex, vicecomiti L. salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quod cum ipse per Thomam probatorem nostrum in gaola nostra L. existentem, de quadam roberia per ipsos insimul apud N. facta, sit appellatus, et ea occasione captus, et in gaola prædicta detentus existat, ac in statuto nuper ad Westm edito contineatur, quod illi, qui per probatores appellati sunt, vivente probatore, nisi bonæ famæ sint, irreplegiabiles existunt, et licet idem I. bonæ famæ sit, et frequenter tibi obtulerit sufficientes manuptiones qui eum manucaperent juxta formam statuti prædicti: tu tamen manuptiones illos à præfato I. recipere, et ipsum per manuptionem hujusmodi à prisona prædicta hucusque deliberare distulisti, in ipsius I. damnum non modicum et gravamen, et vitæ suæ periculum manifestum, ac contra formam statuti prædicti. Et quia volumus quod idem I. contra formam ejusdem statuti in prisona nostra diutius detineatur: tibi præcipimus quod si præd' I. bonæ famæ sit, et p appello prædicto et non alia occasione in prisona prædicta detineatur, et invenerit tibi sufficientes manuptiones qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad gaolam prædictam deliberandam assignatis vel assignandam, in proximo adventu eorundem in partibus illis pro gaola illa deliberanda, ad standum inde recto secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ: tunc ipsum I. à prisona prædicta interim deliberari facias per manuptionem supradictam juxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina manuptionum illorum, et hoc breve. T. &c.

Regula.

Manuptione post mortem probatoris, quia non est notorius laero.

☞ In isto brevi præcedenti ponitur ista clausula, si bonæ famæ sint p statutum, &c.

☞ Rex, vicecomiti salutem. Ex parte I. capti et detenti in prisona nostra de G. nobis est ostensum, quod cum ipse per N. probatorem nostrum in gaola prædicta nuper existentem qui mortuus est ut dicitur, de quadam roberia apud S. facta fuisset appellatus, ac in statuto dudum apud Westm edito contineatur, quod illi qui per probatores appellati sunt, post mortem probatoris, nisi ipsi latrones notorii fuerint, p sufficientem plevinam dimittantur, et licet idem I. post mortem prædicti probatoris tibi

tibi frequenter obtulerit sufficientes manucaptos, qui, &c. ut in præcedenti brevi usq; ibi, tibi præcipimus qd si prædict' probator mortuus sit, & prædict' I. notorius latro non existat, & pro appello prædicto, & non alia occasione in prisona prædict' detineatur, & invenerit tibi sufficientes manucaptos, &c. ut supra in præcedenti brevi usq; ad finē, T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quod cum ipse per quosdam æmulos suos de assensu mortis R. de T. quem C.P. & F. qui de morte illa nondum sunt convicti interfecerunt ut dicitur, indictatus, &c.

Manuceptio
pro indictato de
assensu mortis.

¶ Vel sic, de receptamento W. de diversis felonis in comitatu tuo perpetratis indictati, & de felonis illis nondum convicti ut dicitur, indictatus, &c.

De receptamento.

¶ Vel sic, quod cum ipse per quosdam æmulos suos de consilio & assensu quarundam feloniarum, quas T. & I. qui de felonis illis nondum sunt convicti, fecerunt ut dicitur, indictatus, &c.

De consilio &
assensu.

¶ Vel sic, de vi, auxilio, præcepto, jussione, & abbetto mortis R. quem W. qui de morte illa nondum convict' est interfecit ut dicitur, indictatus, & ea occasione captus, & in prisona nra de N. detentus existat, & licet idē I. frequenter, &c. in quo continetur, qd de hñdi assensu, &c.

De vi, auxilio,
præcepto, jussio-
ne & abetto.

¶ Vel sic, de hujusmodi receptamento, vel sic, de hujusmodi consilio & assensu, vel sic, de hñdi vi, auxilio, præcepto, jussione, & abbetto indictati vel rettati replegiabiles sunt, dum tamen bonæ famæ sint, quousque principales perpetratores feloniarum illarum super hñdi felonis per ipsos commissis convicti fuerint: tu tamen manucaptos illos à præfato I. &c. ac contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus, &c. diutius detineatur: tibi præcipimus quod si principales perpetratores feloniarum prædictarum de felonia illa nondum sint convicti, vel sic, quod si prædictus W. de felonis prædictis nondum sit convictus, vel sic, quod si prædicti T. & L. super felonis illis nondum sint convicti, vel sic, quod si prædictus W. de morte prædicta nondum sit convictus, & prædictus I. bonæ famæ sit, & pro assensu prædicto, vel pro receptamento prædicto, vel pro consilio & assensu prædictis, vel pro vi, auxilio, præcepto, jussione, & abbetto prædictis & non alia occasione, vel sic, præmissa occasione & non alia in prisona prædicta detineatur, & invenerit tibi sufficientes manucaptos, qui eum manucapiant habere coram nobis, vel alibi coram justiciariis nris, ad standum recto de assensu prædicto, vel de receptamento prædicto, vel de consilio & assensu prædictis, vel de vi, auxilio, præcepto, jussione, & abetto prædictis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl, si nos vel aliquis alius versus eum loqui voluerimus vel voluerit, cum contigerit principales perpetratores feloniarum prædictarum super felonia prædicta convinci, vel sic, cum contigerit prædictos T. & L. super felonis prædictis convinci, vel sic, cum contigerit prædictum W. super felonis prædictis convinci: tunc ipsum I. à prisona prædicta interim deliberari fac per manuptionem supradictam. juxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi, &c.

Aliter.

¶ Vel .

De Manuptione.

Aliter in con-
clusionone.

¶ Vel concluditur sic, tibi præcipimus quod si prædictus W. de feloniam prædicta nondum sit convictus, et præfatus I. bonæ famæ sit, et invenerit tibi sufficientes, &c. ut supra, regni nostri, cum contigerit præfatum W. de feloniam illa convinci, tunc ipsum I. à prisona prædicta, si pro receptamēto prædicto, vel pro vi et auxilio prædictis et non alia occasione detineatur in eadem, interim deliberari facias, &c. ut supra.

Nota.

* Et nota quod le statut de Westm' primer cap. 15. ne parle mie si largement come ceux briefs rehercent, car il ne parle forsque de recettement, commandement, force, ou eide as felons. Et ideo quære si ceux parols (jussione & abetto, consensu & assensu) soient meintenables per le statut ou non.

Nota.

* Nota quod ceux parols nommes en les briefs pur ceux quod sont endites de recettement, &c. s. dum tamen bonæ famæ, sunt quousque principales perpetratores feloniarum illarum super hujusmodi feloniam per ipsos commissis convicti fuerint, ne sunt pas contenuz en le statut de W. primer cap. 15. sur quel les dits briefs sont fouduz. Mes per juris peritos mesmes les parols furent mys en briefs, sur l'entent & l'effeete de mesme le statut. Et sic nota omnia breviam de manuptione facta sunt super statutum Westm' primer cap. 15.

Manuptione
pro indictato
coram custodi-
bus pacis.

¶ Rex vic salutem. Cum nuper assignaverimus quosdam dilectos et fideles nostros justiciarios nostros ad pacem nostram in comitatu tuo conservandam, et ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo, de transgressoribus et transgressionibus, et ad omnes illos, quos de hujusmodi transgressionibus culpabiles invenirent, arrestand', et in prisona nostra custodiendos, quousque; inde aliud præcepimus, ac jam intellexerimus quod A. de quibusdam transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus, coram præfatis dilectis et fidelibus nostris indictatus, et ea occasione captus, et in prisona nostra de I. sic retentus existit, à qua liberari non potest sine mandato nostro speciali: nos eidem A. in hac parte gratiam volentes facere speciale, tibi præcipimus quod si prædictus A. pro transgressionibus prædictis secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ replegiabilis fuerit, et invenerit tibi sufficientes manuceptores, qui eum manucapiant habere coram dilectis et fidelibus nostris A. et C. quos assignavimus justiciarios nostros ad hujusmodi transgressionibus audiendas, et terminandas, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, ad standum inde recto coram præfatis A. et C. cum ad partes illas venerint ex hac causa, tunc ipsum A. à prisona prædicta, si ea occasione et non alia detineatur in eadem, interim deliberari fac per manuptionem supra dictam. Et habeas ibi coram tunc præfatis justiciariis nomina manuceptorum illorum et hoc breve. T. me ipso apud W. &c.

Aliter de eodem

¶ Rex vic salutem. Cum E. de C. coram custodibus pacis nostræ in comitatu tuo, de quibusdam transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus, per ipsam E. R. apud B. ut dicitur illatis, indictata, et ea occasione capta et in prisona Castri de A. detenta existat, à qua sine mandato nostro speciali deliberari non potest ut accepimus, ac ex parte ejusdem E. nobis sit supplicatum, ut cum ipsa parata sit præfato R. de transgressionibus prædictis respondere, et in omnibus stare juri secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, velimus de ipsius liberatione

liberatione providere : nos p̄fatam E. p̄ diutinam corporis sui incarcerationē indebite nolentes p̄gravari, tibi p̄cipimus quod si p̄dicta E. invenerit tibi sufficientes manucaptos, qui eam manucapiant habere, corā justiciariis n̄ris, quos ad hujusmodi transgressionē in comitatu p̄dicto audiēdis & terminand' duxerimus assignand', ad standum recto super p̄missis secundū legē et consuetudinē, &c. tunc ipsam E. à pr̄sona, si ea occasione & non alia, &c. ut in p̄cedenti brevi, &c.

¶ Rex, dilecto et fideli suo R. de P. salutē. Ex parte I. capti et detenti in pr̄sona n̄ra de S. p̄ quibusdā transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus, unde coram vobis et sociis vestris ad pacem in comitatu S. conversand' assignatis est indictatus, nobis est supplicatū, ut cū ipse paratus sit ad sectam n̄ram et aliorum de hujusmodi transgressionibus versus eum conqueri volentium respondere, et in omnibus stare juri secundum legem & consuetudinē, &c. velimus ei deliberatione congrua p̄videre : nos ea de causa volentes super indictmento p̄dicto certiorari, et indictmentū illud debitæ executioni demandari, vobis mandamus q̄d si p̄dict' I. de hujusmodi transgressionibus feloniam aliquā non tangentibus ut p̄d' est, corā vobis et sociis vestris ad sectā nostrā et non alterius sit indictatus, tunc indictmentum p̄d' cum omnibus illud tangentibus nobis sub sigillo vestro mittatis & hoc breve, ita q̄d ea habeamus, &c. ubicūq; &c. ut ulterius inde fieri faciamus, q̄d secundū legē et consuetudinē, &c. fuerit faciendum. Mandavimus enim vicecomiti nostro comitatus p̄d', quod corpus p̄d' I. si ad sectam nostram & non alterius p̄missa occasione & non alia in pr̄sona p̄dicta detineatur, sumptibus suis propriis venire facias coram nobis ibidem ad diem p̄dict', ad faciendum et recipiendum quod curia n̄ra consideraverit in p̄missis. T. &c.

Aliter de mittendo indictmentum inde coram rege, ad deliberandum indictmentum coram custodibus pacis, ad sectam regis & non alterius.

¶ Rex vicē salutem. Ex parte I. capti, &c. usq; ibi, unde corā dilectis et fidelibus n̄ris R. de P. & sociis suis ad pacem nostrā in com̄ tuo conservandā assignatis est indictatus, nobis est supplicatū, ut cum ipse, &c. ut supra usq; ibi, demandari, p̄fato R. mandaverimus quod si p̄dict' I. de hujusmodi transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus sicut p̄dictum est, corā eo et sociis suis p̄d' ad sectam n̄ram et non alterius sit indictatus, tunc indictmentum p̄d' cum omnibus, &c. mittat, et breve nostrum quod sibi inde venit, ita, &c. usq; ibi, faciendum. Et ideo tibi p̄cipimus quod corpus p̄dicti I. si ad sectam nostram, &c. usq; ibi, in p̄missis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Breve inde vicecomiti, de mittendo corpus indictmenti coram rege.

¶ Rex, constabulario castri sui de K. salutem. Cum nuper per literas n̄ras patentes assignaverimus dilectos et fideles nostros A. B. C. et D. conjunctim et divisim, ad Wif de W. et quosdam alios de felonis & maleficiis notorie suspectos, sicut ex relatione accepimus fide dignorum, ubicūq; inventi essent sive infra libertates sive extra, insequend', arrestandū, et capiendū, et usq; gaolam nostram castri Eborum ducend', & salvo et secure custodiri faciendum, donec aliud inde p̄cepissemus, juxta ordinationem & concordiam in parlamento n̄ro apud Westm̄ factas, et idem W. p̄textu commissionis nostræ p̄dict' jam

Manucap' pro notorie suspecto de felonis & malefactis per securitatem in cancellaria inventam. s. corpus pro corpore.

De Manuptione.

captus & in prifona nra caltri de L. sub custodia veftra detentus exiftat, ac E. F. G. & H. corā nobis in cancellaria nra personaliter conftituti, manuceperint ꝑ præfato W. videlicet quilibet eorū corpus ꝑ corpore, ad habendum ipfum W. coram nobis vel confilio nro aut iufticiariis noftris ubicunq; & quandocunq; voluerimus ad mandatum noftrum, ad ftandū recto de felonis, transgreffionibus, & excessibus quibuscunq; fi inde indictatus, rettatus vel appellatus fuerit, & ad faciendum & recipiendum quod per nos vel confilium noftrum feu iufticiarios noftros ordinari contigerit, & quod bene & fideliter fe geret de cætero erga nos & populum noftrum: vobis mandamus quod ipfum Wilhelmum à prifona prædicta, fi occasione cōmiffionis noftræ prædictæ captus fit, et ea occasione & non alia detineatur in eadem, interim deliberari facias per manuptionem fupradictam, T. &c.

Aliter pro indict' pro forftallamentis & aliis trans' contra formam ftatuti de Winton' factis manuapiendis.

¶ Rex, viç salutem. Cum nuper assignaverimus dilectos & fideles noftros A. B. & T. ad inquisitiones de forftallariis & transgreffionibus contra formam ftatuti dudū apud Wynton' æditi in comitatu tuo faciend', & ad illos, quos inde culpabiles invenirent, capiendos, & in prifona noftra falvo custodiri faciend', donec aliud inde ꝑcepiffemus, ac jam intellexerimus quod C. D. & E. pro hujusmodi forftallamentis & transgreffionibus, unde coram præfatis A. B. & T. indictati fuerint, capti, & in prifona de L. detenti exiftant, à qua deliberari non poffunt fine mandato nro speciali: nos volentes eisdē C. D. & E. gratiam in hac parte facere specialem, tibi præcipimus qd si prædicti C. D. & E. occasione prædicta & non alia in prifona prædicta detineantur, & pro transgreffionibus illis fecundum legem et confuetudinem regni noftri Angl' replegiabiles exiftant, & quilibet eorundem C. D. & E. invenerit tibi fufficientes manuaptores, qui eos manuapiant habere coram dilectis & fidelibus noftris F. & G. quos assignavimus iufticiarios noftros, ad hujusmodi forftallamenta et transgreffiones audienda et terminand' fecundum legem et confuetudinem, &c. ad ftandum inde recto coram præfatis F. et G. cum ad partes illas venerint ex hac caufa, tunc ipfos C. D. et E. à prifona prædicta, fi ea occasione et non alia detineantur in eadē, interim deliberari fac' per manuptionem fupradictam. Et habeas ibi tunc coram præfatis iufticiariis nomina manuaptorum illorum et hoc breve T. &c.

Superfedas de exigendis in brevi de trans' fi reddiderit fe prifonæ. Et postmodum manuaptio de ef-fendo ad diem, &c.

¶ Rex, viç salutem. Cum A. implacitet coram nobis per breve noftrū B. et quofdam alios in dicto brevi nofthro contentos, de quadam transgreffione eidē A. per præfatum B. et alios prædictos illata ut dicitur, ac idem B. pro eo quod non venit coram nobis ad respondendum præfato A. de transgreffione prædicta, in exigend' in comitatu tuo pofitus fit ad utlagandum, ipfo de exigend' prædictis penitus ignorante, unde nobis supplicavit ut cum ipse paratus fit super præmissis in omnibus stare juri, velimus ei in hac parte subvenire: nos supplicationi prædictæ quatenus iustum fuerit annuentes, tibi præcipimus qd si prædictus B. in comitatu tuo personaliter accedens, fe reddiderit prifonæ noftræ ut est moris: tunc exigendis prædictis superfed'. Et postmodum, si idē B. inve-

B. invenerit tibi sufficientes manucaptors, qui eum manucapiant habere coram nobis ad talē diē, quo breve nrm de exigendis præd' corā nobis est retornabile, ad respondend' præfato A. de transgressione prædicta, et ad faciend' ulterius et recipiend' qd curia nra consideraverit in præmissis: tunc præfatum B. à prisona prædicta, si ea occasione et non alia detineatur in eadē, interim deliberari fac p manucaptionem supradict'. Et habeas ibi nomina manucaptor illoſ et hoc b're T. &c.

☉ Rex, v. c. salutē. Supplicavit nobis C. ut cum G. implacitet coram nobis p breve nostrum præfatā C. et quosdā alios, de quadā transgressione eidem G. p præfatā C. et alios prædictos illata ut dicitur, et licet eadē C. parata sit præfato G. de transgressione prædicta si quæ fuerit respondere, et in omnibus stare juri secundum legem et consuetudinē regni nostri Angl: ipsa tamen p eo quod tu coram nobis retornasti quod eadem C. non fuit inventa in balliva tua, juxta pcessum inde coram nobis habitum, p te in exigendis posita existit in com̄ tuo ad utlagand', velimus ejus indemnitati in hac parte pvidere. Nos pro eo quod W. R. et I. manuceperunt coram nobis in cancellaria nostra, habere præfatā C. coram nobis ad diem quo breve nostrum de exigendo ipsam C. est retornabile, ad respondend' præfato G. de transgressione prædicta, volentes eidem C. si in exigendis prædictis occasione pmissa et non alia posita existat ut est dictum: tunc in exigendis illis ulterius faciendis interim supersedeatis p manucaptionem supradictam. Et habeas ibi tunc hoc breve, T. &c.

Aliter de eodem.

☉ Rex, ballivis suis Lincoln salutē. Ex parte D. nobis est ostensum, ut cum ipse p breve nostrum coram nobis à die s. Michaelis proximo futuro in xv dies retornabile, appellaverit S. de F. et alios in brevi nostro originali contentos, de mahemio et pace nostra fracta: prædicti S. et alii machinantes præfatum D. à prosecutione appelli sui prædicti maliciose impedire, diversas querelas sine brevi nostro versus præfatū D. de diversis transgressionibus eis p præfatum D. diversis vicibus ut dicebatur illatis, corā vobis in civitate prædicta divisim attachiarunt, p quibus transgressionibus idem D. p damnis præfatis S. et aliis in hac parte adjudicatis, prisonæ nostræ vill' Lincoln in qua adhuc detinetur mancipatus existit. Ac ex parte ejusdē D. nobis sit supplicatum, ut cum ipse diversa brevina nostra de falso judicio super querelis prædictis coram justiciariis nostris de banco, à die sancti Michaelis in unum mensem retornabilia jam impetraverit placitand', et ipse eadē brevina seu appellum suum prædictum versus partes prædictas dum in prisona sic fuerit psequi non valeat in curiis nostris prædictis: velimus de liberatione corporis sui ut jam appellum suum prædictum quam dicta brevina nostra de falso judicio prosequi posset, in forma juris facere provideri. Nos supplicationi suæ in hac parte annuere volentes: vobis præcipimus qd si prædict' D. ad psecutionem prædictorum S. et aliorum, occasione supradicta et non alia captus, et in prisona nostra prædicta detentus existat, et invenerit vobis sufficientes manucaptors ad satisfaciendum nobis ad diem prædict', de eo quod ad nos perti-

Manuceptio ad prosequendum appellum &c. brevina de falso judicio.

De Manuptione.

net, & præfato S. & aliis de damnis eis in hac parte adjudicatis si contingat judicia prædicta affirmari, tunc ipsum D. à prisona prædicta interim deliberari fac per manuptionem supradictam, T. &c.

Nota.

* Nota bñe de manuptione ad prosequendum attingendam, cum quis imprisonatur prætextu processus placiti unde prosequitur attachiamentum s. post brevia de attingentis super transgressionibus ante folio 123.

Manuptione
pro abbate de
Glaston' eo
quod maliciose
fuit appellatus,
omittendo no-
men dignitatis.

¶ Rex, vic Somers. salutē. Ex parte dilecti nobis in Christo abbatis de Glaston nobis est intimatū graviter conquerendo, quod cum nuper ad prosecutionem T. de A. tibi præceperimus qđ attachiaret I. de B. de Glaston & quosdā alios in brevi nro originali contentos, ita quod eos haberes coram nobis in instantibus octavis s. Hillarii ubicunq; tunc fuerimus in Angl, ad respond' præfato T. de roberia & pace nra fracta unde eos appellat, & licet præfatus I. de B. de G. sit abbas ejusdem loci de Glaston, & paratus præfato T. in pmissis respondere, & in omnibus stare juri secundum legem & consuetudinē regni nri Angl: idē tamen T. tam nos & cur nram quam præfat abbatem falso & maliciose illudere machinans in hac parte, nomen dignitatis suæ videlicet nomen abbatis perperam & subdole sub tacuit & omisit, ipsum I. de B. de G. absq; alio nomine ut præmittitur nominand', ut sic dictum abbatē hñdi callida prosecutione & machinatione, ipso hoc penitus ignorante, gravaret, & utlagarium in ipsum tacite faceret promulgari, sup quo idem abbas nobis supplicavit ut sibi contra tantam maliciā præcogitatā velimus competenti remedio subvenire. Nos advertentes prosecutionē ipsius T. prædict' ex fraudulenta malicia, & etiā in deceptionē cur nre, eo quod ipse in impetratione brevis nostri prædicti nomē abbatis, p quod de jure & secundum legem & consuetudinem dicti regni deberet nominari taliter, omisit, pcessisse, volentesq; hujusmodi maliciæ obviare, & indemnitati ipsius abbatis quatenus poterimus prospicere in hac parte: tibi præcipimus quod si tibi constiterit prædict' I. de B. de G. versus quem dictus T. sic prosequitur, esse abbatē dicti loci ut prædicatur, & idem abbas invenerit tibi sufficientes manuptiones de respondend' præfato T. in præmissis, & ad standum inde recto secundum legem & consuetudinem supradictas, tunc captioni corporis ejusdem abbatis prætextu mandati nostri prædicti supersedeas. Et si dictus abbas p te ea occasione captus fuerit: tunc eum deliberari fac p manuptionem antedictam. Et habeas tunc coram nobis nomina manuptionum illorum & hoc bñe T. &c. Per consilium.

Breve inde G.
Lescrop, Audita
querela abbatis.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis G. Lescrop & sociis suis, &c. tenend' assignatis salutē. Ex parte di. &c. ut supra, usq; ibi, processisse, & tunc sic, nolentesq; hñdi collusionē, deceptionē, & maliciā relinquere impunitas, vobis mandamus qđ audita querela ipsius abbatis vel attorney sui in hac parte, & vocato coram vobis præfato Thoma ad certum diē quem ad hoc duxeritis præfigend', auditisq; partium prædict' rationibus, ulterius ad collusionem, deceptionem & maliciam prædictas puniend' procedatis & fac, prout de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum, T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, viç salutem. Cum T. implacitet N. coram nobis p breve nrm de quadam transgr̄, &c. ut dicitur, ac nos p eo quod tu coram dilectis et fidelibus nris G. Lescrop et sociis suis, &c. assignatis, retornasti quod idem N. non fuit inventus, nec aliquid habuit in balliva tua per quod potuit attachiari, tibi p breve nostrum de iudicio pceperimus quod caperes p̄latum N. ita quod eum haberes coram nobis à die sanctæ T. in 15 dies proximo futur̄, ad respond' p̄fato T. super transgr̄, virtute cuius p̄fatus N. captus, et prisonæ nostræ de L. episcopi mancipatus existit ut accepimus, idemq; N. nobis supplicaverit ut cum ipse paratus sit super transgressionē prædictā ad sectam prædicti T. ac alterius cuiuscunq; respondere, velimus ipsum p sufficientem manuapt' usq; ad diem prædict' dimitti jubere: nos supplicationi prædictæ quatenus iuste poterimus annuere volentes in hac parte, tibi p̄cipimus qd si prædict' N. p̄missa occasione et non alia in prisona prædicta detineatur, et invenerit tibi sufficientes manuaptores, qui eum manuaptant habere coram nobis ad diem prædictum, ad respondendum præfato T. de transgressionē prædictā secundum legem et consuetudinem regni nri Angl' tunc ipsum N. à prisona prædicta interim deliberari facias per manuaptionem supradictam. Et habeas, &c. T. &c.

Manuaptio
pro eo qui est
in le capias in
brevis de trans-
gressionē:

¶ Rex, viç Suff. salutem. Cum W. vicarius ecclesiæ de B. et A. p̄sona ecclesiæ de H. de quibusdam contemptu et transgressionibus nobis ut dicitur factis, coram dilectis et fidei nris I. et sociis suis iusticiariis ad contemptum et transgressionē p̄dictas audiend' et terminand' assign' indictati, p eo quod non venerunt coram p̄fatis iusticiariis de h̄m̄di contemptu et transgr̄ responsuri, p processum coram eisdē iusticiariis habitū in exigendis positi existant in comitatu tuo ad utlagand' ut accepimus, ac p̄fati W. et A. corā nobis in cancellaria nra personaliter constituti, asserentes exigendas prædictas in ipsos, ipsis inde ac de indictmento prædicto penitus ignorantibus, p̄cessisse, nobis supplicaverint ut, cum ipsi parati sint super p̄missis in omnibus stare jure secundum legem et consuetudinē regni nri Angl', velimus exigendis illis usq; ad diem, quo breve inde retornabile fuerit, ac captioni corporum prædict' W. et A. interim facere supersederi: nos p eo qd uterq; p̄dict' W. et A. invenit coram nobis in eadem cancellaria B. C. et D. manuaptores suos, qui manuceperunt habere p̄fatos W. et A. coram p̄fatis iusticiariis ad diem prædictum, ad respondendum nobis de contemptu et transgressionibus prædictis secundum legem et consuetudinem prædictas, volentes cum eisdem W. et A. in hac parte agere gratiose, tibi p̄cipimus quod exigendis prædictis usq; ad diem supradictā ac captioni corporū p̄dict' W. et A. occasione p̄missa interim superse- deas p manuaptionē supradictam. Et habeas, &c. T. &c. an. 20.

Manuaptio
pro illo qui est
in exigendis in
brevis de audi-
endo & termi-
nando.

¶ Rex, viç Londoñ salutem. Ex parte R. nobis est ostensum, qd cum ipse nuper coram W. majore villæ nostræ North' et W. de S. clerico, ad recognitiones debitorum apud N. accipiend' deputatis, recognove- rit se debere W. C. xl. li. certis terminis jam elapsis solvend', et licet idē R. octo libras de dictis xl. li. p̄fato W. jamdiu est solverit, idemq; W.

Aliter de statu-
to mercatorio,
pro eo quod sol-
vit partem de-
biti, & de parte
habet scriptum
relaxationis.

De Manuptione.

residuas 32 li. præfato R. remiserit, sicut p literas ipsius W. patentes sigillo suo ut dicitur signatas, & coram nobis in canç nra ostensas, quas præfatus R. penes se habet, plenius poterit apparere: dictus tamen W. quoddã breve nrm retornabile corã nobis tali die proximo futuro ubicunq; &c. vobis directũ, de corpore ipsius R. si laicus sit capiend', & in prisona nra salvo custodiri faciend', quousq; dicto W. de debito illo satisfecisset, juxta formã statuti dudum apud Acton Burnel de hujusmodi recogñ pro mercatoribus æditi tacita veritate impetravit, quo prætextu corpus prædicti R. p vos captũ & in prisona nra de B. detentum existit ut dicitur, in ipsius R. damnum, &c. p quod nobis est supplicatum ut eidẽ R. in hac parte subveniamus remedio oportuno, ne per diutinam incarcerationẽ corporis sui detrimentum patiatur. Nos pro eo quod K. L. & N. manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, habere prædictum R. coram nobis ad dictas octavas & ad dictas 40 li. præfato W. tunc solvendas, nisi idẽ R. rationabiliter dicere poterit tunc ibidem, ipsum p dictas literas acquietantiæ & remissionis vel alio modo legitimo de dicto debito debere exonerari, volentes eidem R. quatenus poterimus super deliberatione sua subvenire: vobis præcipimus quod ipsum R. à prisona prædicta, si occasione præmissa & non alia detineatur in eadẽ, interim deliberari fac per manuptionem supradictam. Et habeas ibi hoc breve, T. &c.

Aliter de trans-
feloniam non
tangente, per
manuptionem
in cancellaria.

¶ Rex, dilecto, &c. G. de T. salutem. Cum I. de H. clericus coram vobis & sociis vestris justiciariis nostris ad diversas felonias, &c. audiendas & terminandas assignatis, de quibusdã transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus sit indictatus, & ea occasione captus, & in prisona nostra de H. detentus ut accepimus, ac I. B. & W. de comitatu tali, in cancellaria nostra personaliter constituti, manuceperunt prædictum I. de H. habere coram nobis vel alibi coram justiciariis nostris ad mandatum nostrum, ad standum recto de transgressionibus prædictis, si nos vel aliquis alius versus eum inde loqui voluerimus vel voluerit: nos ne idẽ I. de H. per diutinam corporis sui incarcerationem maceretur, volentes ei in hac parte subvenire, vobis mandamus quod ipsum I. de H. à prisona prædicta, si occasione transgressionum prædictarum, & non pro felonis detineatur in eadem, interim deliberari fac per manuptionem supradictam. Et habeas, &c.

Superfedeas ca-
ptioni corporis
in placito debi-
ti per statutum
mercatorum.

¶ Rex, vic L. salutẽ. Cum nuper tibi præceperimus, quod corpus R. de P. si laicus esset caperes, & in prisona nra salvo custodiri faceres, quousq; R. de H. de ducentis & viginti marcis, quas idẽ R. corã R. de W. & præfato R. de H. ad recognitiones debitorum in civitate nra L. capiend' assignatis, recognovit se debere præfato R. de H. plene satisfecerit, & quod qualiter dictum præceptum nrm fueris executus, nobis scire faceres in octavis s. Hillarii ubicunq; tunc fuerimus in Anglia per literas tuas sigillatas, ac nos jam ad prosecutionem pfati R. nobis suggerentis, ipsum aliquã recognitionẽ præfato R. de H. aliquo tempore non fecisse, & ipsum R. de H. nuper dum fuit clericus noster ad hñdi recognitiones in eadem civitate capiendas deputatus, dictã recognitionem.

tionem C. C. li. sub nomine ipsius R. præfato R. de H. factâ, & in rotulis ipsius R. de H. et in rotulis pd' R. de W. irrotulari, & quoddâ scriptum obligator' de prædictis C. C. li. sub nomine præd' Radulphi fieri, & sigillo p hñdi recognitionibus in civitate prædicta deputato cõsignari, ipso R. de W. præmissa penitus ignorante, falso & maliciose fecisse, ac quoddâ breve nrm corâ nobis in octavis prædictis retornabile, de capiendo corpus præd' R. prætextu recognitionis præd' psecutum fuisse, in ipsius R. dispendium non modicum & gravamen, & curæ nostræ deceptionem manifestâ, mandaverimus dilectis & fidelibus nostris G. Lescrop' et sociis suis justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, qd audita querela ipsius R. in hac parte, & vocato coram eis tam præd' R. de H. quâ præfato R. de W. una cum rotulis & memorandis suis hñdi recogñ tangentibus auditisq; hinc & inde eorum rationibus, eidẽ R. de falsitate, malicia, et deceptione præd', plenâ & celerem justitiam fieri facerent, jamq; idem R. nobis supplicaverit, ut cum ipse dictas falsitatẽ, maliciã, et deceptionẽ cum effectu prosequi, & in omnibus stare juri sit paratus, velimus p sufficientẽ manuptionẽ captioni corporis ipsius R. usq; ad octavas præd' præcipere supersederi: nos eidem R. in hac parte volentes quatenus juste poterimus subvenire, tibi præcipimus quod si prædictus R. invenerit tibi sufficientes manuptiones pro quibus respondere volueris, qui manucapiant de habendo præfatum R. coram nobis ad octavas prædictas, ad dictas falsitatem, maliciam, et deceptionem prosequendas, et ad respondendum præfato R. de W. de prædictis CC. li. et damnis suis, si ipsum R. de H. de falsitate, malicia, et deceptione prædictis convinci non contigerit, et ad faciend' et recipiend' qd curia nra consideraverit in hac parte, tunc captioni corporis ipsius R. interim supersedeas p manuptionem supradictam, Et habeas, &c. nomina manuc', &c.

☉ Rex vic E. salutẽ. Cum curiæ nre in quibus negocia regni nri deducuntur, ubiq; adeo liberæ sint et exẽptæ, et à tẽpore quo nõ exstat memoria liberæ exẽptæ fuerint, qd nec aliqua forum ecclesiasticum concernentia in eisdem curiis fieri seu exequi, nec aliquis easdẽ curias ad aliqua forum præd' concernentia faciend' vel exequend' ingredi debeant vel consueverint aliquib' temporib' retroactis, ac magister A. de B. Edmund' de L. et Johañ de W. nuper in curia nra corâ cancellatio nro & aliis de concilio nostro apud Eboř, de eo quod ipsi, videlicet prædictus A. quasdã literas bullatas in cancellaria nra tunc apud Abbathiã beatæ Mariæ Eboř in ecclesia ibidem existente, magistro I. de T. clerico nostro notificasse, dictus Edmundus eundem I. de T. ad parend' literis prædictis, alioquin qd esset in curia Romana ad certum diem jam futurum inde responsur, monuisse, et præd' I. de W. p instrumtis super præmissis faciend' ibidem venisse debuerat, ad sectam nram impeti, et per inquisitionem patriæ in quã se inde postmodum posuerunt cõmitti, ea de causa prisonæ nre castri nostri Eboř per considerationem curiæ nre præd' adjudicati extitissent, in eadem ad voluntatem nram moratur, in qua adhuc detinentur ut accepimus, jamq; diversi magnates

Pro illo qui est captus pro notificatione bullæ in cancellaria essendi coram consilio regis ad proximum parliamentum.

De Superfedendo.

magnates de regno nro et aliunde nos requisierint ut eisdem A. Edmundo, et I. de W. super deliberatione sua à prisona predicta velimus gratiose subvenire: nos ad requisitionem predictam volentes cum eisdem A. E. & I. de W. in hac parte facere gratiose, tibi precipimus quod si iidem A. E. et I. de W. invenerint tibi sufficientes manucaptos pro quibus respondere volueris qui eos manucapiant, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore sub periculo quod incumbit, habere coram nobis & consilio nostro ad proximum parliamentum nostrum ubicumque illud summoneri contigerit, ad faciendum et recipiendum super premissis quod per nos et dictum consilium nostrum inde contigerit ordinari, tunc ipsos A. E. & I. de W. à prisona, qua premissa occasione detinentur interim deliberari facias per manucaptionem predictam. Et habeas ibi tunc nomina manucaptorum illorum et hoc breve, T. &c.

Superfedeas in brevi de ordinatione versus magistrum.

Rex vic L. salutem. Supplicarunt nobis R. et I. ut cum D. pro breve nostrum implacitet ipsos R. et I. in curia nostra coram iudicibus nostris de banco de eo quod ipsi W. nuper servientem predicti D. in servitio suo apud P. nuper retentum, qui ab eodem servitio ante finem termini inter eosdem D. et W. concordati sine causa rationabili et licentia ipsius D. recessit, in servitium ipsorum R. et I. admiserunt et retinuerunt, contra formam ordinationis inde factam, et licet iidem R. et I. prefato D. in placito predicto semper parati fuissent & adhuc existant respondere, & in omnibus stare iuri: dicti tamen R. et I. pro eo quod retornasti coram prefato iudicibus nostris quod non fuerunt inventi in balliva tua, in exigendis positi sunt in comitatu tuo ad utlagandum, velimus eis super hoc de remedio congruo facere provideri. Et quia A. et B. de comitatu tali coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti, manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, de habendo ipsos R. et I. coram dictis iudicibus nostris ad diem, quo breve nostrum de exigendis predictis est retornabile, ad respondendum tam nobis quam prefato D. in placito predicto juxta formam ordinationis predictam, sub poena viginti librarum, quas concesserunt de terris et catallis suis ad opus nostrum levari, si ipsos R. et I. coram dictis iudicibus nostris ad diem illum in forma predicta non habuerint: tibi precipimus quod exigendis predictis acceptioni corporum eorundem R. et I. ex causa predicta interim superfedeas per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi tunc hoc breve. T.

Aliter pro serviente.

Rex vic N. salutem. Supplicavit nobis R. ut cum I. per breve nostrum implacitet ipsum R. in curia nostra coram iudicibus nostris de banco, de eo quod idem R. à servitio ipsius I. ante finem termini inter eos concordati contra formam ordinationis inde factam recessit, et licet, &c. ut supra.

Superfedeas captioni in brevi de serviente.

Rex eidem salutem. Cum nuper tibi preceperimus quod attachiares I. ita quod eum habeas coram iudicibus nostris apud Westm in octavis sancti Hillarii, ad respondendum tam nobis quam P. quare à servitio ipsius P. ante finem termini inter eos concordati contra formam ordinationis in hac parte recessit, quo preteritum idem I. captus, & in prisona nostra

nostra de T. detentus existit ut accepimus, ac jam ex parte ipsius I. nobis sit supplicatum, ut cum ipse paratus sit in omnibus stare juri, & tã nobis quã præfato P. in hac parte respondere, velimus ipsum p̄ sufficientes manucaptos à pr̄sona, qua, occasione prædicta, detinetur, usq; ad octavas prædictas deliberari jubere : nos pro eo quod I. et I. &c. in cancellaria n̄ra personaliter constituti, manuceperunt p̄ eodẽ I. habere ipsum coram præfatis justitiariis ad octavas prædictas, ad respondendum tam nobis quam præfato P. in hac parte, sub pœna quinquaginta li. quas concesserunt de terris, tẽntis, bonis, et catallis suis ad opus nostrum levari, si ipsum I. coram dictis justitiariis ad octavas prædictas non habuerint, volentes supplicationi præd' annuere gratiose, tibi præcipimus quod ipsum I. à pr̄sona prædicta, si ea, &c.

☞ Rex vic̄ Londoñ salutem. Supplicarunt nobis D.D. et H. ut cum G. implacitet coram justitiariis nostris de banco p̄ breve nostrũ ipsos D. D. & H. de eo q̄d quilibet eorũ reddat p̄fato G. 40. marcas, ac iidem D.D. & H. pro eo q̄d non venerunt corã p̄fatis justitiariis ad respondendum præfato G. de præmissis, per breve n̄m de judicio positi sunt in exigendis in hustengo nostro Londoñ ad utlagãd', iidemq; D. D. & H. parati sunt præfato G. in hac parte respondere & in omnibus stare juri : velimus exigendis p̄d' per sufficientes manucaptos supersederi jubere. Nos pro eo quod I. T. E. et W. de comitatu tali, manuceperunt coram nobis in cancellaria n̄ra, habere prædictos D. D. et H. coram præfatis justitiariis ad diem quo dictũ breve de judicio est retornabile, ad respondend' præfato G. de præmissis, videlicet p̄dict' I. sub pœna 40 li. præd' T. sub pœna 20 li. præfatus E. sub pœna 10 li. & præfatus W. sub pœna 10 marcañ, quas concesserunt de terris et catallis suis ad opus n̄m levari, si præfat' D.D. et H. ad diem prædict' non habuerint in forma præd', tibi præcipimus q̄d in exigendis, &c. ut supra.

De superfedendo de exigendis, &c. in placito debiti.

☞ Rex vic̄ Londoñ salutẽ. Supplicavit nobis W. ut cum H. implacitet corã justitiariis n̄ris de banco p̄ breve n̄m præd' W. de quadam transgressione eidẽ H. p̄ præfat' W. illata ut dicitur, vel sic, de eo q̄d idem W. reddat præfato H. rationabilẽ computũ suũ de tẽpore quo fuit ballivus suus et receptor denarioñ ipsius H. vel sic, de debito decem li. q̄d idem H. à præfato W. exigit, ac idem W. p̄ eo q̄d nõ venit coram præfatis justitiariis ad respõdend' præfato H. de transgressione præd', vel sic, de cõputo præd', vel de præmissis, vel de debito prædicto per breve n̄m de judicio in exigendis positus fuisset in hustengo n̄ro Londoñ ad utlagandũ, ac idem W. paratus sit ad respondendum præfato H. de transgressione, de computo, de præmissis, vel de debito præd', & in omnibus stare juri : velimus exigendis illis usq; ad diem, quo dictũ breve n̄m de judicio coram præfat' justitiariis n̄ris est retornabile, per sufficientem manucaptionem, &c. ut supra usq; ibi ad diem, quo dictũ b̄re n̄m est retornabile, vel sic, ad diem præd' ad respondendũ, &c. videlicet uterq; eorundẽ W. et I. sub pœna decem li. &c. ut supra in forma præd', non habuerunt. Volentes supplicationi præd' annuere gratiose, vobis præcipimus, &c. ut supra.

Aliter de transgressione de computo vel de debito.

☞ Rex

De Superfedendo.

Superfedas exigendis pro illo qui manucepit pro quodam arrainato coram rege, pro eo quod ipsum non habuit coram rege ad satisfaciendum pro redemptione sua.

¶ Rex, viē salutem. Cum ut accepimus I. de G.I.W. & W. p̄ eo quod non venerunt coram nobis ad satisfaciendum nobis de redemptione sua, de eo quod non habuerunt in curia nra coram nobis M. et M. uxorem eius ad diem sibi præfixum, sicut eos manuceperunt, in exigendis in com̄ prædicto ad utlagand' positi existant, ac jam præfatus I. de G. nobis supplicaverit, ut cum ipse paratus sit nobis de redemptione sua quæ ad nos pertinet in hac parte satisfacere, et in omnibus stare juri secund' legem & consuetudinē regni nostri Angl', velimus exigendis in ipsum I. &c. ea occasione promulgand', usq; ad diem quo breve nostrum de exigendis illis est rationabile, per sufficientem manucaptionem superfederi jubere, et quia I. et I. de com̄ Midd' coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti, manuceperunt de habendo præd' I. coram nobis ad diem quo dictum breve nrm de exigendis est retornabile, ad satisfaciend' nobis de redemptione sua præd' videlicet quilibet eorum sub pœna decem marcaꝝ, quas de terris & catallis suis levare concesserunt, si ipsum I. coram nobis ad dictum diē non habuerint: tibi præcipimus quod exigendis præd' in ipsum I. ea occasione promulgand', ac captioni corporis ejusdem I. interim superfedeas p̄ manucaptionē supradictā. Et habeas ibi tunc corā nobis hoc bre. T. &c.

Aliter superfedeas exigendis, &c. coram custodibus pacis.

¶ Rex viē salutem. Supplicavit nobis T. ut cum ipse coram dilectis & fidelibus nostris L. et sociis suis custodibus pacis nostræ in com̄ præd' conservand', ac justiciariis nostris ad diversas felonias & transgressiones in eodem com̄ audiendas & terminandas assignatis, pro eo quod non venit coram præfatis justiciariis ad respondend' nobis de quadam transgressione per ipsum P. vi et armis contra pacem nostrā facta ut dicitur, in exigendis positus existat in comitatu prædicto ad utlagand', ipso T. de processu prædicto penitus ignorante: velimus exigendis prædictis usq; ad diem quo dictæ exigendæ coram eisdem justiciariis sunt retornabiles, p̄ sufficientes manucaptos superfederi jubere. Et quia, Sc. I. I. et W. Sc. manuceperunt, videlicet quilibet eorū corpus p̄ corpore de habendo ipsum coram præfatis justiciariis ad diem prædictā, ad respondendum tam nobis quam præfato P. de transgressione præd', sub pœna centum solidorum quos concesserunt de terris & catallis suis ad opus nostrum levare, si ipsum T. ad diem prædictum coram dictis justiciariis in forma prædicta non habuerint, tibi præcipimus, Sc. T. Sc.

Aliter superfedeas de duobus brevibus de diversis placitis.

¶ Rex viē, Sc. salutem. Cum ut accepimus N. implacitet in curia nra coram justiciariis nostris de banco p̄ breve nostrum I. de eo quod idem I. reddat præfato N. rationabilem computum suum de tempore quo fuit ballivus suus in S. et receptor denariorum ipsius N. ac idem N. implacitet prædictum I. coram præfatis justiciariis per aliud breve nostrum, de eo quod idem I. reddat præfato N. catalla ad valenciam decem librarum, idemq; I. p̄ eo quod non venit coram eisdem justiciariis, præfato N. super præmissis responsurus, positus sit in exigendis in comitatu tuo ad utlagand', ipso inde ut asserit penitus ignorante, unde nobis supplicavit ut, cum ipse paratus sit præfato N. super præmissis

præmissis respōdere & in omnib' stare juri, velimus exigendis illis usq; ad dies, quibus dicta brevvia n̄ra de exigēdis præd' sunt retornabilia, superfederi jubere: & quia, &c. manuceperunt de habēdo præd' I. corā præfat' justiciari' ad dies præd', sub pœna x. li. quas concesserunt, &c.

¶ Rex viç H. salutem. Supplicavit nobis A. ut cum D. implacitet eum per breve n̄m coram justitiariis n̄ris de banco, de quādam transgressionē eidem D. per præfatum A. illata ut dicitur, et licet idem A. terras, tēta, bona et catalla in balliva tua sufficientia habeat per quæ distringi possit, et paratus sit præfato D. in hac parte respondere & in omnibus stare juri, ipse tamen pro eo qđ tu coram præfatis justiciariis nostris retornasti, quod idem A. non fuit inventus nec aliquid habuit in balliva tua, p breve nostrum de judicio captus, & prisonæ n̄ræ de S. mancipatus existit: velimus ipsum à prisona prædicta per sufficientē manucaptionem liberari jubere. Et quia I. et I. in cancellaria nostra coram nobis manuceperunt, de habendo corpus præd' A. corā præfatis justitiariis nostris ad diē quo dictum breve n̄m de judicio est retornabile, ad respōdend' præfato D. de transgressionē præd', sub pœna 20 librarum quas concesserunt de terris, &c. si ipsum A. corā præfatis justitiariis ad diem præd' non habuerint: tibi præcipimus qđ præd' A. à prisona præd', si occasione præmissa et non alia detineatur in eadem, interim deliberari facias p manucaptionē supradictam. Et habeas ibi tunc hoc breve. T. &c.

De capto per le
capias per manu
captionem, &c.
deliberando.

¶ Rex viç H. salutē. Supplicarunt nobis R. et I. ut cum A. implacitet eos, &c. ut supra, ut dicitur, ut licet iidē R. & I. parati sint in hac parte præfato A. secund' legē & consuetudinē regni n̄ri Angl' rēpondere, & in omnibus stare juri, p breve tamen n̄m de judicio præceptum est tibi, qđ corpora præd' R. & I. capias, ita qđ eos habeas coram præfatis justiciariis ad certum diem in dicto brevi n̄ro de judicio cōtentum: velimus captioni corporū ipsorum R. & I. p sufficientes manucaptōres, &c. Et quia, &c. de habendo corpora præd' R. & I. coram præfatis justiciariis n̄ris ad diē quo dictum breve n̄m de judicio est retornabile, præfato A. de transgressionibus præd' secund' legē & consuetudinē præd' responsū, et quas quidē 50. li. iidem B. C. et D. de terris et catalis suis ad opus n̄m levare concesserunt, si ipsos R. et I. corā, &c. tibi præcipimus qđ captioni corporum eorundem R. et I. interim superfedas p manucaptionem supradictam. Et habeas, &c. T. &c.

Aliter superfe-
deas captioni
corporis.

¶ Rex viç, &c. salutē. Cum I. implacitet S. p b̄re n̄m coram justitiariis n̄ris de banco, &c. ut dicitur, ac in negotio prædict' coram præfat' justitiariis in tantū sit p̄cessum, qđ p breve n̄m de judicio tibi p̄ceperimus, qđ corpus p̄d' S. ubicunq; in balliva tua inventus fuerit capias, ita qđ eū habeas corā p̄fatis justiciari' apud W. ad diē in dicto brevi n̄ro contentū, ad respōdēd' p̄fato I. de transgressionē p̄d', p qđ ex parte ipsius S. nobis est supplicatum, ut cum ipse paratus sit, &c. velimus captioni, &c. Et quia, &c. manuē pro eodem S. de habend' ipsum corā præfatis justitiariis ad diem prædict' ad stand' juri in præmissis, videlicet quilibet eorum, &c. volentes supplicationi prædict', &c. tibi præcipimus qđ execu-

Aliter.

De Superfedendo.

Aliter super
captione corpo-
ris coram custo-
dibus pacis.

executioni dicta brevis nostri de corpore ipsius S. capiendo sicut prædictum est superfedas ad diem præd' p manucaptionē supradictā, &c.

¶ Rex vic' Cantorb' salutem. Cum tibi ex parte nostra p Rogerū de S. et socios suos custodes pacis nostræ in comitatu præd' conservandæ, et ad diversas transgressiones et extorsiones in eodem comitatu audiendas et terminandas assign' præceptum sit ut accepimus, quod capias magistrum N. Smyth' de B. et H. Clerk, ita quod eos habeas corā præfatis Rogero et sociis suis ad proximā sessionē suam, ad respondendū nobis de quibusdam extorsionibus certis personis de comitatu præd' p præfatos N. et H. illatis, unde corā præfatis Rogero et sociis indictati sunt ut dicitur, quia tamen præfatis Rogero et sociis suis p breve nostrum mandavimus, quod indictamenta prædicta cum omnibus ea tangentibus nobis mittant, ita quod ea habeamus à die Paschæ in quindecim dies ubicunq; tunc fuerimus in Anglia, ut ulterius fieri faciamus in præmissis, quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum: tibi præcipimus quod captioni corporum ipsorum N. et H. occasione præmissa superledeas ex causa supradicta. T. &c.

Superfedas pro
viro utlagato
& uxore waivi-
anda.

¶ Rex vic' Londoñ salutem. Supplicarunt nobis W. et B. uxor ejus, ut cum R. implacitet coram justiciariis nostris de banco p breve nostrum prædictos W. et B. de debito centum solidorum quod idem R. à præfatis W. et B. exigit, ac iidem W. et B. p eo quod non venerunt coram præfatis justiciariis ad respondendum præfato R. de debito prædicto, per breve nostrum de iudicio in exigendis positi fuissent in hustengo nro Londoñ, videlicet prædictus W. ad utlagand', et eadem B. ad waiviand', et iidem W. et B. parati sunt ad respondend' præfato R. de debito prædicto: velimus exigendis illis, usq; ad diem quo dictum breve nostrum de iudicio coram præfatis justiciariis est retornabile, p sufficientem manucaptionem superfederi jubere. Nos pro eo quod A. et D. de com' Midd' manuceperunt coram nobis in cancellaria nostra, habere præfatos W. et B. coram præfatis justiciariis nostris ad diē prædictum, ad respondendū eidem R. de debito prædicto, videlicet uterq; eorundem A. et D. sub poena centum solidorum quos concesserunt corā nobis in cancellaria nostra de terris et catallis suis ad opus nrum levari, si prædictos W. et B. ad diem supradictum corā præfatis justiciariis nostris non habeant ad respondendum eidem R. de debito prædicto, volentes supplicationi præd' annuere gratiose: vobis præcipimus quod exigendis ac captioni corporum ipsorum W. et B. occasione prædicta interim superfedeatis per manucaptionem supradictam. Et habeatis ibi, &c. T. &c.

Superfedas pro
muliere waivi-
anda.

¶ Rex vicecomiti salutem. Supplicavit nobis C. quod cum A. implacitet coram nobis per breve nostrum præfatam C. et alios, de quadam transgressione eidem A. per præfatam C. et alios prædictos illata ut dicitur, et licet eadem C. parata sit præfato A. de transgressione prædicta si quæ fuerit respondere, et inde stare juri secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ: ipsa tamen C. pro eo quod
tu

tu coram nobis retornasti, quòd eadem C. non fuit inventa in balliva tua, juxta processum inde coram nobis habitum per te in exigēdis posita extitit, ad waiviand' in com'tuo: Velimus ejus indemnitati in hac parte providere. Nos pro eò quòd A. & C. de comitatu tuo manuceperunt corā nobis in cancellaria nostra, habere præfatam C. corā nobis ad diem quo breve nostrum de exigēdo ipsam C. est retornabile, ad respondend' præfato A. de transgressione præd', volentes idem C. &c. in exigendis præd' occasione præd' & non alia posita existat ut est dictum: Tunc exigendis illis ulterius faciēdis interim supersedeas per manucaptionem supradictam. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' &c. salutē. Supplicavit, &c. usq; ibi, pvidere. Nos volentes eidem C. ut supra, pvidere: Tibi præcipimus quòd si eadem C. se reddiderit prisonæ nostræ de N. in comitatu præd', & postmodum invenerit tibi sufficiētes manucaptiores qui eam manucapiant, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore habere coram nobis ad diem quo breve nrm de exigēdo ipsam C. est retornabile, ad respondēd' præfato A. de transgressione præd', eidem C. in exigēdis, &c. ut suprà.

Aliter de eodem manucaptio.

¶ Supplicavit nobis dilectus nobis in Christo prior sancti I. Hierusalem in Anglia, & frater M. confrater ipsius prioris, quod cū quidam T. monachus, ipsum M. indebitè machinās prægravare, quoddam breve nrm de transgr' versus eum & quosdam alios sub nomine & cognomine M. de B. ac si idem M. confrater ipsius prioris non fuisset cum fuerit & adhuc existat, coram justitiar' nris de banco in 15 sancti, &c. proximè præterita retornabile impetravit, & p eo quòd tu ad diem illū retornasti, quòd idem M. non fuit inventus in balliva tua, tibi præcept' existit de capiēdo ipsum M. ita quòd eū habeas corā præfatis justitiar' ad certum diem jam futuū: Velimus executioni dicti mandati nri de capiēdo ipsum M. occasione præd' interim facere supersederi, præsertim cū idem prior & M. parati sunt inde in omnibus stare juri. Et quia A. B. & C. de comitatu B. corā nobis in can' nra personaliter constituti, manuceperunt habere præfat' M. coram præfat' justitiar' nris ad dictum diem quo breve nrm de capiēdo ipsum M. est retornabile, ad respondend' inde tunc ibidē eidem T. & ad faciend' & recipiēd' quod curia nra consideraverit in hac parte: Tibi præcipimus quòd executioni mandati nri præd' de capiēdo ipsum M. occasione præd' interim supersedeas p manucaptionem supradictā. T. me ipso apud Westmonasterium i 2. die Junii, anno regni nostri septimo.

Aliter de eodem manucaptio.

¶ Rex, vic' &c. Mōstravit nobis, &c. quòd cum R. nuper implacitasset cor' nobis p breve nrm præfat' I. & quosdā alios, de quadam transgressione eidem R. p præfatum I. & alios præd' illata ut dicebatur, de qua quidem transgr' idem I. p quandam inquisitionem in quā se posuit convictus fuit, & decem libræ eidem R. p damnis in hac parte fuissent adjudicatæ, p quod tibi p breve nostrum de judicio præceperimus quòd præfat' I. caperes, ita quòd corpus ejus coram nobis haberes tali die ubicunq; &c. ad satisfaciēd' nobis de eo quod ad nos pertinet in præmissis, & p eo quòd præfat' R. elegit sibi liberari omnia catalla ipsius I. & aliorum præd' ac medietatem terræ suæ, tenend' juxta formam

Supersedeas per manucaptionem, ut possit profequi actionem.

De supersedendo.

statuti inde æditi & provisi quousq; præfato R. de dictis decem libris fuerit satisfactum, tibi p aliud breve nostrum de iudicio præceptū fuit quòd omnia catalla ipsius I. & aliorum præd' præter boves & affros carucæ suæ, & etiam medietatem terræ illorū p extentā in forma debita faciend', præfato R. liberari faceres tenend' sicut præd' est, ac etiā arrainerit p breve nrm retornabile corā nobis tali die ubicunq; &c. quandā juratā viginti & quatuor militū, ad cōvincēdos juratores inquisitionis illius, nobisq; supplicaverit ut pendente sic jurata præd' coram nobis, captioni corporis præd' I. velimus facere supersederi, ut eam psequi possit secundum legem & consuetudinē, &c. nos eidem I. volentes in hac parte quatenus, &c. subvenire, tibi præcipimus quòd si tibi constiterit præfat' R. omnia catalla & medietatē terræ præd' I. & aliorum prædict' ut præmittitur elegisse, & idem I. invenerit tibi sufficientes manucaptos qui eum manucapiant habere corā nobis ad dictam quindenam ad satisfaciendum nobis de eo quod ad nos ptinet in hac parte ut debet, tunc captioni corporis præd' I. præmissa occasione interim supersedeas p manucaptionem supradictā, ut juratam præd' psequi possit prout decet T. &c.

Manucaptio ad
prosequendum.

¶ Rex vic' &c. Mōstravit nobis W. quòd cum B. nuper implacitasset in curia nra coram iustitiariis nris nuper itinerantibus in comitatu prædicto, præfat' W. & quosdam alios de quadam transgressione eidē B. p præfat' W. &c. illata ut dicebatur, de qua quidem transgressione idem W. per inquisitionem in quam se posuit coram præfatis iustitiariis convictus fuit, p quod præd' W. carcerali custodiæ exitit mancipatus, in eadem moratur quousq; nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte, & præfato B. de damnis sibi adjudicatis fuerit satisfactū, ac jam præfat' W. arrainerit p breve nrm retornabile coram nobis, &c. ubicunq; &c. quandam juratam viginti quatuor militum, ad convincendos juratores inquisitionis præd', & nobis supplicaverit ut pendente jurata prædicta sic corā nobis, ipsum W. à prifona qua sic detinetur deliberari faciamus, ita quòd eam psequi possit secundum legem, &c. Nos volentes præfato W. in præmissis, &c. subvenire, & p eo quòd iidem W. invenit coram nobis in cancellaria nostra certos manucaptos, videlicet A. &c. de comitatu tuo, qui manuceperunt videlicet quilibet eorū de sati faciendo tā nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte, quàm præfato B. de damnis ut prædicitur adjudicatis, si jurata præd' cōtra ipsum trāsferit, seu idē W. eam non fuerit psecutus: Tibi præcipimus quòd ipsum W. à prifona præd', si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione, &c. per manucaptionē supradictā, ita quòd juratam præd' psequi possit prout decet. Et habeas coram præfatis iustitiariis ad diem præd' hoc breve. T. &c.

Supersedeas
quia satisfecit
parti.

¶ Rex, vic' &c. salutem. Cū I nuper implacitasset coram nobis per breve nostrum D. de quadam transgressione eidem I. p præfatum D. illata ut dicitur, ac idem D. p eo quòd non venit coram nobis in curia nostra præfato I. secundum legem, &c. responsur', positus sit in exigendis in com' prædicto ad utlagand', ac jam eidem I. per præfatum D. pro transgressione prædicta fuerit satisfactum, sicut nobis plenius constat

constat: Tibi præcipimus qd' executioni præd' mandati nri de capiēdo ipsum D. in com' præd' occasione præd' supsedeas omnino T. &c.

¶ Rex, H. & sociis suis justitiar' ad placita, &c. salutem. Monstravit, &c. Aliter justitiariis ad placita. vobis mandamus, quòd si præfat' R. omnia catalla & medietatē terræ dicti I. & aliorum præd' elegerit ut dictū est, & idē I. se reddiderit prisonæ marescalciæ nrae, & invenerit corā vobis sufficientem securitatē de satisfaciendo nobis de eo qd' ad nos ptinet in hac parte, si jurata præd' contra eum transierit, seu præfat' I. eam non fuerit psecutus: tunc ipsum I. è prisona præd' interim deliberari faciatis p securitatē supradictam, si id secundū discretionem vestram videritis faciend' ut juratam præd' psequi possit put decet. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex vic' &c. salutē. Licet nup vobis præceperimus, quòd si R. fecerit vos securos de clamore suo psequendo, tunc attachiaretis S. ita qd' eum haberetis coram nobis tali die ubicunq; tunc effemus in Angliā, ad respondendum præfato R. de raptu A. uxoris ejus, & abductione cum bonis & catallis ejusdem R. quia tamen A. & B. in cancellaria nra psonaliter cōstituti, manuceperunt p eodem S. videlicet uterq; eorū corpus p corpore, de habendo ipsum S. coram nobis ad diem præd' ad respondend' eidem R. super præmissis, & ad faciend' & recipiend' qd' curia nostra consideravit in hac parte: Vobis præcipimus quòd ipsum L. virtute brevis nostri præd' captum, & in prisona nostra de N. ut dicitur detentū à dicta prisona nostra interim deliberetis juxta formam manucaptionis supradictæ. Et habeatis, &c. Manucaptio de raptu uxoris.

¶ Rex, eidē salutem. Cū nos nup ad psecutionem W. p breve nrm vobis præceperimus, quòd attachiaretis A. ita quòd eum haberetis corā nobis tali die ubicunq;, &c. ostens. quare vi & armis M. uxorem ipsius W. rapuit, &c. usq; ibi, hujusmodi casu pvisi, ac ex parte ipsius A. nobis sit supplicatū, ut cū ipse prætextu brevis nri præd' p vos captus, & in prisona nra de N. detentus existat, ipsēq; paratus sit corā nobis sup raptu præd' respondere, & inde stare juri secundum legem, &c. velimus ipsum à prisona, qua occasione præmissa detinetur, p sufficientē manucaptionem usq; ad diem, &c. dimitti jubere: Nos p eo quòd I. &c. manuceperūt p ipso A. videlicet quilibet eorum corpus p corpore, de habendo ipsum A. coram nobis ad diem, &c. ad respondend' præfato W. de raptu præd' supplicationi præd' annuentes, vobis præcipimus qd' præfat' A. à prisona præd', si ea occasione & non alia detineatur in eadē, interim deliberetis p manucaptionem supradictam T. &c. Aliter de raptu

¶ Rex, vic' &c. salutē. Cum nos nuper ad psecutionem M. nobis suggerentis W. ei de corpore suo graviter cōminatū fuisse, vobis præceperimus qd' eidē M. de præd' W. firmā pacem nram secund' consuetudinem Angl' habere faceretis, ita quòd securi essetis, quòd idem M. de corpore suo p præfat' W. vel pcurationē suam damnū nec piculum non eveniret, quia tamen I. &c. in cancellaria nra psonaliter constituti manuceperunt p eodem W. quòd damnū nec piculum præd' M: p præd' W. vel pcurationem suam non eveniet: Vobis præcipimus quòd ipsum W. p prædictis minis captum, & in prisona nostra p vos detentum, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, Manucaptio de minis.

De supersedendo.

Aliter de minis
de nova forma,
supersedeas.

interim diliberari faciatis per manucaptionem supradictam. T. &c.
¶ Rex, &c. salutem, Licet nuper ad supplicationē M. nobis suggerentis, I. idem M. de vita sua ac mutilatione membrorum suorum graviter cominatum fuisse, tibi p breve nrm præcepimus quod ipsum I. coram te corporaliter venire faceres, & ipsum ad sufficētes manucaptōres inveniend', qui ipsum I. sub certa pœna sibi p te rationabiliter imponend', p qua respōdere volueris, quod ipse damnū vel malū aliquod eidē M. non inferret seu inferri pcuraret, compelleres, & quod si hoc corā te facere recusaret, tunc ipsum I. caperes & in prisona nra de N. salvō custodiri faceres, donec securitatem inveniret in forma præd', quia tamen R. &c. coram nobis in cācellaria nostra psonaliter comparentes, manuceperunt p præd' I. quod ipse damnū vel malū aliquod eidē M. de corpore suo non inferret nec inferri pcurabit, videlicet quilibet eorum sub pœna viginti librarum quas concesserunt de terris & catalis suis ad opus nrm levari, si eidem I. damnū aliquod eidem M. de corpore suo intulerit aut inferri pcuraverit: Tibi præcipimus quod executioni brevis nostri præd' tibi in hac parte directi supersedeas p manucaptionem supradictam. T. &c.

Supersedeas de
minis quando
quis timet ipsum
capi vel arrestari
Per custodes
paciis.

¶ Rex, di. & si. suis justitiariis suis ad pacem nram in comitatu Berk conservand' assignatis, salutē. Supplicavit nobis W. ut cum ipse metuat ipsum ad psecutionē T. p vos capi & arrestari, ac graviter imprisonari, quousq; securitatem invenerit quod idem W. damnū vel malū aliquod idem T. de corpore suo non faciet nec fieri pcurabit: Velimus captioni & arrestationi præd' p sufficientem manucaptionem supersederi jubere. Nos p eo quod R. S. P. & E. de comitatu Wiltes. in cancel' nra psonaliter constituti, manuceperunt p ipso W. quod ipse damnū vel malū aliquod eidem T. de corpore suo non faciet nec fieri pcurabit, videlicet quilibet eorum sub pœna centum librarum, quas concesserunt de terris & catallis suis ad opus nrm levari, in casu quo damnū vel malū aliqd' eidem T. de corpore suo p præfat' W. vel pcuracionē suā eveniat, supplicationi præd' anuentes: Vobis mandamus quod captioni & arrestationi corporis præd' W. ea occasione faciend' supersedeatis omnino p manucaptionem supradictam. T. &c.

De minis pro
uxore versus
virum suum.

¶ Rex, vic' salutem. Supplicavit nobis R. uxor I. B. ut cum ipsa de vita sua, &c. p præfat' B. graviter & manifestè comminata existat, velimus p securitate ipsius R. in hac parte pvidere, nos supplicationi præd' annuētes, tibi præcipimus firmiter injungentes, quod ipsum B. coram te corporaliter venire facias, & ipsum, &c. quod ipse præfat' R. bene & honeste tractabit & gubernabit, & quod ipse damnū vel malū aliqd' eidem R. de corpore suo aliter quā ad virū suū ex causā regiminis & castigationis uxoris suæ licitè & rationabiliter ptinet, non faciet nec fieri pcurabit quovis modo, compellas. Et si hoc coram te, &c.

De artorn' vice-
comitis pro
proso-faciendo
admittendo.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Quia di. nobis B. de B. vic' noster S. circa quædā ardua negotia nra de quibus ipsum specialiter oneravimus intantum est intēdens quod coram vobis ad scaccarium nrm ad instans craftinum s. Michaelis, vel ad instantes octavas Paschæ proximè futuras ad profrum suum tunc ibidem
prou

prout moris est faciend' personaliter interesse non potest: Vobis mandamus quòd R. & I. clericum, quos idem vicecomes ad profrum suum præd' coram nobis ad dictum crastinum faciend', coram nobis in cancellaria nra loco suo attornavit, vel alterum ipsorum si ambo interesse non possunt, loco ipsius vicecomitis ad hoc recipiatis hac vice de gratia nra speciali: Ipsum vicecomitem propter absentiam suam ad diem illum vel ad octavas præd' non molestantes in aliquo seu gravantes. T. &c.

¶ Consimile breve fit pro I. de W. escaetore in comitatu Oxon, Berk, Wiltes. & Suth', mutatis mutandis.

Aliter.

¶ Rex, eisdem salutem. Quia dilectus nobis W. de H. vicecomes noster Wiltes. circa quædam, &c. est intendens, quòd coram vobis ad scaccarium nrm ad instans crastini s. Michaelis proximè futuri, ad cõputum suum de exitibus comitatus præd' reddend' venire non potest: dedimus ei respectum de computo suo præd' reddendo, usq; ad octavas sancti Hillarij proximè futuri. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum vicecomitem respectum illum interim habere permittatis. T. &c.

De respectu computi vicecomitis habendo.

REX, collectoribus custumarum suarum in portu Londoni salutem. Supplicavit nobis A. de Flandria mercator, ut cum ipse sexaginta & quatuordecim saccos & octo petras lanæ de I. mercatore Londoni, & sex saccos & dimidium & septem petras lanæ de W. mercatore, de lanis de crescentia Wall' emisset, & eas usq; ad stapulam nostram Westm' duci & cariari fecisset, à portu Londoni ad partes externas, ad commodum suum inde faciendum traducend', & licet dictæ lanæ apud stapulam de Kermerdyñ in Wall' ponderatæ & cokettatæ, & custuma inde debita bene & fideliter persoluta fuissent, prout per literas de coketto inde factas plenè liquet, vos tamen custumam & subsidium à præfato A. pro lanis præd', ac si prius custumatæ & cokettatæ non fuissent, exigitis, in ipsius A. damnum non modicum & gravamen: Velimus ei super hoc de remedio providere. Et quia in ordinationibus de stapulis lanarum infra regnum nrm Angliæ tenendis nuper factis, inter cætera contineatur, quòd bene liceat hominibus de Hiberni & Wall', qui lanas, pelles lanutas, & coria sua in eisdem portibus, mercatoribus extraneis deliberare non poterunt, cum eisdem mercandis suis, postquam in dictis partibus Hiberni sive Wall' custumatæ & cokettatæ fuerint, ad aliquam stapularum nostrarum in Anglia venire possint, & quòd ipsi cum ad aliquam dictarum stapularum venerint, & literas testimoniales de coketto tulerint, quòd dictæ mercandisæ in eisdem partibus Hiberni & Wall' custumatæ & cokettatæ fuerint, quòd nec ipsi nec mercatores qui mercandisas illas ab eis ement, custumas seu subsidia iteratò inde solvent: Nos nolentes ipsum A. contra formam ordinationum prædictarum indebitè prægravari, vobis mandamus quòd visis dictis literis de coketto, si vobis constiterit dictas lanas apud dictam stapulam de Kermerdyñ ponderatas & cokettatas, & custumam inde debitam ibidem bene & fideliter solutam extitisse ut est dictum, tunc ipsum A. dictas lanas in dicto portu Londoni carere, & lanas illas absq; impedimento aliquo ducere per-

De lanis de crescentia Walliæ traducendis; absq; custuma iteratò solvenda, quia semel soluta erat.

mittatis. Provisio semper quod lanæ aliquæ de crescentia Angliæ, ad partes externas inter dictas lanas de Wall' colore præsentium nullatenus traducantur. T. &c.

De bilanciis deferendis.

¶ Rex, collectoribus custumarum suarum in portu villæ magnæ Jernemuth' salutem. Supplicavit nobis T. mercator Londoñ, ut cum ipse quasdam lanas in partibus N.S.E.C. & H. ad opus suum emere intēdat: Velimus ei concedere quod ipse dictas lanas usque portum de Gippewico quæ est infra limites & districtus ballivæ vestræ ducere & cariare, & eas ibidem in navibus carcari, & lanas illas solutis custumis & subsidiis inde debitis, ad partes externas ad cōmodum suum inde faciendū ducere possit. Nos supplicationi præd' annuentes: Vobis mandamus quod bilanciis & pondera pro lana in dicto portu magnæ Jernemuth' ponderanda ordinata, usq; dictum portum de Gippewico deferri, & lanas ipsius Thomæ de tempore in tempus cum ibidem venerit ponderari & cokettari, & ipsum Thomam p se & servientes suos lanas illas sic ponderatas & cokettatas, receptis ab eis custumis & subsidiis inde debitis, in navibus ibidē carcari; & quod voluerit ducere pmittatis. Et hoc nullatenus omittatis. T. &c.


Aliter.


¶ Supplicavit nobis I. ut cum ipse quasdam lanas in diversis partibus regni nri emisset: Velimus, &c. vobis mandamus, &c. usq; dictum portum de Gippewico ad custus ipsius Joh. duci & cariari, & lanas, &c. in navibus pro obsequio nostro non arrestatis nec ordinatis, &c.

De mensuris & ponderibus, ne quis bis puniatur pro uno delicto.

REX, dilectis & fidelibus suis Michaeli de P. & sociis justitiariis nostris ad pacem nostram, necnon ad ordinationes & statuta de operariis & servientibus, ac de mensuris & ponderibus in comitatu Essex conservanda assignatis, salutem. Ex parte civium civitatis nostræ Cicestræ nobis est ostensum, quod cum ipsi per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, teneant civitatem præd' ad feodi firmam, cum libertatibus, liberis consuetudinibus, & omnibus aliis commoditatibus & proficiis quibuscunque, ad civitatem prædictam tam in terra quam in aqua quoquo modo spectantibus, ipsique & omnes prædecesores sui cives civitatis prædictæ, à tempore cujus contrarii memoria non existit, vel sic, à tempore confectiois cartarum prædictarum, emendas assisæ panis & cervisiæ in eadem civitate fractæ, necnon assaiam mensurarum & ponderum & omnia alia quæ ad coronam pertinent in eadem civitate, excepto placito de feloniamoto per appellationem, in auxilium firmæ suæ prædictæ habere consueverint, & licet iidem cives, pistores, braciatores, vinetarios, regratatores, forstallatores, & omnes alios transgressores infra civitatem prædictam, p assisæ hujusmodi panis & cervisiæ fractæ, & pro abusu mensurarum & ponderum, & aliis transgressionibus factis ibidem, feloniam duntaxat exceptis, per amerciamenta & alio modo p majorē & ballivos ejusdem civitatis, ad quos cognitio hujusmodi transgressionum infra eandem civitatem pertinet, punire, & amerciamenta illa ad opus suum in auxilium firmæ suæ prædictæ levare fecerint: Vos tamen eosdem pistores, braciatores, vinetarios, regratatores, forstallatores, & alios

alios transgressores dictæ civitatis, p̄ hujusmodi assisæ panis & cervisiæ fracta, & abusu mensurarum, & ponderum, ac aliis transgressionibus infra eandem civitatem factis, ac si prius ea de causa puniti non fuissent, per amerciamenta gravia aliàs punire intenditis: Quod si fieret, in ipsorum civium præjudicium, ac pistorum, braciatorum, &c. depreffionem, necnon solutionis firmæ nræ præd' retardationē cederet manifestè. Et quia non est juri consonū, qd' quis p̄ uno & eodē delicto bis puniatur, & in magno consilio nostro apud Westm' anno regni nostri Angliæ xxvij. tento exitit concordatū, quòd in inquisitionibus & punitionibus p̄ hujusmodi transgressionibus faciend', libertates dominor' & alior' semper salventur: Nos nolentes præfatis civibus in hac parte injuriari, vobis mandamus qd' si vobis legitimè constare poterit, ipsos cives emendas assisæ panis & cervisiæ, necnon assaiam mensurarum & ponder' ac omnia alia quæ ad coronā nrām pertinent in eadem civitate, excepto placito de felonia moto per appellationem, in auxilium firmæ suæ præd' habuisse, & de jure habere debere ut est dictum, tunc punitionibus hujusmodi pistor', brac', &c. & aliorum malefactor' præd' p̄ delictis suis, p̄ quibus p̄ præd' majorem & ballivos prius puniti fuerunt, coram vobis iteratò faciend' supersedeatis omnino, ipsos non molestates in aliquo. Proviso qd' omnia, &c. falsa mensuræ & pondera cōburantur & adnullētur, & qd' iidē pistor'es, &c. p̄ delictis, p̄ quibus prius puniti non fuerunt, coram vobis puniantur prout decet. T. &c.

 Vel oritur clausula, Proviso, &c.

 Rex dilecto & fideli suo W. de H. & sociis suis justitiariis nostris ad pacem necnon ad ordinationes & statuta de operariis & servientibus, ac de mensuris & ponderibus in partibus Holand' in comitatu Lincoln' conservand' salutem. Ex parte dilecti nobis in Christo prioris hospitalis sancti Johannis Hierusalem in Anglia nobis est ostensum quòd cum ipse habeat, & habere debeat, ipseq; & prædecessores sui à tēpore quo non extat memoria habere consueverint, emendas assisæ panis & cervisiæ fractæ, necnon assaiam mensuræ & ponderum de omnib' tenentibus suis residentibus infra villas de B. & S. & licet idem prior, pistor'es, & braciatores & alios transgressores tenentes suos infra easdē villas residentes, p̄ hujusmodi assisæ panis & cervisiæ fracta, ac abusu mensurarum & ponderum, p̄ amerciamenta & alios modos legitimos p̄ ministros suos pusiri, & amerciamenta illa ad opus suum levari fecerit: Vos tamen eosdem pistor'es & braciatores ac alios transgressores præd', p̄ fractione hujusmodi assisæ panis & cervisiæ, ac abusu mensuræ & ponderum, ac si prius ea de causa puniti non fuissent, p̄ amerciamenta graviora punire intenditis: Quod si fieret, in ipsius prioris præjudicium, & hominum & tenentium & residentium præd' oppressiones cederet manifestè, &c. ut in alio brevi mutatis mutandis usq; ibi, necnon assaiam mensurarum & ponderum, & tunc sic, de hominib' & tenentibus suis ibidē, ac residentib', in dicta villa habere & habuisse ut est dictum: Tunc punitionib' hujusmodi pistor' & braciator' & alior' hominū tenentium ac residentium præd' p̄ hujusmodi assisæ fracta & abusu

Aliter de eodem
pro tenentibus
hospitalis sancti
Johan' Hierusa-
lem in Anglia

Proteçtio de minis.

mensurâ & ponderû quibus coram ministris dicti prioris in leta sua de Hadley puniti fuerunt, coram vobis iteratò faciend' supersedeatis omnino, ipsos pistores & braciatores, ac homines tenentes & residentes præd' ex hac causa non molestantes in aliquo seu gravantes. Proviso ut in præcedenti brevi mutatis mutandis, &c.

Proteçtio de minis.

REX omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Supplicavit nobis A. ut cùm ipse diversa negotia sua in diversis curiis nostris & alibi infra regnum nostrum Angliæ prosequatur, ac idem A. occasione prosecutionis hujusmodi, timeat tam sibi quam hominibus & servientibus suis in personis & rebus suis, per quosdam emulos suos & eorum procuracionem, damnum, vel sic, damnum de corpore suo & jacturam de bonis suis de facili, &c. & periculum de facili posse evenire: Velimus securitati suæ in hac parte prospicere gratiosè. Nos pacem & tranquillitatem ubiq; in regno nostro confoveri volentes: Suscepimus ipsum A. negotia sua prædicta in dictis curiis nostris & alibi infra regnum nostrum Angl' prosequendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes suos, ac res & bona sua quæcunq; in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus quod ipsum A. dicta negotia sua in curiis nostris & alibi infra regnum nostrum prædictum ut præmittitur prosequendo, ibidem morando seu exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes suos ac res & bona sua quæcunq; manuteneatis, protegatis, & defendatis: Non inferentes eis, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum seu injuriatû fuerit: Id eis sine dilatione faciatis emendari, dum tamen idem A. quicquã, quod in nri seu populi nostri præjudicium, aut ordinationis p dominum E. nup regem Angliæ avum nrm & consiliû suum nuper inde factæ enervatione cedere poterit, non prosequatur aut attentet, vel attentare seu prosequi præsumat ullo modo. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes p unum annum duraturas. T. &c.

Aliter.

¶ Rex universis & singulis admirallis, castellanis, præpositis, vicecom', majoribus, ballivis, ministris, & aliis fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd cùm A. prosequatur diversa negotia in curiis nostris & alibi infra regnum nostrum, ipsèq; metuat sibi de corpore & rebus suis occasione prosecutionis suæ præd' p quosdam emulos suos vel p eorum procuracionem damnû & periculum de facili posse evenire: Nos volentes securitati ipsius A. in hac parte providere, suscepimus ipsum A. &c. ut supra.

Aliter proteçtio concessa per petitionem regi exhibitam.

¶ Rex omnibus ballivis, &c. salutem. Ex parte dilecti nobis W. nobis est per petitionem suam nobis exhibitam graviter cõquerendo monstratum, qd' cum diversæ transgressiones & injuriæ sibi p A. & ministros & servientes suos diversimodè inferantur, ipsèq; W. metuat sibi occasione prosecutionis suæ erga nos pro remedio transgressionum & injuriarum prædictarum obtinendo, majora damna tam in corpore quàm in bonis

nis suis posse evenire: Per quod nobis humiliter supplicavit ut ei tam de remedio super transgressionib' & injuriis præd', quam de securitate, ne sibi in persona aut bonis suis possit pendente prosecutione præd', damnum vel gravamen p' præd' A. aut ministros vel servientes suos fieri, providere curaremus. Et quia volumus super contentis in petitione prædicta plenius avitari & interim ipsum W. à damnis & gravaminibus præservari: Suscepimus ipsum W. ac homines & bona quæcunq; in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus ut in forma communi, &c.

¶ Rex archiepiscopis, episcopis, abbatib', prioribus, archidiaconis & eorum officialib', ac aliis personis ecclesiasticis, necnon omnib' ballivis & fidelibus suis tam infra libertates quã extra, ad quos, &c. salutē. Sciatis quòd cùm magister & fratres hospitalis beatæ Mariæ de N. non habeant unde vivant, nisi sibi à Christi fidelibus charitativè subveniatur, ipsiq; & attornati & procuratores sui ad diversas partes regni nostri Angliæ pro eleemosynis pro sustentatione sua colligend' se divertant: Nos volentes securitati & quieti ipsorum magistri & fratrum ac attornatorum & procuratorum suorum prædictorum providere suscepimus ipsos & eorum attornatos & procuratores, de quorum mandato sigillis hospitalis præd' ac loci ordinarii consignato, vobis legitimè constabit, in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vos præfat' & alios personas ecclesiasticas rogamus, quatenus, cùm iidem magistri & fratres seu quivis attornatus vel procurator eorum ad loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint, de cujus mandato ut prædicitur vobis constabit, ipsos benignè in ecclesiis vestris recipere & eleemosynas quærere permittatis. Vobisq; ballivis & fidelibus nostris præcipimus & mandamus, quòd eisdem magistro & fratribus ac eorum attornatis vel procuratorib' veris ut prædicitur & non aliis, transeundo p' partes dicti regni nostri, eleemosynas colligendo & ad hospitale prædictum redeundo, in personis seu rebus suis quibuscunq;, non inferatis nec quantum in vobis est aliis inferri permittatis injuriã, molestiam, damnum, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit: id eis sine dilatione faciatis emendari. Proviso qd' si alii firmarii hujusmodi eleemosynã colligētes mandatum expressum ut præmittitur nō habentes, nomine ipsorum magistri & fratrum veniant ad hujusmodi eleemosynam colligendam: nullo modo admittantur. In cujus rei, &c. p' biennium duratur. T. &c.

Protectio pro hospitali ad eleemosynas colligendas.

¶ Rex eisdem salutem. Sciatis quòd suscepimus in protectionem & defensionem nostras, dilectos nobis magistrum & fratres hospitalis de G. ac eorum attornatos, necnon homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones hospitalis prædicti. Ideo vos prælatos ac alias personas ecclesiasticas rogamus, quatenus cum iidē magistri vel fratres seu quivis attornatorum suorum ac loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint: Ipsos benignè, &c. usq; ibi, mandamus, qd' prædictos magistrum & fr̄es ac eorum attornatos, necnon homines, terras, redditus, & omnes possessiones suas manuteneatis, ptegetis, & defendatis: Non inferentes ei seu quātū

Aliter.

Protectiones.

in vobis est ab aliis inferri pmittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum, &c. faciatis emendari. In cujus rei testimonium, &c. p unū annum duratur. T. &c.

Protectio pro clero.

Statutū de prælatis, religiosis, &c. edicunt A. 14. E.

¶ Rex omnibus ballivis, &c. salutem. Sciatis quòd nos considerantes subsidia quā plurima, quæ prælatis, religiosi & alii de clero regni nostri Angliæ nobis in necessitatibus nostris ante hæc tempora fecerunt, ac gratitudinem magnam quam in eisdem prælatis, religiosis, & aliis de clero præd' semp in opportunitatibus nostris pnam & poptā invenimus, ac volentes pinde dilectum nobis G. de R. psonam ecclesiæ de K. favore psequi gratiosè: Suscepimus ipsum G. homines, terras, res, redditus & omnes possessiones suas, ac bona & res sua quæcunque in ptectionem & defensionē nostras speciales. Et ideo vobis mandamus, quod ipsum G. homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, ac bona & res sua quæcunq; , manuteneatis, ptegatis & defendatis: Non inferentes eis vel quantum in vobis est ab aliis inferri pmittentes, injuriam, molestiam, damnum aut gravamen. Et si quid eis forisfactū fuerit: Id eis sine dilatione faciatis emendari. Nolumus enim qd' de bladis, scenis, equis, cærectis, cariagiis, bobus, vaccis, porcis, ovibus aut aliis bonis seu catallis præd' G. ecclesiast', ubicunq; sub custodia sua aut ballivoꝝ seu hominum suoꝝ inventa fuerint contra voluntatē suā seu hominū aut servientium suoꝝ ad opus nrm aut alioꝝ quorumcunq; p ballivos seu ministros nros aut alterius cujuscunq; quicquā capiatur. In cujus rei, &c. p unum annum duratur. T. &c.

Protectio pro mercatoribus Lumbardiæ.

¶ Rex omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd cum dilecti nobis N. P. R. & socii sui mercatores de societate Bardorū, teneantur nobis quadam magna pecuniæ summa, nobis ad certum terminum futurum, vel certis terminis solvenda, ac jam intellexerimus quòd quāplurimi creditores, quibus præd' mercatores in diversis debitis obligantur, versus eosdem mercatores p solutione debitoꝝ illoꝝ habenda, infra terminum præd' vel, &c. p processum in curiis nostris psequi pponunt, qui quidem mercatores, si ad debita illa solvenda compellerentur, ad satisfaciendum nobis de debitis nostris ad terminum prædictum vel, &c. cum ad tanta debita nobis & aliis solvenda infra tam breve tempus forsitan non sufficerent, de facili impedirentur, quod si fieret, in nostri damnum cederet manifestè, & quia volumus solutionem debitoꝝ nostroꝝ cæteris omnibus put ratione prærogativæ nræ totis temporib' retroactis usitata fieri debet, anteferri, ac indemnitati nostræ pspicere in hac parte, suscepimus ipsos mercatores & eorum bona ac res quæcunq; in ptectionem & defensionem nostram specialem: Nolentes quòd iidem mercatores occasione aliquorum debitoꝝ seu computorum, quæ nobis non debentur, p pcessum in curiis nostris faciend', dictis debitis nostris nobis nō solutis, capiantur, distringantur, aut arrestentur. Sed in casu quòd debita aliqua versus ipsos mercatores p judicia in curiis nostris recuperata fuerint: Volumus quòd executiones judiciorū eorundem cessent, & ponantur,

ponantur in suspenso quousq; nobis de debitis, quæ nobis per ipsos mercatores sic debentur, satisfactum fuerit, vel aliud inde duxerimus demandandum. Et ideo vobis mandamus quòd ipsos mercatores aut eorum aliquem in corporibus aut in bonis suis contra tenorem præsentium non molestetis in aliquo seu gravetis. In cuius rei, &c. p unum annum vel biennium duraturas. T. &c.

¶ Rex universis & singulis vic', escaetoribus, majoribus, ballivis, ministris, ac subditis fidelibus & ligeis nostris quibuscunq; tā cōmunit' villæ de Suthwerke, quā aliis infra libertates vel extra, præsentis literas nostras visur' vel audituris salutē. Sciatis quòd suscepimus in ptectionem & defensionem nostras speciales, Th' Wheche, ac homines & servientes suos, maneria, terras, & tenementa, bona & possessiones sua in Londoni, Southwerk, Hachelsham, & Aspe, in comitatu Surri, ac in S. C. & D. in comitatu Kanc' existentia, necnon literas, scripta, & minumenta sua quæcunq;. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum T. ac homines, servientes, maneria, terras, tenementa, bona, possessiones, literas, scripta, & minumenta præd', manuteneatis, ptegatis, & defendatis: Non inferentes eis aut eorum alicui inferri pmittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiã, vastum, destructionem, seu domorum vel aliorum bonorum aut catallorum incendium, seu aliud impedimentum aliquod vel gravamen. Et hæc in fide, dilectione, & ligeancia, quibus nobis tenemini, & sub gravi forisfactura nra nullatenus omittatis, nec aliquis vestrū omittat. In cuius rei testimonium, &c. p unum annum duratur'. T. &c. Per ipsum regem.

Protectio in nova forma.

Non conceditur nisi fuerit tempore insurrectionis vel causa verisimili.

¶ Rex archiepiscopis, &c. ut in quarta protectione. Sciatis quòd cum R. nuper p infortunium incendii domorū ac rerum bonorum suorum quorumcunq; oppressus, necnon senio, aliisq; infirmitatib' multimodis undiq; sit contractus, non habēs unde vivat, nisi sibi à Christi fidelibus & Deo devotis charitativè subveniatur, idemq; R. ad diversas partes regni nostri Angliæ p eleesymonis p reparatione domorū suarū præd' & sustentatione sua, tam in ecclesiis cathedralibus & parochialibus, quàm capellis & aliis locis, &c.

Protectio ad ecclesiam collegiis colligendas pro aliquo destructo per incendium.

¶ Rex universis & singulis vicecomitibus, majoribus, ballivis, ministris & aliis fidelibus suis, tam infra libertates quā extra, ad quos præsentis literæ pvenerint salutem. Supplicavit nobis H. ut cum ipse metuat sibi ac hominibus & servientibus suis damnū de corporibus suis, ac jacturam de bonis & rebus suis, p quosdam emulos suos & eorum pcuracionem posse de facili evenire: Velimus securitati suæ in hac parte pspicere gratiosè. Nos ut idem H. ac homines & servientes sui præd', ad quascunq; partes regni nri Angliæ securiūs se divertere, & negotia sua quietiūs ibidem psequi valeant, quo nostra fuerint ptectione muniti, supplicationi præd' añuentes, suscepimus ipsum H. ac homines & servientes suos præd', ad quascunque partes regni nri Angliæ se divertendo, negotia sua præd' psequendo, ibidū morādo & exinde ad ppria redeundo, necnon terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, ac bona sua quæcunq; in protect' & defensionem nras speciales.

Protectio de minis de nova forma.

Protectiones.

speciales. Et ideo vobis mandamus, quòd ipsum H. ac homines & serviētes suos, ad quascunq; partes regni nostri Angliæ ut præd' est se divertendo, negotia sua præd' psequendo, ibidem morando & exinde ad ppria redeundo, ac terras, res, redditus, & omnes possessiones suas ac bona sua quæcunque manuteneatis, ptegatis, & defendatis: Non inferentes eis seu quantum in vobis est ab aliis inferri pmittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis in psonis aut bonis vel rebus suis forisfactum fuerit vel injuriatum, id est sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis: Dum tamen idem H. aut homines seu servientes sui præd' quicquam quod in nostri seu coronæ nostræ præjudicium aut ordinationis p dominum E. nuper regem Angliæ avū nostrum inde factæ enervationem cedere valeat, non attentent seu attentari fac' quovis modo. In cujus, &c. p unum annum vel bienniūm duraturas. T. &c.

Aliter.

¶ Rex universis & singulis vic', constabulariis, majoribus, senescallis, præpositis, ministris, ballivis, & aliis fidelibus suis, tam infra libertates quàm extra ad quos, &c. salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis ballivi, burgenses, ac communitas villæ de Tamworth', ut cùm ipsi ex quibusdam causis pbabilibus & verisimilibus conjecturis, metuant sibi & servientibus suis de corporibus suis damnum & periculum, ac jacturam de bonis & rebus suis, p malitiam & pcuracionē quorundā emulorum suorum de facili posse evenire, nisi eis p nos subveniatur: Velimus securitati & quieti suæ in hac parte gratiosè prospicere. Nos qui singulos ligeos nros sub pacis vinculo conservare ex debito astringimur, supplicationi præd' annuentes: Suscepimus ipsos ballivos, burgenses, & cōmunitatem, ac res & bona sua quæcunque, necnon servientes suos, in protectionē & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus, qd' præd' ballivos & burgenses ac communitatem, ac res & bona sua quæcunq;, necnon servientes suos præd', manuteneatis, ptegatis, & defendatis, non inferentes, &c. Et si quid, &c. In cujus rei testimonium, &c. T. &c.

Protectio pro hospitali sancti Johan' Hierusalem in Anglia.

¶ Rex archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, officialibus, decanis, & eorum commissariis, ac aliis psonis ecclesiasticis quibuscunq;, necnon omnibus ballivis suis ad quos præsentis literæ pvenerint salutem. Sciatis qd' cùm dilecti nobis in Christo Prior & fratres hospitalis sancti Johannis Hierlm' in Anglia, qd' quidem hospitale in tuitionem & defensionem universalis sacrosanctæ ecclesiæ contra Christi & christianorū inimicos institutum est pariter & fundatum, diversos pcuratores, attornatos, collectores, sive nuncios, ad diversas partes regni nostri Angliæ, p collectis & confratriis fideiū eidem hospitali in auxilium defensionis hujusmodi charitativè collatis & conferendis, ad usum dicti hospitalis quærendis & colligendis dirigant atq; mittant: nos securitati eorundem prioris & fratrum, necnon pcuratorum, attornatorum, collectorum, ac nunciorum suorum præd' providere volentes in hac parte, suscepimus ipsos priorē & fratres

fratres, necnon procuratores, attornatos, collectores, ac nuncios suos hujusmodi, & eorundem procuratorum, attornatorum, collectorum, & nunciorum substitutos, in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vos praelatos & alias personas ecclesiasticas requirimus & rogamus, quatenus cum iidem procuratores, attornati, collectores, sive nuncii, aut eorum in hac parte substituti, ad ecclesias, capellas seu alia loca vestratempore consueto ex causa praemissa accesserint, ipsos in ecclesiis, capellis, & aliis locis vestris praedictis more solito benignè recipientes, hujusmodi collectas & confrarias eidem hospitali pia ut praemittitur intentione, ab aliquo collatas seu de novo conferendas colligere, & absque impedimento seu diminutione aliqua percipere & habere liberè permittatis. Vobisque ballivis & fidelibus nostris praecipimus & mandamus, quod ipsos priorè & fratres, ac eorum procuratores, attornatos, collectores, sive nuncios praedictos, necnon eorundem procuratorum, attornatorum, collectorum, & nunciorum substitutos, manuteneatis, protegatis, & defendatis: Non inferentes eis, vel quantum in vobis est, ab aliis quovismodo inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum aut injuriatum fuerit: Id eis sine dilatione corrigi facite & debitè reformari. In cujus, &c. T. &c.

¶ Rex, universis & singulis vicecomitibus, majoribus, ballivis, constabulariis, ministris, ac aliis fidelibus & subditis suis tam infra libertates quàm extra ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd suscepimus in protectionem & defensionem nostras speciales, I. B. homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, necnon bona & catalla sua quaecunq;. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum I. homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, necnon bona & catalla sua praedicta, manuteneatis, protegati, & defendatis: Non inferentes eis seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum vel injuriatum fuerit: Id eis sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis. In cujus, &c. per unum annum duratur. T. me ipso, &c.

De protectione
absque clausula
Nolumus sive
Volumus.

¶ Rex, omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd cum I. de M. prosequatur diversa placita & negotia sua, in diversis curiis nostris & alibi infra regnum nostrum Angliæ idemq; I. metuat tam sibi quàm hominibus & servientibus suis, per quosdam emulos suos & eorum procuracionem, damnum de corporibus suis, ac jacturam de bonis, rebus, & catallis suis occasione prosecutionis hujusmodi de facili posse venire: Nos securitati dicti Johannis in hac parte prospicere volentes gratiosè, suscepimus ipsum I. placita & negotia sua praedicta in curiis nostris praedictis & alibi infra regnum nostrum praedictum ut praemittitur prosequendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon homines, servientes, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, ac bona & catalla sua quaecunq;, in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus, quòd ipsum I. placita & negotia sua praedicta in dictis curiis nostris & alibi infra regnum nostrum praedictum prosequendo, ibidem morando & exinde

De protectione
de minis.

Brevia de certiorando diversarum naturarum.

ad propria redeundo ut prædictum est necnon homines, servientes, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, ac bona & catalla sua præd' manuteneatis, protegatis, & defendatis: Non inferentes eis vel inferri permittentes, &c. ut supra usq; ibi, dilatione, & tunc sic, corrigi fac' & debitè reformari: Dum tamē idem I. quicquam, quod in enervationem ordinationis per dñm E. nuper regem Angliæ progenitorem nrm factæ cedere valeat, non attentet vel attentare præsumat quovis modo. In cujus, &c. p triennium duratur. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, universis & singulis vicecomitibus, &c. ut supra salutem. Supplicavit nobis A. de B. ut cum ipse diversa placita & negotia sua in diversis curiis nris & alibi infra regnum nostrum Angliæ prosequatur, ac idem A. occasione prosecutionis suæ hujusmodi, metuat tam sibi quam hominibus & servientibus suis, in personis suis damnum & periculum, ac de bonis & rebus suis jacturam & dispendium per quosdam emulos suos & eorum procuracionem de facili posse evenire: Velimus securitati suæ in hac parte prospicere gratiosè. Nos pacem & tranquillitatem ubiq; in regno nostro confoveri volentes: Suscepimus ipsum A. dicta placita & negotia sua in dictis curiis nostris & alibi infra idem regnum nostrum prosequendo, ibidem morando & exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes ac res & bona sua quæcunq; in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus, &c. ut supra, mutatis mutandis. T. &c.

Certiorari.

REX, dilecto & fideli suo R. salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu utlagariæ in I. in com' L. promulgatæ, & coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris, ad diversas felonias in com' præd' audienda & terminand' assign' retornatæ: Vobis mandamus quòd tenorem recordi & processus præd', vel sic, tenorem rec' & proc' utlagariæ præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellari' nra sub sigill' vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc bfe. T. &c.

¶ Quia super præsentatione facta corà vobis & sociis vestris justitiariis nris ultimò itinerantibus in com' Linc' de morte A. unde B. captus & detentus in prisona nostra de N, rettatus est, & etiam super inquisitione inde coram vobis ibidem facta, quibusdam certis de causis volumus certiorari: vobis mandamus quòd irrotulationem præsentationis & inquisitionis præd' nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

Leyc' ff. ¶ Rex vult certis de causis certiorari, super tenore recordi & processus utlagariæ in S. in com' præd' promulgatæ, & coram ipso rege existentis ut dicitur & si idem S. se reddiderit in prisonæ marescalciæ ipsius regis coram ipso occasione præd' necne. Et si sic: Tunc ob quam causam & qualiter, & quo modo. Ideo tenor recordi & processus præd', ac etiam certificatio redditionis præd', sub sigillo I. C. capitalis justitii ipsius regis distinctè & apertè sine dilatione mittantur in cancellari' ipsius regis cum hac billa. T. rege apud W. anno xx.

Leyc'

Leyc' ff. ¶ Rex, vult certis de causis certiorari super tenore rec' & pc' cujusdam inquisitionis factæ coram rege de morte N. unde I. captus & detentus in gaola regis Cantuar' indictatus est ut dicitur. Vel sic, unde B. nuper captus & detentus in prisona marescalciæ ipsius regis coram eo rettatus extitit. Ideo tenor recordi & processus inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus, &c. ut supra.

Leyc' ff. ¶ Rex vult certis de causis certiorari super tenore recordi & processus cujusdam inquisitionis, vel sic, utlagariæ in R. in com' præd' promulgatæ, coram I. & sociis suis justitiariis nris ad quandã trãsgressiõnem A. comitissæ Leyc' p præfatum R. & alios in bñi nro originali contentos illatã audiend' & terminand' assignatis, retornatæ, quæ quidem rec' & processus coram ipso rege p breve suum missa existunt ut dicitur. Et si idẽ R. se reddiderit prisona marescalciæ ipsius regis coram eo occasione præd' necne. Ideo tenor recordi & processus utlagariæ præd', ac etiam certificatio redditionis præd' sub sigillo, &c.

¶ Rex, vic' Lincoln' & coronatoribus ejusdem comitatus salutẽ. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu utlagariæ in A. in comitatu præd' ut dicitur promulgatæ: Vobis præcipimus quòd recordum & processus utlagariæ præd', nobis sub sigillis vestris distinctè & apertè sine dilatione mittatis, &c.

¶ Rex, coronatoribus suis in com' Linc' salutem. Quia, &c. usq; ibi, pcessu cujusdam appelli, qd' W. nuper probator defunctus fecit versus S. de quadam roberia quam iidem W. & C. in com' &c. adinvicem fecisse dicebantur: Vobis præcipimus quòd recordum & processum ejusdem appelli cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillis vestris, &c.

¶ Rex, majori & vicecomitibus London' salutẽ. Quia quædam negotia per appellum, indictamenta, & attachiamenta, coram vobis in civitate præd' Londn' nuper intrata nondum terminantur, & quædam inquisitiones in eadem civitate factæ fuerunt retornatæ, quorum quidem negotiorum inquisitiones, recorda & processus penes vos resident ut dicitur, & quæ omnia per dilectos & fideles nostros B. &c. justitios nostros ad diversas transgressiones in civitate præd' factas audiend' & terminand' assignari, expediri volumus & finaliter terminari: Vobis mandamus quòd præd' recordum & proc' cum omnibus ea tangentibus præfatis justitiariis sub sigillo, &c.

¶ Rex, dilecto & fidei suo W. &c. salutem. Quia quibusdam certis de causis, &c. cujusdam inquisitionis captæ coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris itinerantibus in comitatu W. pro morte I. unde A. captus & in prisona nostra, &c. rettatus est ut dicitur: Vobis mandamus quòd recordum & processum ejusdem inquisitionis cum omnibus ea, &c. ut in primo brevi.

¶ Rex, di. & fi. suo R. salutem. Quia volumus quòd justitii nostri itinerantes in comitatu Midd', super recordo & processu cujusdam inquisitionis captæ coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam nostram de N. deliberand' assignatis, de I. capto & detento in gaola nostra prædicta pro morte R. unde rettatus est, &c. quibusdam

De certiorando.

certis de causis certiolemur : Vobis mandamus, &c. usq; ibi, tāgentibus, sub sigillo v̄ro præfat' justitiariis itinerantibus sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

¶ Volentes quibusdam certis de causis super recordo & processu cujusdam præsentationis corā vobis, &c. justitiariis n̄ris ultimo itineratibus in com' A. facto, de fuga quam W. clericus fecit ut dicitur plenius certiorari : Vobis mandamus qd' recordū & p̄cessum præsentationis præd', nobis in cancellariā n̄ram sub sigillo v̄ro distinctè, &c. ut in primo brevi.

¶ Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cujusdam inquisitionis factæ coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam n̄ram de N. assignatis deliberand' pro morte B. unde I. captus & detentus in gaola n̄ra præd' rettatus est ut dicitur : Vobis mandamus quòd recordum & processum inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus, &c.

¶ Quia quibusdā certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cujusdā inquisitionis captæ corā dilectis & fidelibus nostris W. &c. justitiariis n̄ris ad gaolam nostram de N. assignatis pro morte E. unde C. pro morte præd' rettatus fuit ut dicitur, quæ quidem recordum & processum corā vobis certis de causis venire fecimus quæ penes vos resident ut dicitur : Vobis mandamus quòd recordum & proc' præd' cum omibus ea, &c. nobis sub sigill', &c.

¶ Rex, vic' Linc' & coronatoribus ejusdē com' salutem. Quia super recordo & processu utlagariæ, ac etiam super modo & causa ejusdem si qua in l. occasione cujusdam transgressionis sibi impositæ pmulgata fuerit in com' præd', quibusdam certis de causis certiorari volumus : Vobis præcipimus quòd scrutatis rotulis vestris, recordum & proc' utlagariæ præd' distinctè & aperè nobis, &c.

¶ Rex, vic' L. & coronatoribus com' præd' salutē. Quia super modo & causa mortis A. apud N. interfecti ut dicitur, quibusdā certis de causis certiorari volumus : Vobis præcipimus, quòd p̄ sacramentū p̄borum & leg' hominum de com' præd', p̄ quos, &c. diligenter inquiras, utrum idem A. seipsum interfecit furore ductus vel p̄ infortunium, vel alius ipsū interfecit, & tunc quis, & qualiter, & quo modo, & ex qua causa, & de quo terrā tuā tenuit, & p̄ q̄d' servitiū, Et inquisitionē inde distinctè & aperè factā sub sig' v̄ro & sig' eorū p̄ quos facta fuerit sine dilac' &c.

¶ Rex, di. fi & suo R. salutem. Cū nuper in cur' n̄ra corā vobis & soc' v̄ris justitiariis n̄ris ad gaolā n̄ram War' deliberand' assign' de morte I. unde S. indictatus fuit p̄ inquisitionē patriæ, in quā de banco & malo se posuit secundum legē & cōsuetudinē, &c. acquietatus fuisset, jamq; idē S. de morte præd' coram custodibus pacis n̄ræ in com' War' impetitus existat ut accepimus : Nos volētes ex causa præd' super recordo & p̄cessu inquisitionis præd' certiorari, vobis mandamus qd' si præfat' S. de morte præd' corā vobis & sociis vestris præd' acquietatus fuisset ut est dictū, tunc recordū & proc' præd', &c.

¶ Rex, di. & fi. suo R. capitali justituario suo salutē. Cū F. de quadam transgressionē E. vi & armis facta, corā nobis cōvictus. & p̄ eo qd' nō venit

venit coram nobis ad satisfaciendū nobis de redemptione sua quæ ad nos pertinet in hac parte, & præfato E. de damnis sibi in hac parte adjudicatis, in exigendis positus fuisset ad utlagandū, & ea occasione postmodū utlagatus: quæ quidem utlagaria corā nobis jam est retornata ut accepimus, ac idem F. nobis supplicaverit ut cum ipse præfato E. de damnis suis præd' jam satisfecerit, velimus ei utlagariā præd' gratiose perdonare: Nos ea de causa volentes certiorari super recordo & processu utlagariæ prædictæ, & si idem F. præfato E. de damnis prædictis satisfecerit ut est dictum necne, vobis mandamus quòd nos super præmissis sub sigillo vestro distinctè & apertè, &c. reddatis certiores &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo, &c. salutē. Cūm G. nuper de morte W. indictatus, & inde corā dilectis & fidelibus nris I. & B. tunc justitiariis dñi E. nuper regis Angliæ avi nri ad gaolam de F. deliberandam assignū, p̄ quandam inquisitionem patriæ in quam se posuit acquietatus fuisset idemq; G. metuens se coram justitiariis nris itineraturū in com' Linc' de morte illa occasionari, sicut ex querela ipsius G. accepimus: Nos ea de causa super recordo & processu inquisitionis præd' volentes certiorari, vobis mandamus quòd si præd' G. de morte præd' sit acquietatus ut præd' est, tunc recordum & processum inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus, &c. nobis in cancellaria nostra, &c.

¶ Cūm T. nuper implacitasset corā vobis & sociis vris justitiariis nris ad diversas felonias & transgressiones in com' L. factas audiend' & terminand' assignatis, W. sine brevi nro, de quadā transgressione eidem T. p̄ præfat' W. illata ut dicebatur, & licèt idē W. per inquisitionem patriæ in quam se posuit de transgressione præd' convictus fuisset, & centum solidi eidem T. p̄ damnis suis in hac parte extitissent adjudicati: idem tñ T. executionē judicii præd' quoad damna præd' nondum est affecutus, sicut ex parte ipsius T. nobis datur intelligi. Nos judicium præd' debitæ executioni demandari, & super recordo & processu loquelæ præd' volentes certiorari: vobis mandamus quòd si judiciū inde redditū sit, tūc recordū, &c. loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus, &c.

¶ Ex parte R. nobis ostensum, quòd cūm ipse corā vobis, &c. ut in ultimo usq; ibi, assignū, implacitasset I. de quadam transgressione eidē R. p̄ præfatum I. illata ut dicitur, idēq; I. de transgressione præd' convictus, & prisonæ nræ de F. adjudicatus fuisset in eadē detinend', quo usq; nobis de eo qd' ad nos pertinet, & præfat' R. de damnis suis in hac parte sibi adjudicatis satisfecerit, & idē I. jam diem clauserit extremum, p̄ qd' executio judicij præd' quoad damna levand' retardatur, ad grave damnum ipsius R. sicut ex querela sua accepimus: Nos ex causa præd' volentes super recordo & processu loquelæ præd' certiorari, & ulterius fieri qd' est justū vobis mandamus quòd si judicium inde redditū sit, tunc rec' & pc' loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vro distinctè & apertè mittatis & hoc breve, ita quòd ea habeamus tali die ubicunq; tunc fuerimus in Anglia: Ut inspectis recordis & processibus præd', ulterius inde fieri fac' quod de jure & secundum

De certiorando.

legem & consuetudinem regni nri Angliæ fuerit faciendum. T. &c.
¶ Rex, di. & fi. suo I. salutē. Quia ut accepimus R. de morte I. indictatus est, & inde coram vobis & sociis vestris iustitiariis nris ad gaolam nram de A. deliberand' assign', allocutus fuisset, & p inquisitionem patriæ in quam se posuit de bono & malo compertum extitisset, qd' idē R. interfecit præfatum I. se defendendo, ita quòd mortē propriā aliter evadere non potuit, & non p feloniam aut maliciam præcogitatā ppter qd' idē R. remissus est gaolæ nre præd', aut gratiā nram super hoc expectand': Nos ea de causa super rec' & processu inquisitionis præd' volentes certiorari, vobis mandamus quòd recordum & processum inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè, &c.

¶ Rex, di. & fi. suo N. & sociis suis iustitiariis nris ad diversas felonias, transgressiones, oppressiones, & extortiones, damna, gravamina, & excessus populo regni nostri facta audiend' & terminand' assignatis in com' L. salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cujusdam inquisitionis coram vobis factæ apud L. sine brevi nostro inter W. & S. de quadam transgressione eidem W. p præfatum S. illata ut dicitur: Vobis mandamus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc rec' & proc' inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nra sub sigillo vestro, &c.

¶ Rex, di. & fi. suo I. capitali iustitiario suo salutē. Monstravit nobis I. quòd cum ipse nuper implacitasset W. p breve nrm coram nobis, de quadā tñs eidē I. p præfat' W. illata ut dicitur, & licet idē W. p inquisitionem patriæ in quam se posuit, de transgressione præd' convictus fuisset, & quatuor marcæ idem W. p damnis suis in hac parte adjudicatæ fuissent, & p præd' quatuor marcis elegerit sibi liberari omnia catalla & medietatem terrarum ipsius W. tenend' juxta formam statuti per extentam & appreciationem p vic' nrm Lincoln inde faciendas quæ quidem extenta & appreciatio coram vobis retornatæ sunt ut dicitur, ac præd' I. pro eo quòd præd' W. præfatum I. de eodem tenemento disseisivit, quandam assisam novæ disseisinæ coram R. & sociis, &c. ad assisas in com' præd' capiendas assignatis, versus eundem W. de tenementis præd' jam arrainavit ut accepimus, p quod expediens est & necesse qd' iidem iustitiiarii super tenore recordi & processus præd' certientur: Vobis mandamus, &c. dictum negotium tangentibus, nobis in cancellaria nostra sub sigillo, &c.

De certificatio-
ne quæ est coram
rege mittenda
in cancellariam,
utrum damna
adjudicata sint
satisfacta necne.

Lincoln ff. ¶ Rex, vult certis de causis certiorari, si I. de damnis sibi adjudicatis in loquela quæ fuit sine brevi suo coram W. &c. nuper iustitiariis, ad inquirendum de diversis felonis & transgressionibus in com' L. factis assignatis, inter I. & E. de quadam transgressione eidem I. p præfatum E. illata, cujus quidem loquelæ rec' & proc' coram ipso rege existunt ut dicitur, satisfactum sit necne. Ideo certificatio inde mittatur in cancellariā regis, sub sigillo G. capitalis, &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo, &c. Cùm A. arrainavit cor' vobis quandā juratam viginti & quatuor militum, ad convincendū juratores cujusdam

dam inquisitionis factæ coram vobis & dilectis & fidelibus n̄ris, &c. ad diversas felonias & transgressiones in com' Linc' factas audiend' & terminand' assignatis, apud C. p breve n̄rm inter W. & præd' A. de quadã tr̄ns eidẽ W. p præfat' A. illata ut dicitur, ac expediens sit & necesse quòd nos super record' & proc' inquisitionis præd' certiosemur: Vobis mandamus quòd si judiciũ inde redditũ sit, tunc, &c. ut suprà.

¶ Rex di. & fi. suo A. salutẽ. Cũ nos nuper ad p̄secutionem A. accipientes, quòd in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii loquelæ quæ fuit coram vobis, &c. justitiariis n̄ris ad quadã trãgressionem C. p præfat' A. & quosdã alios malefactores ut dicebatur illata audiend' & terminand' assignã p breve n̄rm inter præd' C. & A. de tr̄ns præd' error intervenit manifestus, in ipsius A. damnum non modicũ & gravamen sicut ex querela sua accepimus, vobis pluries præceperimus ac mandaverimus, quòd si judicium inde redditum esset, tunc recordũ & p̄cessum loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus mitteretis, & breve quod vobis inde venerit, vel causam nobis, &c. ac vos sp̄retis, &c.

¶ Rex, senescallo & marescallis hospitii sui salutẽ. Cũ A. de B. arraiverit corã vobis p b̄re n̄rm quadã juratã viginti & quatuor militũ, ad convincendos juratores p quos quadã inquisitio nuper capta fuit corã vobis apud villã de sancto Albano sine brevi n̄ro, inter I. de T. & præd' A. de quadam transgressione eidẽ I. p præfat' A. infra virgam n̄ram illata ut dicitur, ac expediens sit & necesse quòd nos super recordo & processu inquisitionis præd' certiosemur: Vobis mandamus qd' si judicium inde redditum sit, tunc recordum & processum inquisitionis præd' cum omnibus ea trãgentibus nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro, vos præfat' senescallo, distinctẽ & apertẽ sine dilatione mittatis & hoc brev e T. anno quarto regis Richardi secundi.

¶ Rex, thesaur' & baronibus suis de scaccario salutem. Volentes certiorari in quibus & quot debitis I. nobis tenetur ad scaccariũ, tam de debitis suis propriis quã de debitis antecessorum suorum, & ex qua causa & quæ inde sunt clara: Vobis mandamus quòd scrutatis rotulis & memorandis scaccarij præd' præmissa tangentibus, nos de eo, qd' inde inveneritis, sub sigillo ejusdẽ scaccarii distinctẽ & apertẽ sine dilatione reddatis certiores, remittentes nobis hoc breve. T. &c.

De certiorando
de debito regis.

¶ Rex, di. & fi. suo W. salutẽ Cũ I. F. de morte I. R. unde indictatus fuit coram vobis & sociis v̄ris justitiariis n̄ris ad gaolã n̄ram castri Wintonõ deliberand' assignatis allocutus, p inquisitionem patriæ in quã inde se posuit, secundum legẽ & consuetudinẽ regni n̄ri acquietatus fuisset, prout p̄recordum & processum inquisitionis præd' plenius poterit apparere, ac ex parte ipsius I. nobis sit supplicatum, ut cũ ipse de morte præd' iterũ jam de nova corã nobis sit occasionatus, velimus pro indemnitate suã in hac parte agere gratiosè: Nos supplicationi præd' annuentes, volentesq; ea de causa super recordo & processu inquisitionis præd' certiorari, vobis mandamus quòd si idem I. coram vobis de morte prædicta in forma præd' acquietatus fuerit, tunc record' & proc' inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariã

De recordo &
processu inquisitionis patriæ
in quam quis indictatus se posuerit, & per quam acquietatus fuerit coram justitiariis ad gaolam deliberandam mittendis in cancellariam.

Certiorari.

Custodibus pacis ac iustitiariis ad diversa felonias trās & malefacta audienda & terminanda, de re-nore utlagariæ mittendo in cancellaria.

nostram sub sigillo vestro sine dilatione mittatis & hoc breve T. ¶ Rex, dilecto & fideli suo P. de C. salutem. Volentes certis de causis certiorari, super tenoribus recordorū & processuū utlagariū in Johānē Ward, R.D. & I.G. in com' Somers. promulgatarum, & coram vobis & sociis vestris custodibus pacis n̄ræ, ac iustitiariis n̄ris ad diversa felonias, transgressiones, & malefacta in com' præd' audienda & terminanda assignatis retornatorum ut dicitur, ac si iidem Johannes Rogerus, & Johannes se reddiderint prisonæ n̄ræ in com' præd' coram vobis occasionibus præd' necne: Vobis mandamus quòd tenores recordorum & processuum præd' ac certificationem redditionum illarum nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

De præsentatione mittenda coram rege.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Quia quandā præsentationem coram vobis apud Suthwerk nuper factam, de quibusdā transgressionibus unde A. de B. quocunq; nomine censeatur coram vobis indictatus est ut dicitur, coram nobis & non alibi volumus terminari: Vobis mandamus quòd præsentationem illam cum omnibus eam tangentibus, nobis sub sigillo vestro, vos præfate senescalle, distinctè & apertè mittatis & hoc breve, ita quòd ea habeamus tali die ubicunq; fuerimus in Anglia, ut his inspectis ulterius inde fieri faciamus quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum. T. &c.

Certiorari ubi aliquis interfecit alium se defendendo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo A. salutem. Cùm ut accepimus R. de C. de morte W. nuper indictatus, inde coram vobis & sociis vestris iustitiariis n̄ris ad gaolam Linc' deliberand' assign' extitisset allocutus, & per inquisitionem patriæ in quam inde se posuit ibidem compertum fuisset, quòd præd' R. interfecit præd' W. se defendendo & non per feloniam aut maliciam excogitatum, per qd' idem R. remissus est gaolæ præd' ad gratiam super hoc expectandam: Nos ea de causâ super recordo & processu inquisitionis præd' volentes certiorari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc recordum & processum inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus nobis cancellariam n̄ram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T.

¶ Rex, majori & vicecomitibus civitatis Eborum salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore recordi & processus assisæ frisicæ forcicæ, quam I. nuper arrainavit coram C. nuper majore & T. & K. nuper vicecomitibus civitatis præd' sine brevi nostro, secundum consuetudinem ejusdem civitatis, versus H. de quadraginta solidatis reditus cum pertin' in Eborū: vobis præcipimus quòd tenorem recordi & processus assisæ præd' nobis in cancellariam nostram, &c. ut supra mutatis mutandis. T. ut supra.

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Oxon' salutem. Volentes certis de causis certiorari, quæ & quot personæ ad ecclesiam de K. vestræ dioc' ab anno regni domini E. tertii nuper regis Angliæ progenitoris nostri tricesimo admittæ fuerunt, ac institutæ & inductæ in eadem, & ad quorum vel cujus præsentationem, quo
titulo

titulo, qualiter, & quo modo: vobis mandamus quòd scrutatis registris vestris & prædecessorum vestrorum à tempore præd', de eo, qd' inde inveneritis, nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Eborū ff. ¶ Rex, vult certis de causis certiorari, super tenore recordi & processus loquelæ coram dño H. nuper rege Angliæ anñ dñi regis nunc in cancellaria ipsius nuper regis p breve suum nuper habitorum inter R. & I. de certis terris & tenementis cum pertiū in P. quæ quidem loquela postmodum coram ipso nuper rege certis de causis missa fuit discutend'. Ideo tenor recordi & processus loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus in cancellaria ipsius nunc regis, sub sigillo Wilhelmi Cheyne capitalis justitiarum sui distinctè & apertè sine dilatione mittatur cum hac billa T. ipso rege apud Westmonasterium xj. die Aprilis anno regni sui decimoséptimo.

¶ Rex, dilecto sibi Roberto Darcy custodi breviū suorum de comuni banco salutē. Cū nos nuper certis de causis certiorari volentes super tenore recordi & processus loquelæ, quæ fuit coram dilectis & fidelibus nris W. & sociis suis justitiariis nris de banco, p breve nostrū inter I. & A. de quadam transgressione eidem I. per præfat' A. illata ut dicitur, per breve nrm mandaverimus præfato W, quòd tenorem recordi & processus præd', ac warrantorum attornatorum in loquela præd' recordatorum, unà cum nominibus eorundem attornatorum nobis in cancellariā nram sub sigillo suo distinctè & apertè sine dilatione mitteret, unà cū dicto brevi nostro qd' sibi inde venit, jamq; volentes certis de causis super tenoribus breviū originaliū & judicialiū necnon aliorum præmissa tangentiū certiorari: Vobis mandamus quòd tenores brevium & aliorū præd' in custodia vestra existentiū ut dicitur, nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve T. &c.

¶ Rex, thesaurario & camerariis suis salutē, Volentes certis de causis certiorari super recordo & processu loquelæ, quæ fuit coram I. & sociis suis nuper justitiariis dñi E. filii regis H. quondam regis Angliæ progenitoris nostri itinerantibus in com' Herff. in crastino animarū, anno regni sui sexto, p breve ipsius progenitoris nostri, de Quo warranto, inter ipsum progenitorem nostrum & tunc abbatem Westm', super clameo quarundam libertatum eidem abbati per prædecessores ipsius progenitoris nostri concessarum: Vobis mandamus quòd scrutatis rotulis ipsius progenitoris nostri de itinere præd', qui in thesauraria nra sub custodia vestra existunt ut dicitur, recordum & processum loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillo scaccarii nostri distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

Certiorari de quo Warranto.

¶ Rex, di. & fi. suis I. B. C. & D. justitiariis nostris ad wallias, fossata, gutteras, seweras, pontes, calceta, & gurgites per costeram maris & marisci in partib' de Merthlond, inter aquas de Owese, Dooñ, Ayer, & Went,

Certiorari super præsentationibus coram justitiariis sewerarum.

Certiorari.

Went, & comitatu Linc' in com' Eborum supervidend' assignatis, & eorum cuilibet salutem. Volentes certis de causis certiorari super omnibus & singulis præsentationibus corā vobis, versus Johannem abbatem monasterij sancti G. de S. quocunq; nomine censeatur factis sive præsentatis ut dicitur: Vobis mandamus quòd tenores præsentationi præd' nobis in cancellariam nram à die sancti Michaelis proximè futuro in unum mensem, ubicunq; tunc fuerit, sub sigillis vestris vel unius vrum distinctè & apertè mittatis & hoc breve. T. &c.

De baron' regni recordari.

¶ Rex justitiariis suis de banco salutē. Mandamus vobis, quòd si Georgius L. miles, coram vobis ad sectam alicujus p actionem personalem implacitatus existat: Talem processum & non alium versus ipsum in actione præd' fieri faciatis, qualem versus dnos magnates comites sive barones regni nri Angliæ, qui ad parlamenta nra de summonitione nra venire debent, aut eorum aliquem secundum legem & consuetudinem regni nri Angliæ fuerit faciend': Quia præd' Georgium unum baronum regni nostri præd' ad parlamenta nostra, de summonitione regia venientium recordamur. Et hoc vobis mandamus & aliis quorum interest innotescimus. T. &c.

Certiorari de recordo utlagariæ mittendo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo Johanni Pryfot salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore recordi & processu utlagariæ in A. in com' Midd', vel in hustengo nostro Londoñ promulgatæ, & coram vobis & sociis vestris justitiariis nris de banco retornatæ ut dicitur, & si idem A. se reddiderit prisonæ nostræ de Flete coram vobis in banco præd' occasione præd' necne: vobis mandamus qd' tenorem recordi & processu utlagariæ præd', necnon certificationem redditionis illius nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

De recordo mittendo per justitiarios ad gaolam deliberand', &c. quia se defendendo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo I. de P. salutem. Cùm ut accepimus R. de morte T. indictatus, inde coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam nostram Bed' deliberand' assignatis extitisset allocutus, & per inquisitionem in quam inde se posuit ibidem compertum fuerit, quòd dictus R. interfecit præfatum T. se defendendo, & non per feloniam aut per maliciam excogitatum, per quod idem R. remittitur gaolæ præd' ad gratiam nostram super hoc expectandam: Nos ea de causa super recordo & processu inquisitionis præd' volentes certiorari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc recordum & processum ejusdem inquisitionis cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè mittatis & hoc breve. T. &c.

Carta perdonationis se defendendo.

REX, omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutē. Quia accepimus p recordum & pcessum dilectorum & fidelium nostrorū I. & sociorum suorum, justitiariorum nostrorum ad gaolam nostram W. deliberand' assign', quòd W. captus in gaola prædicta pro morte R. unde rettatus est, interfecit ipsum R. se defendendo, ita quòd mortem ppriam aliter evadere non potuit, & non per feloniam aut maliciā excogitatu: Nos pietate moti, pdonavimus eidem W. sectā pacis nrae quæ

quæ ad nos pertinet pro morte præd', & firmam pacem nostram ei inde concedimus, ita tamen quòd stet recto in curia nostra si quis inde versus eum loqui voluerit. In cujus rei, &c. T. &c.

* In casu prædicto non debet habere brevè de pace proclamanda.

Nota.

¶ Rex, omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd cum I. pro eo quòd non venit coram dilectis & fidelibus nostris R. de M. & I. de F. justitiariis nostris ad assisas in com' Norff. capiendas assignatis, ad satisfaciend' nobis de redemptione sua, pro quadam disseisina R. T. & S. de tenementis in N. p ipsum I. & L. vi & armis facta unde convicti sunt, in exigendis positus fuisset in com' præd' ad utlagand', & ea occasione postmodum utlagatus, prout per tenorem recordi & processus utlagariæ præd', quem coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, nobis constat, jamq; idem I. prisonæ nostræ castri nostri Norwici coram præfatis justitiariis se reddiderit occasione præd', & præfatis R. T. & S. de damnis suis sibi in hac parte adjudicatis satisfecerit, sicut præd' R. de M. nobis in dicta cancellaria nostra sub sigillo suo de mandato nostro certificavit: Nos pietate moti, perdonavimus eidem I. utlagariam præd', & firmam pacem nostram ei concedimus, ita tamen quòd satisfaciat nobis redemptione sua supradicta. In cujus, &c. T. &c.

Carta perdonationis utlagariæ.

¶ Rex, eidem salutem. Sciatis quòd cum abbas beatæ Mariæ Eborum nuper in curia nra coram justitiariis nostris de banco, recuperaverit versus R. quatuordecim libras, quas idem abbas à præfato R. exigebat, & viginti solidi eidem abbati p considerationem curiæ nrae p damnis suis in hac parte adjudicati fuissent, idèq; R. pro eo quòd non venit coram præfatis justitiariis ad satisfaciend' præfato abbati in hac parte, in exigendis positus fuisset in com' Eborum ad utlagand', & ea occasione postmodum utlagatus, jamq; idem R. se reddiderit prisonæ nrae de Flete, & in eadem occasione præd' moretur, & per processum coram præfatis justitiariis habitum consideratum existat, quòd idem R. versus præd' abbatem de præmissis eat quietus, sicut p tenorem recordi & processum utlagariæ præd', ac certificationem dilecti & fidelis nostri I. P. capitalis justitiarum nostri de banco præd' nobis in cancellaria nostra ad mandatum nrm missum plenè liquet: Nos pietate moti, &c. utlagariam prædictam, &c. concedimus, &c. In cujus, &c.

Alier.

¶ Rex, eidem salutem. Sciatis quòd cum A. nuper in curia nra coram justitiariis nostris de banco, p breve nrm implacitasset I. de debito decem librarum quod idem A. à præfato I. exigit, ac B. nuper in eadem curia nostra coram præfatis justitiariis nostris p aliud breve nostrum implacitasset præfatis I. p nomen, &c. de debito, &c. quod idem B. à præfato I. similiter exigit, ac C. nuper in dicta curia nostra coram justitiariis nostris prædictis, per aliud breve nostrum implacitasset præfatum I. per nomen, &c. de debito, &c. quòd idem C. à præfato I. similiter exigit ut dicitur, idemq; I. p eo quòd non venit coram præfatis justitiariis præfatis A. B. & C. de debitis prædictis secundum legem & consuetudinè regni nostri Angliæ separatim responsur, in exigendis positus fuisset

Aliter de debito.

in

Certiorari.

in comitatu N. ad utlagand', & his occasionibus postmodum ter utlagatus, sicut p tenores recordorū & processuum utlagat' præd', quos coram nobis in cancellariam nram venire fecimus, plenè liquet, jamq; præfatus I. se reddiderit prisonæ nrae de Flete, coram præfatis justitiariis occasionibus præmissis, & in eadem moratur, sicut dilectus & fidelis noster I. de P. capitalis justitiarius noster de banco, nos in dicta cancellaria nostra ad mandatum nostrum certificavit: Nos pietate moti, perdonavimus eidem I. utlagat' præd', & firmā pacem nostram ei inde concedimus, ita tñ quòd stet recto in curia nostra si præd' A. B. & C. versus eum separatim loqui voluerint de debitis supradictis. In cujus, &c. T. &c.

Aliter de trñs. ¶ Cùm A. &c. implacitasset B. de quadam transgressione eidem A. p præfat' B. illata ut dicitur, ac idem B. pro eo quòd non venit, &c. præfato A. de transgressione præd', secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ responsus, in exigend', &c. ita tamen quòd, &c. de transgressione supradicta. In cujus, &c. T. &c.

Certiorari utlagariæ in banco regis. Effex ff. ¶ Rex vult certis de causis certiorari, super tenore recordi & processuum utlagat' in W. de B. in com' Midd' husbandman, in eodem comitatu vel in hustengo nro London' promulgatæ, & coram justitiariis ipsius regis de banco retornatæ, quæ quidem recordum & processum idem rex coram eo certis de causis venire fecit ut dicitur, ac, si idè W. se reddiderit prisonæ marescalciæ ipsius regis corā eo occasione præd', necne. Ideo tenor recordi & processuum utlagat' præd', necnon certificatio redditionis illius, eidem regi in cancellariam suam sub sigillo Johannis Fortescu capitalis justitii sui ad placita coram ipso rege tenenda distinctè & apertè sine dilatione mittantur cum hac billa. T. ipso rege apud Westm' xij. die Feb. añ regni sui tricesimo nono.

Certiorari super recordo & processu pro damnis levandis in assisa. ¶ Rex dilecto & fideli suo Richardo Bynghm' salutem. Monstraverūt nobis I. & Isabella uxor ejus, quòd licet ipsi nuper in curia nra coram vobis, & Wilhelmo Brayne, vobis ac dilecto & fideli nro Wilhelmo Yelverton' justitiariis nris ad assisas in com' Berk. capiendas assignatis illa vice associato, præsentia ipsius Wilhelmi Yelverton' non expectata virtute bñs nri de Si non omnes recuperaverint seisinā suā versus Jacobum Feteplace de tenementis in E. p. recognitionē assisæ novæ disseisinæ inde inter eos apud G. juxta Oxon' nuper captæ, & decem marcæ eidem I. & Isabellæ pro damnis suis in hac parte adjudicatæ fuerint: iidem tamen Johannes & Isabella executionem dictarum decem marcarum nondū sunt assecuti, in ipsorum Johannis & Isabellæ damnū non modicum & gravamen: Et quia ex causa præd' super recordo & processu assisæ præd' certiorari, & præfatis Johanni & Isabellæ celeris justitiæ complementum fieri volumus in hac parte: Vobis mandamus quòd recordum & processum assisæ præd' cum omnibus ea tangentibus, quæ penes vos resident ut dicitur, nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c. xvj. die Junii, añ H. vj. xxxiiij.

Mittimus inde justitiariis de banco. ¶ Rex, justitiariis suis de banco salutē. Cùm nuper mōstrantibus nobis
Johanne

Jo. Gyfton & If. uxore ejus, quod licet ipsi nuper in curia nostra coram dilecto fideli nro R. Byngham & W. Brayne, eidem R. ac dilecto & fi. nro W. Yelverton justitiariis nris ad assisas in com' Berk. capiendas assign', illa vice associato, presentia ipsius W. Yelverton non expectata, virtute brevis nri Si non omnes recuperaverint seisinam suam versus Jacobum, &c. ut supra usq; ibi, non modicum & gravamen: Nos volentes ex causa präd' super recordo & processu assisæ präd' certiorari, & præfatis Jo. & If. celeris justitiæ complementum fieri in hac parte, recordum & processum assisæ präd' cum omnibus ea tangentibus, quæ coram nobis in cancellaria nra ex causa präd' venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nri: mandantes quod inspectis recordo & processu präd', ulterius pro levatione damnorum präd' ad prosecutionem präd' Jo. & If. fieri faciatis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. rege apud Westm'. 28. die Junii anno. 34. Henrici sexti.

REX, vicecomiti salutem. Si A. fecerit, &c. pone B. &c. ad respondend' tam nobis quam præfato A. quare cum in statuto in parlamento nro apud Westm' anno regni nri octavotento edito, inter cætera contineatur, quod si aliqua persona de aliquibus terris vel tenementis manu forti expulsa sit & disseisita, vel pacificè expellatur & postea manu forti extrà teneatur, vel aliquod feoffamentum vel discontinuatio inde post talem ingressum pro jure possessoris defraudando & tollendo aliquo modo fiat, habeat pars in hac parte gravata versus talem disseisitorum assisam novæ disseisinæ vel breve de transgressione & si pars gravata per assisam vel per actionem transgressionis recuperet, & per verdictum vel alio modo per debitam legis formam inveniatur, quod pars defendens in terras & tēta vi ingressa fuerit, vel ea post ingressum suū per vim tenuerit, recuperet querens damna sua ad triplum versus defendentem, & ulterius finem & redemptionem nobis fac': Präd' B. &c. præfatum A. de libero tenemento suo in C. manu forti expulerunt & disseisiverunt, & eum sic expulsū & disseisitū extrà tenent de eodem, in nostri contemptum & ipsius A. damnum non modicum & gravamen, ac contra formam statuti präd' & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve T. &c.

Breve de terris fundacum super statuto edito anno 8 H. 6.

¶ Rex, dilecto & fideli suo N. B. majori stapulæ Westm' ad recognitiones debitorum in eadem stapula capiend' deputato salutem. Cū W. B. de T. in comitatu B. decimo die Junii anno regni dñi E. nuper regis Angliæ avi nri quadragesimo septimo, coram W. de S. tunc majore stapulæ präd' ad recognitiones debitorum in eadem stapula capiend' deputato, recognoverit se debere R. S. civi & mercero Londoni, sexdecim libras juxta formam statuti stapulæ präd', eidem R. certo termino solvend', & quia terminus solutionis präd' à diu elapsis, vobis per breve nrm mandaverimus quod scrutatis rotulis de hujusmodi recognitionibus coram præfato W. de S. anno prædicto factis, si inveneritis recognitionem präd' in forma präd' factam fuisse, nos in cancellaria nra super recognitione präd' distinctè & apertè juxta formam statuti

Certiorari de tenore recogn' stapulæ.

Protectio pro clero.

præd' sub sigillo pro recognitione stapulæ præd' deputato certificaretis indilatè, ut ulteriùs super hæc fieri faceremus, quod secundum formam statuti præd' foret faciend', ac vos prætextu brevis nri præd' nobis certificaveritis, quòd invenistis recognitionem præd' in forma præd' factam fuisse, & super eandem recognitionem scriptum & intitulatum, qd' tertio die Octob' anno regni ejusdem avi nri. 48. præd' W. tunc major stapulæ præd', ad requisitionem præd' R. certificavit in cancellaria ipsius avi nostri recognitionem præd', secundum modum & formam hujusmodi certificationis factæ, & quia nulla certificatio super recognitione præd' in cancellaria nostra reperitur: vobis mandamus quod nos in cancellaria nostra super eadem recognitione distinctè & apertè juxta formam statuti præd' sub sigillo pro recognitione stapulæ prædictæ deputato certificetis indilatè, ut ulteriùs super hoc fieri faciamus, quod secundum formam statuti præd' fuerit faciend'; dicta certificatione per præfatum W. de S. priùs facta non obstante. T. &c.

Protectio pro
clero fundata
super statutum
E.

REX universis & singulis justitiariis, vicecomitibus, majoribus, ballivis, constabulariis, ministris & aliis fidelibus suis, tam infra libertates quam extra, ad quos præsentem literæ pervenerint salutem. Sciatis quòd cum dominus E. nuper rex Angl' progenitor noster, in parliamèto suo apud Westm' anno regni sui quartodecimo tento, de assensu & concordia parium regni sui, & omnium aliorum ad parlamentum præd' summonitarum, & in eodem existentium, ad specialem requisitionem prælatorum & cleri regni præd' concesserit p se & hæred' & successoribus suis eisdem prælatis & clero, quòd nullas ex parte progenitoris nostri nec alterius, per commissionem sub magno vel parvo sigillo, nec absq; commissione extunc imperpetuum, quicquam de bladis, sœnis, bestiis, cariagiis, nec aliis bonis archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum, abbatissarum, priorissarum, rectorum, vicariorum, seu aliorum vironum ecclesiasticorum infra mansiones, maneria, grangeas, seu alia loca sua infra feodum, sanctæ ecclesiæ nec extra, contra voluntatè ipsorum, quorum bona illa fuerint, caperet quovismodo, idemq; progenitor noster prælatos & clerum præd', ac eorum possessiones bona & catta in protectionem & defensionem suas, & hæred' suorum suscepit speciales, ac jam ex gravi querimonia dilecti nobis A. B. personæ ecclesiæ de B. Londoni dioc' acceperimus, quòd licet in quibuscunq; commissionibus nris de victualibus & aliis rebus, pro expensis hospitii nri emendis, capiendis, & providendis, ac cariagiis pro eisdem capiendis, p expressa verba contineatur, quòd provisores nri sive emptores aut captores hujusmodi victualium & aliarum rerum, p expensis dicti hospitii nri, aut captores cariagii pro eisdem in commissionibus præd' assign, feodum sanctæ ecclesiæ ingredi, seu quicquam ibidem contra franchises & libertates hujusmodi capere non debeant: Quidam tamen eorundem provisorum emptorum, & captorum, præmissa minimè considerantes, sed potius præfat' A. ac firmarios, ballivos, & tenentes suos malitiosè ibidem prægravantes, feodum ecclesiæ præd' ac terrarum, ten, & possessionum eidem pertinentium ibidem ingredi proponunt, ac diversa bla-
da,

da, sœnum, bestias & cariagia, & alia bona præd' A. ac firmariorum, ballivorum, & tenentium suorum ibidem contra voluntatem suam pro expensis dicti hospitii nri & aliorum capere & providere intendunt, aliaq; gravamina & enormia eis contra franchiseas & libertates præd' inferre & committere dånabiliter proponunt, quod si fieret, in ipsius A. ac firmariorum, ballivorum, & tenentium suorum præd' damnum non modicum & gravamen, ac contra formam concessionis, protectionis, & defensionis præd', necnon contra formam commissionum eisdem emtoribus, provisoribus, & captoribus in hac parte factarum tenderet manifestè. Nos volentes concessionem, libertates, & franchiseas prædictas illæsas teneri & inviolabiliter observari in omnibus, & eas impugnantibus juxta eorum demerita castigari: Assignavimus vos conjunctim & divisim, ad omnes & singulos provisos, emptores, & captos hujusmodi victualium, feodum ecclesiæ aut terrarum, tenementorum, vel possessionum præd' ingredientibus, & blada, sœnum, bestias, cariagia, seu alia bona ejusdem Alexandri, aut firmariorum, ballivorû, seu tenentium suorum præd' ibidem contra voluntatem suam pro expensis hospitii nri præd' aut alterius cujuscunq; capientes & providentes, & hujusmodi libertates & franchiseas quomodo libet infringentes, de tempore in tempus sine dilatione arrestand', & capiend', & coram nobis & consilio nostro statim cùm capti fuerint ducend' super præmissis responsur', factur', & receptur', quod per nos & dictum consilium nostrum consideratum fuerit in hac parte. Et ideo vobis & cuilibet vestrum mandamus, quod circa præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma præd'. Damus autem universis & singulis subditis nostris tam infra libertates quàm extra tenore præsentium firmiter in mandatis, quòd vobis & cuilibet vestrum in executione præmissorum intendentes sint consulentes & auxiliantes prout decet, quoties & quando per vos seu aliquem vestrum ex parte nostra fuerint præmoniti. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T, &c.

REX, vicecomiti salutem. Si A. C. fecerit, &c. tunc pone, &c. T. de D. &c. ostensur' quare cùm idem T. machinans ipsum A. subdolè defraudare, & diversas pecuniarum summas de eodem Alexandro extorquere, eundem A. ad ludendum ad talos cum ipso T. ad quendam jocum vocatum le Duceñ, pro diversis pecuniarum summis apud B. super Trent excitasset, & procurasset, ac idem A. cum ipso T. ad talos ad jocum præd' ibidem lusisset: Præd' T. quosdam talos veraciter titulos eidem A. tradidit ad jactandum. Et cum tali præd' ad manus ipsius T. devenire contigissent, idem T. quosdam alios talos falsos & subdolè titulos, quos numerum duodenarium & non alium quolibet jactu attingere scivisset, falsò & fraudulentè projecit, per quod idem A. magnas pecuniæ summas eidem T. ad jocum illum amisit, ac idem T. summas illas sub colore lucri falsò & deceptivè cepit & asportavit, ad damnum ipsius A. centum solidorum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c. anno. v. E. iiii.

De proxima vacatione sive patronatu concessa.

De exemplificatione.

REX, omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus quandam petitionē nobis in præsentī parlīamento nō, p̄ cōmunitatē regnī nō Angliæ in eodem parlīamento existentem, pro dilectis nobis ballivis & aliis ministris nōis villæ Salop' & communitate ejusdem villæ, unā cum quadam scedula eidem petitioni consuta exhibitam in hæc verba: *Please*, &c. usq; in finem & tunc sic: Inspeximus etiam indorsamentum ejusdē petitionis in parlīamento præd' similiter factam in hæc verba: Fiat put petitur. Proviso semper quod si, &c. Nos autem tenores petitionis scedulae & indorsamenti præd', ad requisitionem ballivorum & communitatis villæ præd' tenore præsentium duximus exemplificand'. In cujus, &c. T. R. apud W. 15. die Decembris anno. 12.

Concessio præsentationis.

¶ Noverint universi per præsentēs nos T. N. & W. dedisse, concessisse, & hac præsentī carta nōa confirmasse P. primam præsentationem sive ad vocationem ecclesiæ parochialis de B. in com' R. Lincoln' dioc', ita quod bene liceat eidem P. ad ecclesiam præd' cum primò vacaverit quovismodo, quemcunq; clericum habilem & idoneum una vice tantum præsentare. In cujus rei testimonium præsentibus sigilla nōa apposuimus. Datis 1. die Octobr', anno regnī regis H. 6. post conquestū vicesimo nono.

De proxima vacatione sive patronatu concessa.

¶ Richardus permissione divina abbas abbatiæ sive ecclesiæ beati Petri Westm' & ejusdem loci conventus, omnibus has literas indentatas inspecturis, visuris, sive auditoris salutem in dño. Sciatis nos unanimi assensu, dedisse & hoc scripto nōo concessisse R. dño C. ad vocationem ecclesiæ parochialis sanctæ B. in F. quæ ad nos ptinet & de nōo patronatu existit ut de jure præd' abbatiæ sive ecclesiæ sancti Petri, & quod bene licebit præd' R. una & prima vice tantum cum ecclesiam præd' sanctæ B. post datā præsentium vacare contigerit, aliquam idoneam personam ad eandem ecclesiam præsentare sive præsentari facere episcopo sive ordinario loci illius, ita quod ille sic p̄ præfatum R. præsentatus, virtute illius præsentationis sit ad ecclesiam præd' sanctæ B. canonicè admissus, institutus, & inductus in eadem. Et cum ille sic præsentatus sit ad præd' ecclesiam sanctæ B. canonicè admissus, institutus & inductus in eadem: Quod tunc præd' advocatio ad nos & successores nōos abbates abbatiæ sive ecclesiæ præd' sancti H. revertatur & ptineat imperpetuum, hac concessione non obstante. Habend' & tenend' advocacionem præd' præfato R. & assignatis suis in forma præd' tantum: Salva semper camerario abbatiæ præd' pensione sua de præd' ecclesia sanctæ B. ab antiqua debita & de jure consueta. In cujus rei testimonium unī parti istarū indenturarum penes præfatum R. remanenti: Nos præfati abbas & conventus sigillum nōm commune apposuimus. Alteri vero parti earundem indenturarum penes nos remanenti, præfatus R. sigillum suum apposuit. Datum in domo nostra capitulari, decimo die Febr. añ regnī regis H. 6. post conquestum Angliæ decimo octavo.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutē. Sciatis quod de gratia nōa speciali concessimus ex mero motu & certa scientia nōis, venerabili in Christo patri W. episcopo Norwiceñ, advocacionē, patronatū, seu collationem magistratus sive custodiæ domus s. A. London', cum omnibus juribus

diem clausit extremum, &c. ut supra usq; ibi, terras & tenementa ipsius A. de quibus, &c. & quantum terrarum & teñ idem A. tenuit de præd' hærede in dicta balliva tua, &c.

¶ Quia A. qui quasdam terras & quædã teñ de hæred' B. filii & hæredis E. defuncti, qui de dño R. &c. tenuit in capite, infra ætatem & in custodia nostra existentis, tenuit ad terminum vitæ suæ, diem clausit extremum, &c. tibi præcipimus quòd omnia terras & teñta, quæ præfatus A. sic tenuit ad terminum vitæ suæ de hæred' præd', &c. Et per sacramentũ, &c. quantũ terrarũ & teñ præfatus A. tenuit de hæred' præd' tam in dicto dñico, &c. die quo obiit, & quantum de aliis, & per quod servitium, & quantam terræ, &c. valeant per annum in omnibus exitibus, & quo die idem A. obiit, &c. Et inquisitionem, &c.

Aliiter.

¶ Quia A. fil' & hæres I. militis defuncti, qui de nobis tenuit in capite nuper dum infra ætatem & in custodia nostra fuit, diem clausit extremum, &c. tibi præcipimus quòd per sacramentum proborum & legalium, &c. inquiras, quæ terræ & quæ teñ per mortem præd' I. & ratione minoris ætatis hæredes præd' I. ad manus nras devenerunt, & sic in manu nostra existunt, & quantum inde de nobis tenetur in capite, & quantũ de aliis, & per quod servitium, & quantum terræ & teñta illa valeant per annum, &c. & quo die, &c. Et inquisitionem, &c.

¶ Quia A. quæ fuit uxor B. defuncti, quæ quasdam terras & quædam teñ, quæ de nobis tenentur in capite, tenuit in dotem de hæred' I. fratris & hæred' præd' B. diem clausit, &c. tibi præcipimus quòd omnia terras & tenementa, quæ eadem A. sic tenuit de hæred' præd' in balliva tua, &c. Et per sacramentum, &c. inquiras, quas terras & quæ teñ eadem A. sic tenuit in dotem de hæred' præd' in præd' balliva tua dicto die quo obiit, & quantum de nobis tenetur in capite, & quantum de aliis, & quod per servitium, & quantum terræ & teñta illa valeant per annum in omnibus exitibus, & quo die eadem A. obiit & ad quos vel ad quem terræ & teñ præd' descendere, remanere, vel reverti debeant. Et inquisitionem, &c.

¶ Quia I. quæ fuit uxor B. defuncti, quæ quasdam terras, &c. tenuit in dotem de hæred' præd' B. nuper viri sui, diem clausit extremũ, &c.

¶ Quia R. nuper fatuus & idiota, cujus terræ & teñ ratione fatuitatis ejusdem in manu nostra existũt, diem clausit extremũ, &c. tibi præcipimus qd' per sacramentũ, &c. inquiras, quæ terræ & quæ tñta ratione fatuitatis præd' R. in manũ nostram capta fuerunt, & adhuc in manu nra existunt, & de quo vel de quib' teneantur, & per qd' servitiũ, & quantũ terræ illæ valeant, &c. & quis, &c. Et inquisitionem, &c.

¶ Cũ, dato nobis intelligi, quòd I. qui de nobis tenuit in capite, diem clausit extremum, præceperimus A. nuper escaetori nostro comitatus præd', quòd omnia terras & teñta, &c. caperet, &c. ac idem A. ab officio præd' jam sit amotus, per quòd executio brevis præd' fieri non potest: Nos super præmissis volentes certiorari, tibi præcipimus quòd per sacramentũ, &c. diligentem super articulis præd' facias inquisitionem. Et eandem distinctè & apertè factam, &c.

Diem clausit extremum.

Aliter.

¶ Quia A. qui quasdam terras & quaedam tenita de nobis tenuit per legem Angliæ, de hæred' M. uxoris suæ defunctæ, diem clausit extremum, &c. tibi præcipimus qd' omnia terras, &c. quæ sic tenuit, &c.

¶ Quia A. quæ fuit uxor B. quæ quasdam, &c. tenuit ad terminum vitæ suæ, & quæ post mortem ipsius A. nobis & hæred' nostris remanere debent, diem clausit extremum, &c. tibi præcipimus, &c. quæ eadem sic tenuit, &c. & quæ post mortem, &c. remanere debent, &c.

¶ Quia R. qui quasdam terras, &c. hæred' E. consanguinei & hæred' H. defuncti, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem, & in custodia nostra existentis tenuit ad terminum vitæ suæ, diem clausit extremum, &c.

ac idem vicecomes noster nobis retornavit quòd præd' archidiaconus non habuit laicum feodum in balliva sua ubi præmoneri potest, sed quod est beneficiatus in dioc' vestra, per quod vobis mandaverimus quod ducentas libras de summa præd' de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' vestra sine dilatione levare faceretis, ita quod eisdem ducentas libras haberetis coram nobis in cancellaria nostra in crastino Nativitatis beatæ Mariæ virginis proximè præterito, ubicunq; tunc esset, præfatis T. & R. ibidem liberand', ac vos nobis significastis quod de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi ad valentiam quadraginta librarum sequestrari fecistis, ad quæ nondum invenistis emptores Vobis mandamus quod dictas quadraginta libras de dictis bonis sic per vos sequestratis, necnon centum & sexaginta libras residuas de CC. li. præd' de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' vestra sine dilatione, &c. ita, &c. mandamus enim, &c. custodi spiritualitatis episcopatus Wynton', &c. quod ipse CC. li. residuas de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' Wynton', levare faceret in forma præd'. T. &c.

Scire facias pro religiosis.

¶ Rex vicecom' salutem. Cùm I. & W. tali die tali anno in cancellaria nra, &c. recognoverit, videlicet quilibet eorum in solid', se debere abbatissæ de K. lx. li. unde ei solviffe debuerunt unam videlicet medietatem tali festo tunc proximè futuro, & aliam medietatem tali festo tunc proximè sequenti sicut constat, &c. & eas nondum solverunt, &c. tibi præcipimus quod scire facias præfatis I. & W. quod sint, &c. ubicunq; &c. ad ostendendum si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare pecunia præd' de terris & catallis suis levare, & præfatæ abbatissæ liberari non debeant, juxta vim & effectum recognitionis præd'. Et habeas ibi nomina illorum, &c. T. &c.

Levari facias quando aliqui terminos sunt elapsi.

¶ Rex vic' salutem. Quia I. de H. & W. de S. tali die anno tali in cancellaria, &c. recogni, videlicet uterq; eorum in solidum, se debere W. comiti Sarum duo millia li, & unde ei solviffe debuerunt in festo tali tunc proximè futuro x. li. & in festo tali tunc proximè sequenti x. li. & sic per alios duos terminos, & eisdem viginti libras ei nondum solverunt ut dicit: Tibi præcipimus quod præd' xl. li. de terris & catallis &c. ut in primo brevi.

Scire facias pro executoribus episcopi qn' debita sunt in diversis comitatibus.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm N. de F. persona ecclesiæ de C. in comitatu K. & I. de H. persona ecclesiæ de L. in comitatu Bed', tali die anno tali in cancellaria nostra, recognoverint videlicet quilibet eorum in solidum se debere T. de B. nuper episcopo Lincoln' CC. li. unde ei solviffe debuerunt in festo tali tunc proximè futuro centum marcas, & in festo tali tunc proximè sequenti centum marcas, & in festo tali centum marcas, sicut constat, &c. & eas ei nondum solverunt ut dicitur: Tibi præcipimus quod scire facis præfato N. quod sit, &c. tali die, &c. ubicunq; &c. ad ostendendum si quid, &c. quare prædicta pecunia de terris & catallis ipsius N. ac prædicti I. levare, & W. & H. executoribus prædicti episcopi jam defuncti ut dicitur liberari non debeat, juxta vim & effectum recognitionis prædictæ. Et habeas ibi

ibi nomina illorum, &c, Mandavimus enim vicecomiti nostro E. quòd scire faceret præfato I. quòd sit in cancellaria nostra præd' ad diem præd', ad ostendendum unà cum præfato N. quare præd' pecunia de terris & catallis ipsius I. ac ipsius N. levari, & præfatis executoribus liberari no debeat in forma præd' T. &c.

¶ Rex vicecomiti Oxon' salutem. Cùm Johannes Dymmok tali die anno tali, in cancellaria nostra recognoverit se debere W. B. C. marcas, quas ei solvisse debuit in festo sancti Michaelis proximè futuro, sicut constat, &c. & eas ei nondum solvit ut dicitur, ac idem W. juxta statutum inde æditum elegerit sibi liberari pro præd' centum marcis omnia catalla & medietatem terræ ipsius Johannis, tenend' juxta formam statuti, per quod tibi præceperimus quòd scire faceres præfato I. quod esset in cancellaria nra ad certum diem jam præteritum ubicunq; tunc foret ad ostendendum si quid pro se haberet vel dicere sciret, quare omnia catalla sua & medietas terræ suæ præfato W. pro præfatis centum marcis liberari non deberent, juxta formam statuti præd', & quia tu ad diem illum nobis retornaisti, quod scire fecisti præfato Johanni quod esset in cancellaria ad diem præd', ad faciendum quod dictum breve nostrum requirebat, præd' Johanne, in dicta cancellaria nostra ad eundem diem solemniter vocatus non venit: Tibi præcipimus quod omnia catalla ipsius Johannis ad valentiam quinquaginta marcarum de dictis centum marcis per rationabilem appreciationem eorundem, exceptis bobus & affris carucæ suæ in præsentia præd' Johannis per te inde præmonendi si interesse voluerit faciend', præfato Wilhelmo vel suo certo attornato facias liberari. Et si catalla ad valentiam præd' quinquaginta marcarum non sufficiant: Tunc catalla illa sic minus valentia per rationabilem appreciationem, ac etiam medietatem terræ ipsius Johannis in balliva tua per extentam inde similiter in præsentia sua in forma prædicta faciend', præfato Wilhelmo vel suo dicto attornato facias liberari: Tenend' ut liberum tenementum suum quovq; dictæ quinquaginta marcæ inde fuerint levata. Et de eo, quòd feceris, nobis in cancellaria nostra in octavis sanctæ Trinitatis proximè futuris ubicunque tunc fuerit, sub sigillo tuo distinctè & apertè constare facias. Et habeas ibi hoc breve. Mandavimus enim vicecomiti nostro Lincoln', quòd omnia catalla & medietatem terræ prædicti Johannis in balliva sua præfato Wilhelmo pro residuis quinquaginta marcis liberari faciat in forma prædicta. T. &c.

Elegit super le
scire facias.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm I. de W. tali die anno tali, in cancellaria nostra recognoverit se debere H. nuper duci Lanc' centum libras, quas ei solvisse debuit in festo tali tunc proximè futuro sicut constat &c. & eas ei nondum solverit ut dicitur, ac W. B. C. & D. executores prædicti nuper ducis defuncti, juxta statutum inde æditum elegerint sibi liberari pro prædictis centum libris omnia catalla & medietatem terræ ipsius Johannis de W. tenend' juxta formam statuti prædicti, per quod tibi præceperimus quòd scire faceres præfato Johanni de

Aliter pro executoribus contra hæredes & tenentes.

Sacramentum vicecomitis.

W. quòd esset in cancellaria nostra tali die proximè futuro ubicunq; &c. ad ostendendum si quid pro se haberet vel dicere sciret quare omnia catalla sua & medietas terræ suæ præfatis executoribus pro prædictis centum libris liberari non deberent, juxta formam statuti prædicti, ac tu nobis retornaveris quòd prædictus Johannes de W. mortuus est: Tibi præcipimus quòd scire facias hæred' ipsius Johannis de W. necnon tenentibus terræ quæ fuit ejusdem Johannis de W. die recognitionis prædictæ, quòd sint in cancellaria nostra tali die proximè futuro ubicunq;, &c. ad ostendendum si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare medietas terræ quam ipsi tenent de terra prædicta, præfatis executoribus pro prædictis centum libris liberari non debeat, juxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina illorum per quos, &c. T. &c.

Sacramentum
vicecomitis.

Vous iurres que bien & loyalment servires au roy, en loffice de viscount de L. & le prou roy ferres en tous choses que à vous appendent affaire, solonq; vostre sceu & v're poiar, & ses droitures en quanque à la corone appent loyalment garderres, nassenteres à detrees ne à concelement des droits & franchises le roy, & per lou vous faueres les droits le roy ou de la corone soit in terres ou en rents, ou en franchises, ou en suits, conceles ou sustretes, vostre loyal poiar mettres de ceo repeller. Et si vous ne le poyes faire: Vous les dirres au roy ou à ceux de son counsell, des queux vous soies certaine quilz dirront au roy. Et les dettes le roy pur done ne pur fauour ne respecteres, per lou vous purres sans tresgraunt greuances des dettours leuere, & que loyalment & à droiture treteres le people de vostre baille, & à chescun ferres droit auxibien as pouers come as ryches, en ceo que à vous appent affaire. Et pur don, ne promesse, ne pur fauour, ne pur haiour, tort ne ferres à nully, ne autre droiture ne distourberes, & que loyalment accouteres al eschequer les gents des queux vous aues rienes receu des dettes le roy, & que rien ne prenderes, pur quoy le roy perde, ou per quoy droiture soit disturbe ou le dette le roy delaye. Et que loyalment ferres returner & loyalment servires le brief le roy à vostre sceu & vostre poiar. Et que ne prenderes nul bailife en vostre service, pur quoy vous ne voilles respondre. Et vous ferres vos bailife faire autyel serement come à eux appent. Et que nul briefe rescueeres per vous ne per les vous sous seel les justices, forsque en eire ou auters justices assignes en mesme le counte, ou justices de Newgate. Et que vous mettres vous bailifes de plus loiaux de pays, ci dieu vous eyde & les seints.

Sacramentum
escaetoris.

¶ Vous iurres que bien, &c. en loffice de eschetour, en les countes de N. & R. & le prou, &c. usque ibi, quilz le dirront au roy, & tunc sic: Et que loyalment & à droiture treteres le people de vostre baille. Et pur done, ne pur promysse, ne pur haiour, tort ne ferres à nulluy ne auter droit ne distourberes. Et que rien ne prendres per quoy le roy perdra, ou per quoy la droiture soit distourbe. Et que loyalment ferres

ferres retourner & loyalment servir les briefes le roy. Et que in propre person les estents de terres solonq; verray valeu, & enquestes ferres & retourneres à vostre sceu & à vostre poiar. Et que vous ne prenderes nul baillifes en vostre service, pur quoy ne voilles respondre. Et que vos ferres vos bailifes faire autiel serement come à eux appent, & que accompt rendres al éschequer le roy des issues de vostre dit bailly, ci dieu vous aide & ses seints.

¶ Vous jurres que vous ferres foial & loyal, & foy & loyale porteres, à nostre seignior le roy H. & à ses heires roys Dangleterre, de vie & de membre & de terrene honour, & à viver & à morer countre toutes gents, & loyalment ferres, & loyalment conustres le services dues des terres les queux vous cleymes tenir de luy & les queux il vou rende, dieu vous aide & ses seints.

Sacramentum
fidelitatis.

REX, dilecto sibi in christo abbati de Bello salutem. Ad vicariam ecclesie de A. vacantem, & ad nostram nominationem ratione temporalium episcopatus Norwiceñ, certis de causis in manu nostra nuper existentium, spectantem, dilectum nobis T. capellanum vobis nominamus: Rogantes quatenus eundem T. venerabili patri W. Norwiceñ episcopo per literas vestras patentes, ad vicariam præd' prout moris est præsentetis, &c. T. &c.

De nominatione
facta per regem.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Licet nuper ad vicariam ecclesie de A. vacantem, & ad nram nominationem, ratione temporalium episcopatus Norwiceñ certis de causis in manu nostra nuper existentium, spectantem, dilectum clericum nrm T. dilecto nobis in Christo abbati de B. per ipsum loci dioc' præsentand' nominaverimus: Quibusdam tamen certis de causis nominationem nostram præd' de præd' T. ad dictam vicariam sic factam, tenore præsentium duximus revocand'. Et hoc omnibus quorum interest innotescimus. In cujus rei testimonium, &c. T. &c.

De nominatione
facta p regē.
revocanda.

¶ Rex, venerabili in Christo patri Waltero, eadem gratia episcopo Norwiceñ salutē. Cum nos ad vicariam ecclesie de A. vestre dioc' vacantem, & ad nram nominationem ratione temporalium episcopatus præd' nuper in manu nra certis de causis existentium, spectantem, dilectum nobis Thomam dilecto nobis in Christo abbati de B. per ipsum vobis præsentandum nominaverimus, & nominationem nostram de dilecto clerico nostro Thoma de B. ad vicariam præd', dicto abbati per vos prius factam certis de causis per literas nostras patentes recocaverimus, prout in eisdem literis nostris plenius continetur: Vobis mandamus quod præd' Thomam ad vicariam præd' per præd' abbatem vobis ad nominationem nostram sic factam præsentandum, dum tamen aliud canonicum non obsistat admittatis, & ipsum vicarium instituat in eadem, aliqua prohibitione nostra vobis ad factam nostram seu alicujus alterius ex parte dicti T. de B. vobis directa non obstante, &c. T. &c.

De admittenda
præsentatione p
abbatem ad no-
minationem re-
gis non obstante
prohibitione.

¶ Rex, dilecto sibi abbati de C. vel ejus certo attornato in Angl' salutē. Ad ecclesiam de C. vacantem, ad quam vobis nominare personam p vos

Aliter de nomi-
natione p regem.

De nominationibus & presentationibus.

præsentandꝰ ad nos pertinet regio jure nostro dilectum clericum nostrum S. nominamus, mandantes quòd eundem S. venerabili in Christo patri Willielmo archiepiscopo Eborum ad ecclesiam præd' p literas vestras patentes præsentetis. In cujus, &c. T. &c.

De permutatione per nominationem.

¶ Rex, dilectis sibi in Christo abbati & conventui de loco reg ali salutem. Cùm Henricus vicarius ecclesiæ de S. Norwiceñ dioc', & Wilhelmus persona ecclesiæ de O. ejusdem dioc', beneficia sua præd' intendant ut asserunt in vicem canonicè permutare: nos ad dictam vicariam de S. ad quam ad nos nominare vobis idoneam personam ratione episcopatus Norwiceñ vacantem, & in manu nostra existentem ptinet: Præfatum Wilhelmum ex causa hujusmodi pmutationis faciendæ vobis nominamus intuitu charitatis, mandantes quatenus ipsum Wilhelmum ad dictam vicariam custodi spiritualitatis episcopatus præd' sede vacante, p literas vestras patentes ex causa præd' præsentetis. In cujus, &c. T. &c.

Præsentatio per regem.

¶ Rex, venerabili in Christo patri P. eadem gratia episcopo Lincolni salutem. Ad ecclesiam de W. vestræ dioc' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, dilectum clericum nostrum C. vobis præsentamus intuitu charitatis: Rogantes quatenus ipsum C. ad ecclesiam prædictam admittatis, & personam instituatis in eadem. In cujus, &c. T. &c.

Aliter ratione custodiæ.

¶ Ad nostram donationem spectantem, ratione custodiæ terræ & hæredis W. defuncti, qui de nobis tenuit in capite in manu nostra existentis, dilectum, &c. vel sic ratione minoris ætatis hæredis G. defuncti, qui de hærede P. defuncti, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem & in custodia nostra existentis, tenuit per servitium militare, dilectum, &c. ad ecclesiam, &c. vacantem per resignationem S. de C. nuper personæ ecclesiæ præd', & ad nostram donationem ratione minoris ætatis hæredis I. de B. defuncti, qui de hærede L. de H. nuper comitis Pembroch' defuncti, qui de nobis tenuit in capite, infra ætatem & in custodia nostra existente, tenuit per servitium militare, spectantem, dilectum nobis Laurentium de S. capellanum vobis præsentamus intuitu charitatis, &c.

Præsentatio causa permutationis.

¶ Rex, tali episcopo salutem. Cùm A. persona ecclesiæ de B. vestræ dioc' & C. persona ecclesiæ de D. Sarum dioc', beneficia sua præd' intendant ut asserunt ad invicem canonicè permutare: Nos ad dictam ecclesiam de B. ad nostram donationem spectantem, præfatum C. ex causa hujusmodi permutationis faciendæ vobis præsentamus intuitu charitatis, rogantes, quatenus ipsum C. ad ecclesiam de B. ex causa præd' admittatis, &c.

Aliter ad præbendam.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. Sciatis quòd dedimus & concessimus dilecto clerico nostro T. præbendam de B. in ecclesia sancti E. Hereford' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Hereford' nuper vacantis, & in manu nostra existentis: Habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunque. In cujus, &c. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex venerabili in Christo patri T. eadem gratia episcopo Hereford salutem. Cùm per literas nostras patentes dederimus & concesserimus dilecto clerico nostro, &c. usq; ibi, quibuscunq; , prout in literis nostris præd' plenius continetur: Vobis mandamus quòd ipsum T. ad præbendam prædictam admittatis, & ei stallum in choro, & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris est assignari faciatis. T. &c. ut supra. De assign' stallum in choro.

¶ Et mandatum est decano & capitulo ecclesiæ præd', quòd eidem Thomæ stallum in choro & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris est assignent T. ut supra. Aliter decano & capitulo.

¶ Rex, custodi spiritualitatis episcopatus Sarum sede vacante salutem. Cùm per literas nostras patentes, &c. usq; ibi continetur: Vobis mandamus quòd eidem Thomæ stallum in choro & locum in capitulo, &c. ut supra. Aliter sede vacante.

☞ Eodem modo scribatur decano & capitulo sic: Dilectus sibi in Christo decano & capitulo ecclesiæ, &c. Regula:

¶ Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd dedimus & concessimus dilecto nobis A. capellano, custodiam heremitagii de Crepilgate Londoñ vacantem, per resignationem Bernardi ultimi custodis ejusdem, & nostram donationem spectantem: Habendum cum omnibus ad custodiam illam spectantibus ad totam vitam ipsius A. In cujus, &c. T. &c. De collatione heremitagii.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Cùm per literas nostras patentes dederimus, &c. ad totam vitam ipsius A. prout in literis nostris præd' plenius continetur: Vobis præcipimus quòd ipsum A. in corporalem possessionem heremitagii præd' prout moris est inducatis, seu induci faciatis. T. &c. De inducendo in corporalem possessionem.

¶ Rex, venerabili, &c. salutem. Ad cantariam ad altare beati Petri in ecclesia beatæ Mariæ Linc' vestræ dioc' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Lincoln' nuper vacantis & in manu nostra existentis, dilectum clericum nostrum A. capellanum vobis præsentamus, &c. rogantes quatenus ipsum A. ad cantariam præd' admittatis, & ulterius faciatis quod vestro incumbit officio in hac parte. In cujus, &c. T. &c. Aliter ad cantariam.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd commisimus vel dedimus & concessimus dilecto clerico nro A. cantariam ad altare, &c. usq; ibi, in manu nostra existentis: Habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus, &c. T. &c. Ista litera patens facta fuit de eadem cantaria.

¶ Rex, omnibus, &c. salutem. Sciatis quòd commisimus vel dedimus & concessimus dilecto clerico nro I. præposituram in ecclesia cathedrali Welleñ vel thesaurariam, &c. vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Bathon' & Welleñ nuper vacantis, & in manu nostra existentis: Habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus, &c. T. &c. Aliter ad præposituram in ecclesia cathedrali.

¶ Rex dilecto sibi N. de H. præposito ecclesiæ sancti Johannis Beverlaci salutem. Ad ecclesiã de S. vestræ jurisdictionis, & Eborum dioc' vacantem, Aliter præposito Beverlaci.

De præsentationibus.

cantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione terræ & hæredis H. &c. vobis præsentamus, &c. admittatis, & personam instituat in eadem. In cujus, &c.

Præsentatio per
abbatissam.

¶ Venerabili in Christo patri T. dei gratia Lincolnæ episcopo, I. eadem gratia abbatissa de S. & ejusdem loci conventus salutem. Cum omni reverentia & honore ad præbendam de I. cum suis juribus & pertiis eidem annexis, per resignationem R. illustriss. regis Angliæ clerici nuper præbendarii ejusdem vacantem, & ad nr̄am donationem spectantem: Dilectum nobis in Christo dominum A. clericum vestræ paternitati reverendæ præsentamus, intuitu charitatis humiliter supplicantes & devotè, quatenus ipsum A. ad eandem charitatis intuitu admittere, & præbendarium instituere velitis in eadem, valeat vestra reverenda paternitas per tempora diuturna. Datum in capitulo nostro apud Clerkywell. vij kalend' Maij anno domini, &c.

Aliter p̄ laicum
patronum.

¶ Rex, venerabili in Christo patri W. dei gratia E. archiepiscopo Angliæ primati suus humilis & devotus S. salutem. Cum omnibus reverentiis & honoribus debitis tanto patri, ad ecclesiam de I. vestra dioc' vacantem & ad meam præsentationem spectantem, dilectum mihi R. clericum vel capellanum vestræ reverendæ paternitati præsentato per præsentantes, intuitu charitatis vos rogans humiliter & devotè, quatenus ipsum R. ad dictam ecclesiam admittere & rectorem instituere velitis in eadem, omni juri in hoc casu variandi, & alium ad dictam ecclesiam præsentand' mihi competenti & competituro quandocunque scienter & expressè ac purè & simpliciter renunciatis per præsentantes. In cujus præsentationis testimonium has literas meas vestræ piæ paternitati dirigo patentes. Datas apud Westmonasterium vij. kalend' Maij an̄i domini, &c.

Collatio hospitalis
p̄ regem.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd dedimus & concessimus dilecto clerico nr̄o W. custodiam hospitalis nostri quod vocatur la Maladry extra Lincolnæ: Habend' ad totam vitam suam cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus, &c. T. &c.

De inducendo
in corporalem
possessionem.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm per literas nostras patentes, &c. prout in literis, &c. tibi præcipimus, quod ipsum W. in corporalem possessionem hospitalis præd' prout moris est inducas seu induci facias. T. &c.

De intendendo
custodi, &c.

¶ Rex, dilectis sibi fratribus & sororibus hospitalis quod vocatur la Maladry extra Lincolnæ salutem. Cùm per literas nostras patentes, &c. custodiam hospitalis præd' habend', &c. prout in literis nostris præd' plenius continetur: Vobis mandamus quòd eidem W. tanquam custodi vestro ejusdem hospitalis in omnibus quæ ad custodiam illam pertinent intendentes sitis & respondentes prout decet T. &c.

De revocatione
quia persona
fuerat
perstes est.

¶ Rex, tali episcopo salutem. Licet nos nuper credentes ecclesiam de W. vestræ dioc' per mortem A. rectoris ejusdem vacasse, & ad nostram donationem pertinuisse, dilectum clericum nostrum S. vobis præsentaverimus rogantes quatenus, &c. admitteretis, & personam institueretis in eadem, quia tamen nobis constat quòd prædictus A. corporali viget sospitate, præsentationem nostram prædicto S. ad ecclesiam

clesiam prædictam duximus revocandam. In cujus, &c. T. &c.

¶ Rex omnibus ad quos, &c. Sciatis quòd cum nuper præsentationem nostram ad ecclesiam de B. Sarum dioc' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione abbatiæ de M. nuper vacantis & in manu nostra vel domini E. nuper regis, &c. existentis, versus abbatem loci præd' per breve nostrum recuperaverimus in curia nostra per considerationem ejusdem curiæ, & dilectum clericum nostrum I. ad ecclesiam illam præsentaverimus regio jure nostro, ac nos postmodum de præsentatione illa seu recuperatione totaliter ignorantem, statum, quem M. de B. clericus se habuisse dixerat in eadem ecclesia ex provisione sedis apostolicæ, quantum in nobis fuit per literas nostras patentes acceptaverimus, ratificaver' & approbaverimus, prout in literis illis plenius continetur, nos volentes judicia in curia nostra ritè reddita executioni debitæ demandari, nolentésq; quòd dicta ratificatio post considerationem prædictarum prædicto M. nobis de præsentatione & consideratione præd' minimè tunc instructis sic facta locum habeat seu effectum, dictam ratificationem ac omnia alia in enervationem præsentationis seu considerationis præd' qualitercunq; per nos facta, tenore præsentium revocamus. In cujus, &c.

De revocatione præsentationis quam prius ratificavit.

¶ Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Volentes dilectum clericum nostrum H. præbendarium præbendæ de O. & C. in ecclesia beatæ Mariæ de S. de patronatu archiepiscopi Eborum, & personam ecclesiæ de S. de patronatu di. & fid' nostri W. & I. uxoris ejus existen' ut dicitur, pro grato & laudabili servitio tam domino H. nuper regi Angliæ patri nostro quàm nobis, per ipsum H. hæctenus impenso, favore prosequi gratioso: Ipsum H. & beneficia sua præd' sub nostra protectione suscepimus speciali, statum & possessionem, quos in eisdem beneficiis habet, licet ad nostram possent spectare donationem dici ratione alicujus juris seu prærogativæ quæ nobis aut progenitoribus nostris aliquo tempore competierunt, competunt, aut competere poterunt in futuro, ratione alicujus vacationis archiepiscopatus præd' aut custodiæ manerij de S. five aliquarum aliarum terrarum seu tenementorum ipsorum W. & I. vel aliquo modo quocunq;, ratificamus, approbamus, & confirmamus, volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quòd idem H. super beneficiis suis præd' aut super jure vel possessione eorundem ratione alicujus juris seu prærogativæ, quæ nobis aut progenitoribus nostris aliquo tempore competierunt, aut nobis aliquo modo competunt aut competere poterunt ut præd' est, per nos vel hæredes nostros seu ministros nostros quoscunq; nullatenus occasionetur, molestetur in aliquo seu gravetur. In cujus, &c.

Ratificatio præbendæ & ecclesiæ.

¶ Rex omnibus, &c. ut suprà, usq; ibi, aut competere poterunt in futuro, ratione alicujus vacationis archiepiscopatus præd' seu captio- nis ejusdem, aut aliquorum terrarum seu tenementorum ad illum spectantium in manus nostras sine dictorum progenitorum nostrorum, aut occasione alicujus alienationis factæ de manerio de W. ad quod advocatio dictæ ecclesiæ spectat sine nostra aut progenitorum nrorum

Aliter.

De ratificationibus.

licentia sive captionis dicti manerii in manum nostram aut ipsorum progenitorum nostrorum aut alio modo quocunq; ratificamus, approbamus, & confirmamus, volentes, &c. ut supra.

Aliter inde sic.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Volentes dilectum clericum nostrum T. pro grato & laudabili obsequio suo hactenus nobis impenso, favore prosequi gratioso: Personam suam & omnia beneficia ecclesiastica infrascripta quæ in præsentis noscitur obtinere, sub nostra protectione suscepimus speciali, & statum & possessionem quæ in eisdem beneficiis habet in præbenda de S. in Lich' de patronatu Coventr' & Lich' episcopi, & præbenda de F. in ecclesia sancti Pauli Londoni, ac in thesauraria ejusdem ecclesiæ de patronatu Londoni episcopi existentibus, licet præd' præbendæ & thesauraria vel aliquæ earundem tanquam vacantes ad nostram donationem spectent vel possent dici spectare, ratione alicujus juris seu prærogativæ, quæ nobis aut progenitoribus nostris aliquo tempore competierunt, competunt, aut competere poterunt in futurum occasione alicujus vacationis episcopatum locorum præd', in quibus beneficia præd' consistunt vel alio modo quocunq; ratificamus, approbamus, & confirmamus omne jus & prærogativam, si quæ in hac parte alio quo modo nobis competant, pro tempore ejusdem T. remittentes, & volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quod idem T. super beneficiis suis prædictis aut super jure vel possessione eorundem, seu alicujus eorum ratione alicujus juris, &c. ut supra.

Aliter.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Volentes dilectum clericum nostrum A. personam ecclesiæ de E. de patronatu episcopi Elien', necnon præbendarium præbendæ de S. in ecclesia sancti Pauli Londoni de patronatu episcopi Londoni existentium ut dicitur, favore prosequi gratioso, statum & possessionem quos idem A. in præd' ecclesia & præbenda jam habet, ratificamus, approbamus, & confirmamus, nolentes quod A. occasione alicujus juris quod nobis competiit, competit, seu competere poterit in futuro, ratione vacationum episcopatum præd' seu temporalium eorundem in manibus progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ seu nostra existentium, super statu & possessione sua præd' occasione, molestetur in aliquo, seu gravetur. In cujus, &c. T. &c.

Aliter de ratificatione-

¶ Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Volentes securitati dilecti clerici nostri A. personæ ecclesiæ de N. Exon' dioc' providere, statum & possessionem, quos eidem A. habet in ecclesia præd', pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, nolentes quod ipse super possessione sua ecclesiæ præd' ratione alicujus juris vel tituli, quod vel qui nobis competit, seu nobis vel hæredibus nostris in futurum competere poterit, per nos vel hæredes nostros seu ministros nostros quoscunq; futuris temporibus impetatur, inquietetur, molestetur in aliquo, seu gravetur. In cujus, &c.

Ratificatio ecclesiæ non obstante judicio pro rege reddito-

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Volentes securitati dilecti clerici nostri I. personæ ecclesiæ de H. prospicere, ne super possessione ejusdem futuris

turis temporibus per nos vel hæredes nostros valeat impetiri, statum, quem idem I. habet in ecclesia præd', acceptamus, ratificamus, & approbamus, aliquo iudicio coram iustitiariis nostris de banco pro nobis reddito non obstante, nolentes quòd idem I. super possessione sua ecclesiæ præd' per nos vel hæredes nostros impetatur, inquietetur, molestetur in aliquo seu gravetur. In cuius, &c.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Statum quem dilectus clericus noster I. persona ecclesiæ de E. in Wall' habet, in eadem ecclesia ex collatione venerabilis patris H. Meneñ episcopi, quantum in nobis est acceptamus, ratificamus, approbamus, & confirmamus: Nolentes quòd præfatus I. super possessione sua ecclesiæ præd' prætextu alicujus juris, quod nobis competit vel competiit, ratione vacationum episcopatus præd' seu temporalium ejusdem in manibus progenitorum, &c. vel nostris existentium, seu alio modo quocunq; per nos vel hæredes nostros &c. molestetur, &c. In cuius, &c.

Aliter.

¶ Rex, venerabili in Christo patri T. eadem gratia episcopo Lincoln' salutem. Licet nuper vobis ad ecclesiam de D. vacantem, & ad nram donationem spectantem, quendam N. de S. præsentaverimus: Quibusdã certis de causis præsentationem nostram præfato N. ut præmittitur factã, tenore præsentium duximus revocand'. Et hoc vobis significamus, mandantes quòd ad præsentationem nostram dilecto clerico nostro R. ad eandem ecclesiam jam factam fac', quod vestro officio incumbit in hac parte: Dicta præsentatione eidem N. ut præmittitur facta non obstante. T. R. apud Westm' primo die Septemb' anno nono.

Revocatio præsentationis.

¶ Rex, venerabili, &c. Norwiceñ episcopo, vel ejus vicario generali ipso episcopo in remotis agente salutem. Licet nuper credentes ecclesiam de C. Norwiceñ dioc' vacasse, & ad nostram donationem spectasse, magistrum I. vobis præfat' episcop' præsentaverimus ad eandem, rogantes quatenus ipsum I. &c. admitteretis, & personam, &c. in eadẽ, quia tamen ex testimonio accepimus fide digno, quòd ecclesia illa de I. de N. tunc rectore illius ecclesiæ tempore præsentationis illius plena fuit & consultata: Dictam præsentationem nostram præfato I. & omnes alias præsentationes quibuscunq; aliis ad ecclesiam illam p nos factas tenore præsentium revocamus. Et hoc vobis significamus. In cuius, &c.

Aliter quia ecclesia plena & consultata, &c.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Constat nobis per inspectionẽ tenoris recordi & processus loquelæ, quæ fuit coram dilectis & fidelibus nostris R. de W. & sociis suis nuper iustitiariis nostris ad placita, &c. affigũ, p breve nostrum inter nos & priorem de O. de eo quod idem prior permetteret nos præsentare idoneam personam ad vicariam ecclesiæ de H. Exon' dioc', quem coram nobis in cancellariam nostram quibusdam certis de causis venire fecimus, quòd præsentationem nostram ad vicariam prædictam versus præfatum priorem per considerationem ejusdem curiæ recuperavimus. Et per breve nostrum de iudicio mandavimus venerabili patri Edwardo Exon' episcopo, quòd non obstante reclamatione præfati prioris, idoneam personam ad vicariam prædictam ad præsentationem nostram admitteret, & vicarium insti-

Literæ patentes ad innotescendum recuperationem regis de ecclesia omnibus quorum interest.

institueret in eadem, & hoc omnibus quorum interest vel interesse poterit innotescimus per presentes. In cujus, &c.

De præsentatione facta super recuperatione quæ rex recuperavit.

¶ Rex, venerabili, &c. H. eadem gratia episcopo Wynton salutē. Cum dominus H. nuper rex Angliæ pater noster, in curia sua coram ipso per breve suum per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus R. tunc episcopum Wynton præsentationem suam ad ecclesiam de B. vacantem, & ad præsentationem ipsius patris nostri spectantem, ratione episcopatus præd' per mortem I. de S. nuper episcopi loci illius vacantis, & in manu ipsius patris nostri tunc existentis, sicut per recordum & processum inde, quæ coram nobis in cancellaria nra certis de causis venire fecimus, nobis constat: Nos ad ecclesiam præd' sic vacantem, & ad nostram donationem ex causa præd' spectantem, dilectum clericum nostrum S. vobis præsentamus intuitu charitatis rogantes quatenus ipsum S. ad ecclesiam præd' admittatis, & personam instituatis in eadem. In cujus, &c.

Præsentatio per regem quæ nominatur ei clericus per alium.

¶ Rex, dilectis sibi in Christo decano & capitulo ecclesiæ sancti Ethelberti de H. salutem. Ad vicariam præbendæ de Lyra in ecclesia præd' vacantem, ad quam nobis pertinet nominare personam per nos, ratione temporalium abbatis de Lyra alienigenæ in manu nostra occasione guerræ inter nos & illos de Franc' motæ existenti vobis præsentand' Dilectum nobis R. capellanum nobis per vos nominatum vobis præsentamus, intuitu charitatis rogantes quatenus ipsum R. ad vicariam præd' admittatis, & ulterius faciatis quod vestro incumbit officio in hac parte. In cujus, &c.

Literæ canonici ad exercendum jurisdictionem ordinarii loco suo.

¶ H. de B. canonicus Linc' & præbendarius præbendæ de C. in eadem ecclesia dilectis sibi in Christo A. & B. salutem in Christo. Ad exercendum quamcunq; jurisdictionem ad nos ratione præbendæ nra præd' competentem, ac subditorum nrorum excessus corrigend' & puniend' debitæq; correctionis officium impendend', necnon omnia alia facienda & expedienda quæ necessaria fuerint in ea parte vel etiam opportuna: Vobis & alteri vestrum committimus vices nostras cum coertionis canonicæ potestate. Datum, &c.

Literæ patentes ad conferendum beneficia domino in remotis agente.

¶ Universis & singulis presentes literas inspectur' I. salutem in domino. Ad quamcunq; ecclesiam sive ad aliud quodcunq; beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura ad meam præsentationem spectantem sive spectans, necnon ad conferendum hujusmodi beneficia ad meam collationem qualitercunq; spectantia, dum me hac vice extra regnum Angliæ esse contigerit, & ad omnia alia quæ in hac parte requiruntur faciend': Dilectis mihi A. & B. conjunctim & divisim plenam, liberam & generalem do & concedo tenore præsentium potestatem. In cujus &c. Et quia sigillum meum, &c. Datum &c.

Altera procuratoria.

¶ Pateat universis per presentes, quod ego R. rector ecclesiæ de S. Lincolni dioc', in omnibus causis & negotiis personam meam vel ecclesiam meam prædictam qualitercunq; contingentibus, coram quibuscunq; iudicibus, ordinariis, decanis, legatis, vel eorum commissariis quoties me abesse vel adesse contigerit, dilectos mihi in Christo S. & R.

& R. capellanos & utrumq; eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus eorum inceperit, alter eorum psequi valeat & finire, meos veros & legitimos procuratores ordino, facio & constituo per præsentes: Dans & concedens eis & utrique eorum plenam, liberam, & generalem potestatem & mandatum speciale nomine meo, & ecclesie meæ præd', agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, ponendi, positionibus respondendi, provocandi, appellandi, provocationum & appellationum causas prosequendi, litem contestandi, crimina & defectus objiciendi, testes & instrumenta producendi & exhibendi, status mei & ecclesie meæ præd' reformationem & in integrum restitutionem, damnorum estimationem & expensas & interesse quodlibet pretendi, recipiendi, ac etiam obtinendi in animam meam tam de calumnia quàm de veritate dicenda jurandi, & quodlibet aliud genus liciti sacramenti præstandi, in synodis, capitulis, visitationibus & aliis congregationibus clericorum licitis & honestis in dioc' Lincoln' vel in Cantuar' provincia celebrand', pro me & dicta ecclesia mea comparendi, & statutis in eisdem æditis consentiendi, & ea si necesse fuerit perimplend', alium vel alios procuratorem vel procuratores loco sui & cujuslibet eorum substituendi, substitutum vel substitutos ab eisdem & eorum quolibet revocandi, & procuratoris officium reassumendi, quoties eis & eorum cuilibet visum fuerit expedire, & omnia alia & singula faciendi & expediendi, quæ per veros & legitimos procuratores fieri poterint vel expedire, etiam si mandatum exigant speciale pro eisdem autem procuratoribus meis & eorum quolibet substituto vel substitutis substituendo vel substituendis ab eisdem & eorum quolibet, rem ratam habere, iudicio fisci, & iudicatum solvi sub ypoteca rerum mearum promitto & expono cautiones. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum: Sigillum venerabilis patris & domini dñi P. dei gratia Lincoln' episcopi, præsentibus apponi procuravi. Et nos episcopus supradictus ad personalem requisitionem vel ad requisitionem præfati R. sigillum nostrum fecimus his apponi, in testimonium præmissorum. Datum London' vij. Idus Maij, anno domini, &c.

¶ Pateat universis per præsentibus, quod ego H. rector ecclesie de N. Linc' dioc', intendens dictam ecclesiam cum dño W. rectore ecclesie de P. dictæ dioc', permutare, ad psequendū p me & nomine meo negotiū huiusmodi pmutationis, causasq; huiusmodi pmutationis allegandi & pbandi, corā venerabili patre dño Linc' episcopo ejusve commissariis aut commissario quocunq;, ac etiā corā quibuscunq; iudicibus, ordinariis, delegatis, & eorū commissariis, & quacunq; jurisdictionē, notionē, aut officiū habentibus, quoties me abesse vel adesse contigerit, dilectū mihi in Christo I. clericū Coventr' & L. dioc' meum verum & legitimum ordino, facio, & constituo procuratorē, ac etiam in quibuscunq; causis & negotiis psonā meā qualitercunq; contingentibus, ad agendū, defendendū, excipiendū, replicandū, ponendū, positionibus respondendū, crimina & defectus objiciendū, testes

Litera procuratoria ad resignandum.

Forma resignationis.

testes & instrumenta pducend' & exhibend', & tam de calumnia quam de veritate dicenda, & quodcunq; aliud sacramentum licitum in animã meã præstandum, stãtus mei reformationẽ, & in integram restitutionem expensas & interesse ac damnorum estimationem petend', obtinend', & recipiend', provocand' & appelland'; provocaciones & appellaciones notificand', & earum causas prosequendi, dictãmq; ecclesiam de P. ac institutionẽ & inductionẽ in eadem p me & nomine meo petend', admittend' & recipiend', & corporalem possessionem ejusdem ecclesiã p me & nomine meo apprehendendam & recipiendam, ejusq; possessionem continuandã & conservand', canonicã obedientiam quibuscunq; debitã præstand', aut aliũ pcuratorẽ loco suo substituendũ, & substitutũ ac substituend' ab eodem revocandũ, pcuratorisq; officium reassumendum quoties sibi videbitur expedire, ac omnia alia & singula faciendã & exercendã, quã in præmissis & circa præmissa ac quodlibet eorundem & ea contingentia necessaria fuerit vel opportuna, etiam si mandatum exigant speciale pro eodem vero procuratore meo præd' substituto & substituendo, ab eodem rem ratã haberi & judicatum solvi sub ypoteca rerum mearum promito & expono cautiones. In cujus rei testimoniũ, quia sigillum meum pluribus est incognitum: Sigillum reverendi, &c. his apponi procuravi. Et nos, &c. Datis Londõn vj. Kalendas Junii, añ domini, &c. pontificatus nostri XI I.

Forma resignationis ex causa permutationis.

¶ In Dei nomine amen. Ego H. de W. rector ecclesiã de N. Londõn dioc' volens ipsã ecclesiam meã cum ecclesia de P. dictã dioc' cujus rector existit dominus de W. certis, justis & legitimis de causis sine dolo & fraude canonicẽ permutare, ipsã ecclesiam meã ex causã permutationis hujusmodi & non alio modo in sacras manus venerabilis in Christo patris domini T. dei gratia Lincolni episcopi resigno, supplicans humiliter & devotẽ, ut H. de hujusmodi causã permutationis ipsã resignationem sic factã & non aliter velit admittere, & negotium permutationis hujusmodi quatenus ad vos attinet fideliter expedire. Et protestor expressẽ in hiis scriptis, quod si dictã permutatio debitum non sortiatur effectum, quod hujusmodi mea resignatio præd' pro nulla penitus habeatur.

Protestatio redeundi.

¶ In Dei nomine amen. Ego H. de W. nunc rector ecclesiã de P. Linc' dioc' & prius rector ecclesiã de N. dictã dioc', protestor, dico, & allego in hiis scriptis, quod si contingat quod hujusmodi ecclesia mea de P. absq; dolo & culpa meis in hac parte à me aliquãlitter evincatur, volo & intendo ad dictã ecclesiam de N. absq; aliqua difficultate liberẽ & licitẽ redire, Et eã rehabere juxta canonicas sanctiones, & protestor insuper quod non intendo nec volo ab hujusmodi protestatione seu effectu ejusdem recedere aliquãlitter in futurũ, sed eidem protestationi & contentis in eadem, volo & intendo in futurũ temporibus firmiter adherere, juris beneficio in omnibus semper salvo, &c.

Litera procuratoria ad prosequendum præsentationem,

¶ Pateat universis p præsentem, qd' ego I. de B. clericus Linc' dioc' ad prosequend' pro me & nomine meo præsentationẽ ad eccles' de B. in insula de A. Linc' dioc' de me factã, institutionẽq; canonic' in ead' eccles. corporalemq;

ralémq; possessionem ejusdem petend', admittend', nanciscend', & retinend', juramentum canonicæ obedientiæ & quodcunque aliud juramentum de jure vel consuetudine occasione præd' præstari debitum & solitum in animam meam præstand', dilectos mihi in Christo N. O. & P. conjunctim & divisim, & quemlibet eorum in solidum, ordino, facio, & constituo meos veros & legitimos procuratores: Ratum habitur' & gratum quicquid iidem procuratores mei vel eorum aliquis fecerint vel fecerit in præmissis vel aliquo præmissorum. In cujus rei sigillum venerabilis patris domini I. dei gratia episcopi Meneñ, apponi præsentibus procuravi. Et nos episcopus Meneñ præd', ad specialem rogatum I. de B. supradicti, sigillum nostrum hiis apponi fecimus, in fidem & testimonium præmissorum. Datum Lincolni, &c. anno, &c.

institutionem & corporalem possessionem.

¶ Rex, custodi spiritualitatis episcopatus Mideñ in Hyb' sede vacante salutem. Cùm T. clericus archidiaconus Mideñ, & persona ecclesiæ de N. eidem archidiaconatui annexæ, & H. clericus persona ecclesiæ de K. Mideñ dioc' & præbendarius præbendæ de L. beneficia sua præd' intendant ut asserunt ad invicem canonicè permutare, & nos archidiaconatum præd' ac ecclesiam de N. eidem annexam, ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium episcopatus præd' in manu nostra existentium, præfato H. ex causa hujusmodi permutationis faciend' dederimus & concesserimus, habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;, prout in literis nostris patentibus, &c. vobis mandamus quòd ipsum H. ad archidiaconatum præd' cum ecclesia de N. eidem annexa ex causa præd' admittatis, & ipsum in corporalem possessionem ejusdem inducatis seu induci fac' ut est moris. T. &c.

De permutatione archidiacon' & ecclesiæ eidem annexæ cum ecclesia & præbenda.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd cùm T. &c. ut supra usq; ibi, permutare: Nos archidiaconatum præd' cum ecclesia, &c. usq; ibi, existentiũ, præfato H. ex causa, &c. dedimus & concessimus: Habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus, &c. T. &c.

Præsentatio inde.

¶ Rex, dilectis sibi in Christo priori & conventui de C. salutem. Cùm vos ratione novæ creationis v'æ, vos præfate prior, teneamini uni de clericis n'is quem nobis nominaverimus, vel sic, quem vobis duxerimus nominand', in quadam annua pensione de domo vestra percipiend', quousq; sibi per vos provisum sit de beneficio ecclesiastico competenti, ac nos promotionem dilecti clerici nostri R. de P. suis exigentibus meritis affectantes, ipsum ad hujusmodi pensionem à vobis percipiend' duximus nominand': Vobis igitur mandamus, rogantes quatenus eidem R. talem pensionem de dicta domo vestra in forma præd' percipiend' quæ dantes deceat percipientémq; fortius obligatum reddere debeat, concedatis, literas vestras patentes sigillo capituli vestri signatas eidem R. super hoc fieri facientes. Et quid inde duxeritis faciendum nobis sine dilatione aliqua rescribatis. T. &c.

Regiæ literæ de præcatoriz pro annua pensione.

¶ Universis ad quos præsentis literæ pervenerint, prior de C. & ejusdē loci conventus salutem in dño sempiternam, Noveritis nos ad instantiã illustrissimi principis Henrici octavi dei gratia Angliæ & Franc' regis fidei defensoris & dñi Hyberñ, dedisse & concessisse dilecto nobis in

Litera de annua pensione.

Christo A. de B. clerico, centum solidos sterlingorum, in festo sancti Michaelis annuatim de camera nostra percipiend', quousq; eidem A. de beneficio ecclesiastico competenti sibi per nos fuerit provisum, & hoc ei quam citius facultas se obtulerit facere promittimus. Dicitur autem A. per se vel per procuratorem suum legitimè ad hoc constitutum, dictos centum solidos singulis annis apud G. recipiet. In cujus rei testimonium commune sigillum domus nostræ præsentibus duximus apponend'. Datum in capitulo vel in domo nostra capitulari, &c.

De primo beneficio ecclesiastico habendo.

¶ Rex, cancellario suo qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, vel custodi magni sigilli sui salutem. Promotionem dilecti clerici nostri A. de B. prætextu boni servitii sui tam domino E. &c. quam nobis impensè corditer affectantes, ac volentes ipsum A. præmissa consideratione favore prosequi gratioso: Volumus quòd idem A. ad primum beneficium ecclesiasticum, taxationem viginti marcarum excedens vacatuf, qd' ad præsentationem nostram pertinuerit, & quod duxerit acceptand' præsentetur. Et ideo vobis mandamus, quòd eidem A. literas nostras de præsentatione ad primum beneficium ecclesiasticum vacatuf, quod ad nos sic pertinuerit & quod duxerit acceptand', sub præd' magno sigillo in forma debita habere faciatis. In cujus, &c. T. &c.

De pensione concessa per regem habenda ad scaccarium.

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Attendentes grata & laudabilia obsequia quæ dilectus clericus noster A. ante hæc tempora gratanter exhibuit, super quibus tam per dilectum & fidelem nostrum W. quàm alios fideles nostros sumus certitudinaliter informati, sperantésq; quòd in nostris agendis suæ affectionis & benevolentiae puritatem continuabit successivis actibus in futuf, ac volentes ipsum munere prosequi gratioso: Concessimus ei quandam annuam pensionem viginti marcarum percipiend' singulis annis ad scaccarium nostrum ad festa sancti Michaelis, quousq; ei per nos ad beneficium fuerit provisum quod duxerit acceptand'. In cujus, &c. T. &c.

De præbenda in Hastynges.

¶ Rex, decano & capitulo liberæ capellæ suæ de Hastynges salutem. Cùm venerabilis pater T. episcopus Cicestreñ, dilectum nobis H. de B. ad præbendam, quam W. de C. dum vixit obtinuit in capella præd', ad præsentationem nostram admiserit, & præbendarium instituerit in eadem, prout per literas ipsius episcopi in cancellaria nra inde ostensas plenius poterit apparere: Vobis mandamus quòd eidem H. stallum in choro & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris est assignetis, & ipsum in corporalem possessionem ejusdem cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq; inducatis seu induci faciatis. T. &c. Et præsentatio inde facta fuit episcopo sic.

De præsentatione inde.

¶ Rex, venerabili in Christo patri T. eadem gratia episcopo Cicestreñ salutem. Ad præbendam, quam W. de C. dum vixit obtinuit in libera capella nostra de Hastynges vacantem, & ad nostram donationem spectantem, dilectum nobis H. de B. vobis præsentamus, intuitu charitatis rogantes quatenus ipsum H. de B. ad præbendam illam admittatis, & præbendarium admittatis in eadem cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quòd dedimus & concessimus dilecto nobis A. capellano, custodiam heremitagii de C. vacantem per resignationem B. ultimi custodis ejusdem, & ad nostram donationem spectantem: Habendum cum omnibus ad custodiam illam spectantibus ad totam vitam ipsius A. in cujus, &c.

De collatione heremitagii.

¶ Rex, vicecomitibus Londoni salutem, Cum per literas nostras patentes dederimus, &c. ad totam vitam ipsius A. prout in literis nris præd' plenius continetur: Vobis præcipimus quòd ipsum A. in corporalem possessionem heremitagii præd' prout moris est inducatis T. &c.

De inducendo in corporalem possessionem.

REX, dilecto & fideli suo I. Pryot militi salutem. Volentes certis de causis certiorari, super tenore recordi & processus utlagariæ in W. B. de H. in comitatu E. yeoman in eodem comitatu, vel in Hustengo nostro Londoni promulgatæ, & coram nobis & sociis vestris justitiariis nostris de banco ut dicitur retornatæ, ac si idem W. se reddiderit prisonæ nostræ de Flete coram vobis in banco præd' occasione præd', necne: Vobis mandamus quòd tenorem recordi & processus utlagariæ præd', necnon certificationem redditionis illius, nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

Certiorari utlagariæ in banco de tenore recordi & processus inde mittendo in cancellariam.

dicto, de nobis in capite per servitium militare, & quod T. fil' prædictorum I. & T. tunc fuit propinquior hæres eorundem I. & T. & plenæ ætatis, cepimus homagium & fidelitatem ipsius T. nobis pro manerio prædicto debita, & ei manerium illud cum pertinentiis reddiderimus, illudque sibi mandaverimus liberari, sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ nostræ plenè liquet, ac postmodum supplicante nobis Henr' B. fil' & hæf eorundem I. & T. ut cum per quandam aliam posteriorem inquisitionem per præfatum escaetorem de mandato nostro captam & in cancellaria nostra retornatam sit compertum, quod prædicti I. & T. tenuerunt diebus quibus obierunt, in feodo talliato sibi & hæredibus suis exeuntibus, prædictum manerium cum pertinentiis de nobis in capite per servitium militare in forma prædicta, & prædictus H. filius prædictorum I. & T. ætatis quadraginta & sex annorum, est frater senior ejusdem T. & est hæres eorundem I. & T. propinquior, absq; hoc quod prædictus T. est hæres eorundem I. & T. propinquior prout per dictam primam inquisitionem supponitur, velimus manerium prædictum cum pertinentiis in manum nostram resumere, & eidem H. ut fratri seniori prædicti T. & propinquiori hæredi eorundem I. & T. liberari jubere, ac nos volentes in hac parte fieri quod est justum, præcipimus per breve nostrum vicecomiti nostro comitatus præd' quod scire faceret præfato T. quod esset coram nobis in cancellaria nostra in octavis sancti Hilarii proximè præteritis ubicunq; tunc foret, ad ostendendum si quid pro se haberet vel dicere sciret quare manerium præd' cum pertinentiis, unà cum exitibus inde per ipsum perceptis in manum nostram resumere, & idem manerium præfato H. ut fratri seniori ejusdem T. fil' & propinquiori hæredi eorundem I. & T. liberari, & nobis de exitibus prædictis per præfatum T. sic perceptis responderi non deberet, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte, ac prædictus vic' nobis retornaverit, quod scire fecerit præfato T. quod esset coram nobis in cancellaria nostra ad diem prædictum ubicunq; tunc foret, ad ostendendum quod dictum breve nostrum requirebat, ad quem diem prædictus T. in cancellaria prædicta solemniter vocatus non comparuit, per qd' consideratum fuit quod manerium prædictum cum pertinentiis unà cum exitibus inde per prædictum T. perceptis in manum nostram resumatur, ac nobis de eisdem exitibus respondeatur, dictumq; manerium præfato H. liberetur, cepimus homagium & fidelitatem ejusdem H. nobis pro manerio prædicto cum pertinentiis debita & ei manerium illud cum pertinentiis reddidimus: Tibi præcipimus quod resumpto in manum nostram manerio prædicto cum pertinentiis in balliva tua unà cum exitibus prædictis, & accepta securitate à præfato H. de rationabili relevio suo nobis solvend' ad scaccarium nostrum, eidem H. de manerio prædicto cum pertinentiis plenam seisinam sine dilatione habere fac' juxta considerationem prædictam: Salvo jure cujlibet, & salvis nobis exitibus de manerio prædicta à tempore mortis prædictæ T. sic perceptis. T. &c.

monitionem fecit defaltam, & parti quæ sequitur liberari, regi s. de exitibus medio tempore captis responderi.

Partitio terrarum & tenementorum in cancellaria facta cohæredib', de assensu custodis terrarum hujusmodi hæredis.

¶ Rex dilecto sibi I. de W. escaetori suo in comitatu Somers. & Dorset. salutem. Scias quod ex assensu P. reginæ Angliæ consortis nostræ charissimæ custodis L. de M. filii A. unius sororum L. de bello campo de S. defunctæ, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem & in custodia nostra existentis, consanguinei & unius cui una propars, & C. sororis & alterius hæredis prædicti L. de B. plenæ ætatis existentis cui altera propars, tam terrarum & tenementorum quæ Margat quæ fuit uxor L. de B. senioris, similiter defuncta tenuit in dotem seu aliàs ad terminum vitæ suæ, de hæred' prædictorum L. de M. & C. die quo obiit pertinent, assignavimus præfatæ C. maneria, terras & tenementa subscripta, videlicet maneria de H. &c. habend' in partem ipsius C. ipsam de omnibus maneriis, terris & tenementis prædictis secundum legem & consuetudinem regni nostri contingentem, & eidem C. cujus homagium & fidelitatem cepimus, in partem suam prædictam reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quod accepta securitate à præfata C. de rationabili relevio suo nobis solvend' ad scaccarium: Eidem C. prædicta maneria de H. &c. cum pertinentiis in balliva tua liberes: Habendum in partem suam prædictam in forma prædicta: Salvo jure cuiuslibet, &c.

¶ Rex dilecto sibi T. de C. escaetori suo in comitatu Devon' salutem. Cùm inter cætera maneria, terras & tenementa, tam de terris & tenentis quæ Marg' quæ fuit uxor L. de B. senioris similiter defuncta tenuit in dotem, seu aliàs ad terminum vitæ suæ, de hæreditate L. de M. filii A. unius sororum præd' L. de B. plenæ ætatis existentis, eidem C. in partem suam ipsam de terris & tenementis præd' contingentem, per nos assignatam, assignaverimus eidem C. maneria de F. & H. cum pertinentiis in comitatu præd', habend' in partem suam præd': Tibi præcipimus quod eidem C. maneria præd' cum pertinentiis in balliva tua liberes, habenda in partem suam præd' in forma præd' Salvo jure, &c.

Partitio terrarum, &c. facienda cohæredib' super brevi de Scire facias. ubi unus hñdi hæredum cognovit se jus non habere ad hæreditatem.

¶ Rex dilecto sibi I. de E. escaetori suo in comitatu Wiltes. salutem. Cùm nuper compertum fuisset per quasdam inquisitiones post mortem E. consanguinei & hæredis R. N. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, de mandato nostro captas & in cancellaria nostra retornatas, quod E. uxor V. Chambl' de C. & L. de B. soror ejusdem C. fuerit consanguinei & hæredes ipsius E. propinquiore, & plenæ ætatis, & per quasdam alias inquisitiones de mandatis nris similiter captas, & in dicta cancellaria nra retornatas, quod M. filius A. N. unius sororum R. N. patris præd' E. quam L. de C. duxit in uxorem; fuit consang' & propinquior hæres ejusdem E. & plenæ ætatis, ac nos postmodum ad prosecutionem V. C. & L. B. nobis suggerentium, ut eis terra & tenementa, quæ fuerunt de hæreditate prædicti L. & quæ per mortem prædicti R. & ratione minoris ætatis ejusdem E. dum infra ætatem & in custodia nostra fuit diem clausit extremum, ad manus nostras devenerunt & in manu nostra existentia, ut jus & hæreditatem præd' V. C. & L. B. volumus liberari jubere, volentes partibus prædictis fieri quod est

est justum, præceperimus vicecomiti Suth', quòd scire faceret prædictis L. de B. & M. quòd essent in cancellaria nostra die Lunæ in secunda septimana quadrag' proximè præterito ubicunq; tunc foret, ad ostendendum si quid pro se haberent quare iidem L. & M. de terris & tenementis prædictis excludi, eadèmq; terra & tenementa præfatis V. C. & L. B. consanguineis & hæredibus prædicti E. liberari non deberent, & quia prædicti L. & M. per præfatum vicecomitem sufficienter præmoniti, in dicta cancellaria nostra ad diem prædictum in propriis personis suis venerunt, & super juramento suo in hac parte diligenter examinati, cognoverint quòd prædicta Matilda non est hæres prædicti E. nec esse potuit viventibus prædictis C. L. & R. eo quòd prædictus E. de sorore prædictæ R. de N. & prædicti C. B. de B. filii G. de N. fratris ejusdem R. procreati fuerunt, nec quicquam juris in hac parte vendicant, homagium præd' V. ratione prolis inter ipsum E. & præfatum C. uxorem suam procreatæ, de proparte prædicta C. nec non homagium prædictarum L. & B. de propartibus suis ipsos V. L. C. & B. de terris & tenementis contingentibus, nobis debitum, usq; ad festum Natalis domini proximè futurum de gratia nostra speciali respectuamus, & eis propartes suas prædictas reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd capta fidelitate prædictorum V. L. & B. juxta formam cujusdam scedulæ præsentibus interclusæ, & accepta securitate à præfatis C. L. & R. de rationabilibus releviis suis nobis solvendis ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione omnium terrarum & tenementorum prædictorum cum pertinentiis in balliva tua quæ per mortem prædicti R. & ratione minoris ætatis prædicti E. ad manus nostras devenerunt in manu nostra sic existentium, in præsentia hæf & participum prædictorum per te inde præmonendorum si interesse voluerint, in tres partes æquales eisdem L. & C. tanquam enicia, ac prædictus L. & B. pro partibus suis prædictis ipsam L. C. & B. de terris & tenementis suis prædictis juxta petitionem suam illam conting', plenam seisinam habere fac': salvo jure cujussibet. Proviso semper quòd quilibet hæf & partic' prædictorum, partem terrarum & tenementorum quæ de nobis tenentur in capite in propartem suam habeat; & tenens noster existat. Et cùm partitionem illam sic feceris: Eam nobis sub sigillo tuo distinctè & apertè mittas, ut eam in rotulis cancellariæ nostræ prout mos est irrotulari faciamus. T. &c.

¶ Rex, dilecto sibi W. de B. escaetori suo in comitatu Somers. salutē. Quia accepimus, per inquisitionem, quam per te fieri fecimus, quòd W. P. defunctus non tenuit aliqua terras seu tenementa in dominico suo ut de feodo, de nobis in capite in comitatu prædicto die quo obiit, sed quòd tenuit die prædicto ad terminum vitæ suæ per legē Angliæ post mortem E. quondam uxoris suæ similiter defunctæ; manerium de C. cum pertinentiis in comitatu prædicto, quod de hæreditate L. de H. nuper comitis P. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, infra

De propartibus
liberandis post
mortem tenentis
per legem Angliæ, &c.

ætatem in custodia nostra existentis tenetur per servitium militare, de hæreditate A. de H. & I. fil' T. de C. consanguineorum & propinquiorum hæf ejusdem E. spectant, quodq; præd' A. plenæ ætatis, & præd' I. infra ætatem existunt: Tibi præcipimus quòd accepta fidelitate ipsius A. juxta formam cujusdam scedulæ præsentibus interclusæ, & accepta securitate à præd' A. de rationabili relevio suo nobis solvendo ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione manerii præd' in præsentia ipsius A. & propinquiorum amicorum præd' I. per te inde præmonendorum si interesse voluerint in duas partes æquales, eidem A. de proparte sua ipsum de manerio præd' cum pertinentiis, quod post mortem præd' W. captum est in manum nostram, secundum legem & consuetudinem regni nostri contingente, plenam seisinam habere facias, salvo jure cujuslibet retenta in manu nostra proparte præfatæ I. ipsam de manerio præd' contingente, donec aliud inde præceperimus. Et cum partitionem illam sic feceris: Eam sub sigillo tuo distinctè & aperte mittas, ut eam in rotulis cancellariæ nostræ prout mos est irrotulari faciamus. T. & c.

Partitio terrarum faciendâ cohæredibus ubi unus eorum est infra ætatem cum clausula retentionis.

¶ Rex, dilecto sibi I. de B. escaetori suo in comitatu Somers. Salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam per te fieri fecimus, quòd G. quæ fuit uxor S. L. defuncta, non tenuit aliqua terras seu tenementa in dominico suo ut de feodo, de nobis in capite in comitatu præd' die quo obiit, sed quod tenuit die præd' sibi & hæredibus legitime procreatis, hameletum de B. cum pertinentiis in comitatu præd', de nobis in capite per servitium undecimæ partis unius feodi militis; quodque Matilda quæ fuit uxor T. de B. una, & Alicia uxor T. de C. altera prædictarum filiarum prædictæ G. & C. fil' I. quæ fuit uxor R. de C. tertia filiarum ipsius G. quæ fuit uxor S. sunt hæredes ejusdem G. quæ fuit uxor S. propinquiores, & prædictæ M. & A. plenæ ætatis, & prædicta C. fil' I. ætatis decem annorum: Homagium tam prædicti T. ratione prolis inter ipsum & A. uxorem procreatæ, quam præfatæ Matildæ nobis propartibus suis ipsos T. A. & M. de hameleto prædicto cum pertinentiis contingentibus debitum, usque ad festum sancti Michaelis proximè futurum de gratia nostra speciali respectuavimus, & eis propartes præd' reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd captis fidelitatibus ipsorum T. & M. juxta formam ejusdem scedulæ præsentibus interclusæ, & accepta securitate à præfatis T. A. & M. de rationabilibus releviis suis nobis solvendis ad scaccarium nostram, factaque legali petitione de hameleto prædicto in præsentia ipsorum T. A. & M. & propinquiorum amicorum prædictæ C. fil' E. per te inde præmonendorum si interesse voluerint, & in tres partes æquales eisdem T. A. & M. de propartibus suis ipsos de eodem hameleto secundum legem & consuetudinem regni nostri contingentibus, plenam seisinam habere fac' salvo jure cujuslibet: Nos de fidelitatibus prædictis in cancellaria nostra sub sigillo tuo certificans indilate: Retenta in manu nostra proparte præd' C. fil' I. ipsam de eodem hameleto

hameleto juxta partitionem illam contingente donec alia inde præceperimus. Et cum partitionem illam sic feceris, eam nobis in dicta cancellaria sub sigillo tuo mittas, ut eam in rotulis cancellariæ nostræ prout moris est irrotulari fac. T. &c.

¶ Rex, dilecto sibi L. de E. escaetori suo in comitatu N. salutem. Quia accepimus per inquisitionem, quam per te fieri fecimus, quod K. A. defunctus non tenuit aliqua terras seu tenementa in dominico suo ut de feodo de nobis in capite in comitatu præd' die quo obiit, per quod custodia terrarum & tenementorum quæ fuerunt ejusdem K. ad nos ad præsens debeat pertinere, sed quod tenuit die præd' in dominico suo ut de feodo octo acras terræ cum pertinentiis in B. ut de hæred' N. fil' N. defuncti qui de nobis tenuit in capite infra ætatem & in custodia nostra existentis, per servitium unius denarii & unius obuli per annum pro omnibus servitiis, & alia diversa terras & tenementa cum pertinentiis in eodem comitatu de diversis aliis dominis, quodq; R. de B. fil' L. de B. unius sororum L. de A. matris præd' K. L. de T. altera sororum præd' L. quam N. de T. duxit in uxorem, & L. filius E. de N. tertia sororum ejusdem L. sunt consanguinei & hæredes præd' K. propinquiore, & præd' R. & L. de T. plenæ ætatis, & præd' L. filia E. ætatis unius anni existunt: Cepimus fidelitatem tam præd' R. de proparte sua, quam præd' N. de proparte præd' L. uxoris suæ, ipsos R. & L. uxorem N. de præd' octo acris terræ quæ de hæreditate præd' N. fil' N. infra ætatem, & in custodia nostra existentis tenentur, debitam, & eidem R. N. & L. uxori ejus proparte suas reddidimus. Et ideo tibi præcipimus, quod accepta securitate à præfato R. N. & L. uxore ejus, de rationabilibus releviis suis nobis solvendis ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione dictarum octo acrarum terrarum in præsentia præd' R. N. & L. uxoris ejus, ac propinquierum amicorum præd' L. fil' E. per te inde præmonendorum si interesse voluerint in tres partes æquales, eidem R. N. & L. uxori ejus propartes suas ipsos de dictis octo acris terræ juxta partitionem illam contingentes, ac propartem præd' L. fil' E. de eidem octo acris terræ contingens, propinquiori amico præd' L. filia E. cui hæreditas sua jure hæreditatis descendere non potest, unà cum exitibus de eadem proparte ipsius L. fil' E. à tempore mortis præd' K. perceptis, ad opus ejusdem L. fil' E. usque ad legitimam ætatem suam custod' liberes, salvo jure cuiuslibet. De aliis vero terris & tenementis, quæ de aliis dominis sic tenentur, & quæ per mortem præd' K. capta sunt in manum nostram, te ulterius non intromittas, salvo jure nostro & alterius cuiuscunq; exitus, si quos de eidem terris & tenementis, quæ de aliis dominis sic tenentur, è tempore mortis ejusdem K. perceperis, illis, ad quos pertinet, liberans ut est justum. T. &c.

¶ Rex, dilecto sibi I. de E. escaetori suo in comitatu Somers. & Dorf. salutem. Quia cepimus per diversas inquisitiones, quas per te fieri fecimus, quod I. quæ fuit uxor H. de F. defuncti, tenuit in dominico

Partitio terræ facta de terris & ten' quæ tenentur de hæredibus infra ætatē, & in custodia regis existēti per focagium, ubi aliqui cohæredum sint plenæ ætatis, & aliqui infra ætatem.

De propartibus liberandis tam post mortem tenentis in feodo, suo &c.

quam post mor-
tem tenentis ad
terminum vitæ.

fuo ut de feodo die quo obiit octo solidatas & x. denariatas redditus cum pertinentiis in manerio de A. & sextam partem manerii de H. cum pertinentiis in dicto comitatu Somers. unà cum advocacione ecclesiæ ejusdem manerii, videlicet sexta vice præsentand' ad eandem, & quartam partem duarum carucatarum terræ in P. & viginti acras terræ in W. cum pertinentiis in dicto comitatu Dorf. & quòd A. fil' I. de G. unius sororum, B. filia Matildæ alterius, & C. filia E. de S. tertiæ sororum prædictæ I. quam I. de H. duxit in uxorem, sunt hæredes ejusdem I. propinquiores & plenæ ætatis, & etiam quòd R. quæ fuit uxor prædicti I. de G. similiter defuncta; tenuit ad terminum vitæ suæ in dote ex assignatione I. de G. de hæreditate prædictorum A. S. & C. sexaginta acras terræ cum pertinentiis in P. xx. acras terræ cum pertinentiis in W. in dicto comitatu Dorf. vij. solidatas ix. denariatas, & unam quadrantatam redditus in manerio de A. & tertiam partem manerii de H. cum pertinentiis in dicto comitatu Somers. quodq; prædictus redditus cum pertinentiis in A. de nobis tenetur in capite per servitium militare, & residua terrarum & tenementorum de aliis quàm de nobis tenentur homagium prædictorum S. & I. de H. usque ad quindenam sancti Hillarii proximè futurum de gratia nostra speciali respectuavimus, & eisdem A. S. & I. de H. & C. pro partes suas ipsos de tenementis prædictis contingentes reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd captis fidelitatibus, tam prædictorum A. & S. quàm prædicti I. de H. juxta formam cujusdam scedulæ præsentibus interclusæ, & accepta securitate ab eisdem A. S. I. & T. de rationabilibus releviis suis nobis solvendis ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione omnium terrarum & tenementorum prædictorum in præsentia hæredum & participum hæreditatis prædictæ per te inde præmonendornm si interesse voluerit, in tres partes æquales eidem A. S. I. de H. & C. de pro partibus suis ipsos de eisdem terris & tenementis juxta partitionem illam secundum legem & consuetudinem regni nostri contingentibus plenâ seisinam habere facias, salvo jure cujuslibet. Proviso semper quòd quilibet hæredum & participum prædictorum, partem redditus prædicti qui de nobis in capite sic tenentur, in pro partem suam habeat & tenens noster existat. Et cum partitionem illam sic feceris, eam nobis sub sigillo tuo distinctè & apertè mittas, ut eam in rotulis cancellariæ nostræ prout mos est irrotulari faciamus. T. &c.

Aliter de pro-
partibus libe-
randis.

¶ Rex dilecto sibi Anthonio Cratander de L. escaetori suo in comitatu Gloucestr' & March' eidem comitatu adjacenti salutem. Quia accepimus per inquisitionem, quam per te fieri fecimus, quòd Thomas Redmyn defunctus, tenuit in dominico suo ut de feodo, octo acras pasturæ, ix. solidatas & quatuor denarios redditus, & tertiam partem unius mesuagii, & centum acras terræ cum pertinentiis apud R. in M. prædicta, de nobis in capite per servitium militare, ut pro partē suam ipsum de terris & tenementis quæ fuerunt Johannis Skelman de K. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, p partitione sua inter ipsum
Thomam

Thomam Redmyn & Wilhelmum Trygge de L. & Aliciam nuper uxorem ejus defunctam, sororem & hæredem M. filix A. unius filiarum & hæredum prædicti I. quæ quidem M. dum infra ætatem & in custodia nostra existens, diem clausit extremum, & I. de D. filium & hæredem A. tertix filiarum & hæredum ejusdem I. de K. factam, contingentem, quodque præd' I. de B. & I. fil' præd' W. & A. sunt consanguinei & hæredes propinquiores præd' Thomæ, & præd' I. de D. plenæ ætatis, & præfatus I. ætatis septem annorum & ampliùs: Cæpimus fidelitatem ipsius I. de D. nobis pro proparte sua ipsum de terris & tenementis præd' secundum legem & consuetudinem regni nostri contingente, & homagium suum usque ad festum Paschæ proximè futurum de gratia nostra speciali respectuavimus, & ei terras & tenementa illa reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd accepta securitate à præfato I. de D. de rationabili relevio suo nobis solvendo ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione terrarum & tenementorum præd', in præsentia propinquorum amicorum ipsius I. per te inde præmonend' si interesse voluerint in duas partes æquales, eidem I. de B. de proparte sua ipsum de eisdem terris & tenementis secundum legem & consuetudinem regni nostri contingente, plenam seisinam habere facias, salvo jure cujusslibet: Retenta in manu nostra proparte præd' Johannæ, ipsam de terris & tenementis præd' contingente, donec aliud præceperimus. Et cum partitionem illam feceris: Eam sub sigillo tuo distinctè & apertè, &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo H. de P. majori civitatis nostræ Londoniæ & escaetori nostro in eadem civitate salutem. Quia accepimus per inquisitionem, quam per vos fieri fecimus, quòd Matill' quæ fuit uxor Abrahamæ W. defuncta, tenuit die quo obiit, unum mesuagium cum pertinentiis in parochia sanctæ A. super Cornhill' L. ad terminum vitæ suæ, reversione inde ad Matill' jam uxorem Johannis M. & M. quæ fuit uxor W. de C. filias & hæredes præd' A. plenæ ætatis existentes sp. ctante, quodque mesuagium illud de nobis tenetur in burgagio sicut tota civitas Londoniæ: Vobis mandamus quòd facta legali partitione mesuagii præd' juxta extentam per vos inde factam, vel aliam si necesse fuerit, iteratò faciendam, in præsentia præd' Johannis per vos inde præmonendi, si interesse voluerit, in duas partes æquales, & retenta in manu nostra una medietate mesuagii præd', præfatum Matill' inde in partem suam secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ juxta partitionem illam contingentem, ratione debitorum in quibus præd' Welhelmus vir suus nobis tenetur ad scaccarium nostrum, donec aliud inde præceperimus, aliam medietatem ejusdem mesuagii præfat' M. inde in partem suam contingentem, quæ unà cum alia medietate præd' post mortem præd' Matill' capta est in manum nostram, præfat' M. cujus homagium & fidelitatem in proparte sua ipsam de omnibus terris & tenementis, quæ fuerunt præd' A. patris sui contingente, nobis debita, octavo die Maij liberetis

liberetis salvo, jure cujusslibet, & salvo nobis relevio si quod inde nobis debeat. Et cum partitionem feceris, eam nobis sub sigillo vestro sine dilatione mittas, ut eam in rotulis cancellariæ nostræ prout mos est irrotulari faciamus. T. &c.

Aliter ubi partitio est facta, & aliqui cohæredum habent liberationem, & aliqui non prosequuntur, &c.

¶ Rex, dilecto sibi W. de N. escaetori suo in com' Eborum & North' salutem. Cùm nuper comperto per inquisitionem per R. de D. tunc escaetorem nostrum in dicto comitatu Westm' factam, & in cancellaria nostra retornatum, quòd Robertus le B. defunctus, tenuit in domino suo ut de feodo in balliva tua die quo obiit unum mesuagium & octo bovatas terræ cum pertinentiis in K. de hæreditate B. de Clyfford' defuncti, qui de nobis tenuit capite, tunc infra ætatem & in custodia nostra existentis, per homagium & servitium iij. s. & viij. d. per annum pro alba firma, ad festum Pentecostes & sancti Michaelis æqualiter solvend', & pro secta ad molendinum ipsius hæredis molend' ad certum granum, & unum mesuagium & medietatem unius bovatae terræ cum pertinentiis in H. de hæreditate I. de H. militis defuncti, qui de feodo militis qui fuit I. de C. defuncti tunc in manu nostra existente tenuit per homagium & servitium iij. denariorum per annum ad eodem terminos, & diversa terras & tenementa in eadem balliva sua de aliis quam de nobis per certum servitium, quodq; I. uxor T. de H. una, M. uxor R. de B. altera, Beatrix uxor R. de L. tertia, Elena uxor R. de E. quarta, Matilda uxor T. de H. quinta, I. fil' Agnetis uxoris W. de P. defunctæ sexta, & Johanna filia Aliciæ quæ fuit uxor T. de K. defunctæ, septima filiarum prædicti R. sunt hæredes ejusdem R. propinquiores, quodq; prædictæ Johanna, Margareta, Beatrix, Elena, Matilda, Johanna filia Agnetis plenæ ætatis, & prædicta I. filia Aliciæ infra ætatem extiterunt tertio die Junii anno regni nostri Angl' xxv. mandaverimus præfato tunc escaetori nostro quod capta fidelitate prædictorum T. R. R. R. T. & I. filia Agnetis, nobis de propartibus ipsas Johannam, Margaretam, Beatricem, Elenam, Matildam, & Johannam filiam Agnetis, de dictis terris & tenementis quæ de hæreditate prædictorum B. de C. & I. de H. sic tenentur, debita, & accepta securitate ab eisdem T. & Johanna, Rad', Margareta, Roberto, Beatrice, Radolpho, Elena, Thoma, Matilda, & Johanna filia Agnetis, de rationabili relevio suo nobis solvend' ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione omnium terrarum & tenementorum prædictorum, quæ per mortem prædicti Roberti le B. capta fuerunt in manum nostram juxta extentam inde factam, vel aliam si necesse foret iteratò faciendum in præsentia partium præd' in septem partes æquales, eisdem T. I. R. M. R. B. R. E. T. M. & I. fil' de propartibus, ipsas Johannam, Margaretam, Beatricem, Elenam, Matildam, & Johannam fil' Agnetis, de omnibus terris & tenementis præd' secundum legem & consuetudinem regni nri Angl' contingentibus, plenam seisinam habere faceret, salvo jure cujusslibet: retenta in manu nra proparte præd' Johannæ fil' Aliciæ, ipsam de terris & tenementis quæ de præfatis hæredibus sic tenentur, secundum legē & consue-

consuetudinem prædictam contingente, donec aliud inde præceperimus, & quòd alia terra & tenementa, quæ de aliis quàm de præfatis hæredibus sic tenentur, & quæ ipsam Johannam filiam Aliciæ in partem suam juxta portionem illam contigerit, propinquiori amico ipsius I. fil' A. cui terra & tenementa præd' descendere non possent liberaret, ad opus ejusdem I. custodiend', salvo jure nro & alterius cujuscunq; & quòd exitus, si quos de eisdem terris & tenementis quæ de aliis quæ de præfatis hæred' sic tenentur, percepisset, illis ad quos pertinet liberaret, & quia præd' Richardus, antequam dictum mandatum nrm fuerat executum, ab officio suo præd' amotus fuit xxvi. die Februarii añ regni nri Angliæ xxix. præcipimus W. de T. escaetori nro in dicto com' Westm', quòd si partitiones omnium terrarum & tenementorum prædictorum sic tunc factæ non fuissent, omnia alia præmissa fieri faceret in forma supradicta, retenta in manu nostra pro parte præd' Johannæ fil' Alic', donec aliud inde fieri præcepissemus, sicut prædictum est, sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ nræ nobis constat, ac prædictus W. de T. nobis significavit, quòd ipse facta virtute mandati nostri præd' partitione omnium terrarum & tenementorum prædictorum in septem partes æquales, & retenta in manu nra pro parte præd' I. fil' A. ipsam contingente, propartes prædictorum Beatrici, Johannæ, Elenæ, & Johannæ fil' Agn, ipsas inde juxta partitionem illam contingentes, liberavit eisdem, & quòd propartes prædictarum Margaretae uxoris R. de B. & Matildæ uxoris T. de H. ipsas inde contingentes, pro eo quòd ipsæ pro partibus illis recipiendis prosecutæ non fuerunt, in manu nostra remanserunt, & quia prædictus Radolphus de B. & Marg' & T. de H. & Matild' propartes illas extra manus nostras jam sibi petunt liberari: Transcripta partitionis prædictæ per præfatum W. de T. sic factæ, & in cancellaria nostra retornatæ tibi mittimus præsentibus interclusa, mandantes quòd accepta securitate ab eisdem Radolpho de B. & M. T. de H. & Matild', de rationabili relevio suo nobis solvend' ad scaccariũ nostrum, dictas propartes ipsarum & Matild' ipsas inde juxta partitionem prædictam contingentes, & in manu nostra ex causa prædicta sic existentes, Radolpho de B. Margaretae, Thomæ de H. & Matild' liberet, salvo jure cujuslibet: Retenta in manu nostra pro parte prædictæ I. fil' Aliciæ, donec aliud inde præceperimus sicut prædictum est. Et de eo quòd inde feceris, nos in cancellaria nostra sub sigillo tuodistinctè & apertè sine dilacione reddas certiores T. xxj. die, &c. Anno xxxj. &c.

¶ Rex, dilecto sibi W. de H. escaetori suo in comitatu Sur̄ salutem. Scias quòd de terris & tenementis quæ fuerunt I. de D. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ per mortem ejusdem I. capta sunt in manum nostram, assignavimus dilecto nobis Wilhelmo de C. cujus homagium cepimus, & Elizabethæ uxori ejus uni filiarium & hæredum prædicti Johannis de D. plenæ ætatis existentis terras & tenementa subscripta, videlicet medietatem manerii de S.

De partitione facta in cancellaria, ubi unius cohæredum est plenæ ætatis, & alter hujusmodi hæredum est infra ætatem, &c. p.

pars hujusmodi
hæredis infra
ætatem existen-
tis committitur
alteri hæredi
plenæ ætatis
existenti: Ha-
benda usq; &c.

cum pertinentiis in comitatu prædicto, medietatem octo solidatarum
reditus in H. in eodem comitatu, & medietatem viginti sex solidata-
rum reditus exeuntis de manerio de A. in eodem comitatu, & medie-
tatem manerii de T. cum pertinentiis in comitatu Devoñ: Habend' in
propartem prædictæ Elizabethæ, ipsam de terris & tenementis præ-
dictis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ con-
tingentem, & alteram medietatem maneriorum ac reditus prædicto-
rum cum pertinentiis, Margaretam alteram filiarum & hæredum præ-
dicti Johannis infra ætatem & in custodia nostra existentem in pro-
parte sua inde contingentem præfato W. usque ad legitimam æta-
tem ejusdem M. habend' pro quadam pecuniæ summa nobis ad
scaccarium nostrum reddenda, commisimus. Et ideo tibi præcipi-
mus quòd accepta securitate à præfato Wilhelmo & Conrado, de ra-
tionabili relevio suo pro dicta parte ipsius E. nobis solvenda ad scac-
carium nostrum, unam medietatem manerii de S. cum pertinentiis, ac
reditus prædictos in dicto comitatu Surf, præfato W. & E. in
propartem ipsius E. ipsam de terris & tenementis ut præmittitur
contingentem, præfato W. ad legitimam ætatem ipsius M. custod',
unà cum exitibus de manerio & redditibus prædictis à tempore
mortis prædicti W. perceptis, quos eidem W. de dono concessimus,
liberes, salvo jure cujuslibet tricesimo die Maij, Anno tricesimo,
&c.

De partitione
facienda super
brevi de Scire
facias cum clau-
sula retentionis.

¶ Rex, dilecto I. de E. escaetori suo in comitatu Suth' salutem. Cùm
per diversas inquisitiones de mandato nostro factas, & in cancellaria
nostra retornatas, sit compertum, quòd Johannes Wake defunctus
tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit, vij. solid' & octo
denaratas reditus in villa de S. in comitatu Dorf. percipiend' de diversis
tenementis ibidem cum emend' assisæ cervisæ de eisdem tenementis
suis contra assisas braciatorum de nobis in capite per servitium mili-
tare, & lxxj. solidatas & quinq; denaratas reditus cum pertinentiis in
T. in dicto comitatu Suth' similiter de nobis in capite, necnon unum
mesuagium, &c. cum pertinentiis in D. iij. solid' reditus, exeuntis de
uno mesuagio cum pertinentiis in M. in dicto comitatu Dorf. quæ I.
S. quæ fuit uxor O. de S. tenet ad vitam suam ex dimissione prædicti
Johannis, ac duas partes manerii de B. cum pertinentiis in comitatu
Somerf. de aliis quam de nobis, & quòd Elizabetha fil' prædicti Johan-
nis quam Richardus M. jam defunctus ut dicitur duxit in uxorem, T.
fil' I. S. de K. sororis præd' E. & I. T. fil' Margaretæ tertiæ filiarum
præd' I. Wake propinquiores, & plenæ ætatis, ac per quandam in-
quisitionem sit compertum, quòd præd' I. S. de K. mater præd' T.
feoffata fuit per dictam I. W. in dicta villa de T. in liberum maritagi-
um ad valentiam vij. li. & octo denariorum per annum, in recompensatio-
nem propartis suæ hæreditatis præd', per qd' præd' T. & hæredes sui nihil
perciperent de cæteris terris & tenementis præd', ac postmodum ad
prosecutionem præd' T. nobis supplicantis, ut cum præd' T. fil' I. S.
prætextu

prætextu doni quod prædictus I. W. in vita sua sic fecerit præfatæ I. S. matri ipsius T. H. de dictis terris & tenementis in T. in liberum maritagium, de residuo totius hæreditatis prædictorum terrarum & tenementorum sic in liberum maritagium datorum, in communi inter omnes hæredes prædicti I. W. participata forent, excludi deberet, vellemus certa terras & tenementa de quibus prædictus I. W. pater ipsius E. fuit seifitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, inter ipsos E. & Hugonem fratrem & hæredem prædicti T. infra ætatem & in custodia nostra existentem æqualiter partiri, & eidem Elizabethæ pro parte ipsius E. ipsam de terris & tenementis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingentem liberari jubere, & nos ut in parte quòd justum foret fieri faceremus, præceperimus vicecomiti nostro South', quòd scire faceret præfato Thomæ, quòd esset in cancellaria nostra in quindena sancti Michaelis proximè præterita ubicunq; foret, ad ostend' si quid pro se haberet vel dicere sciret, quare omnia terras & tenementa prædicta de quibus prædictus I. W. sic fuit seifitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, inter ipsam E. & præfatum Hugonem æqualiter partiri, & eisdem E. & H. liberari, dictusq; T. de eisdem terris & tenementis prætextu doni quod dictus I. W. dum vixit sic fecit præfato I. S. matri ipsius T. de dictis terris & tenementis in T. in liberum maritagium, in recompensatione pro parte suæ totius prædictæ hæc excludi non debent, & ad faciend' & recipiend' ulterius quòd curia nostra consideraret in hac parte, & quia prædictus T. per præfatum vicecomitem sufficienter præmonitus, sicut idem vicecomes nobis retornavit in cancellaria nostra ad diem prædictam, solennitèr vocatus non venit: Cepimus fidelitatem ipsius Elizabethæ nobis de pro parte sua, ipsam de terris & tenementis prædictis secundum legem & consuetudinem regni nostri conting', debitam, ac homagium suum usq; ad festum Paschæ proximè futurum de gratia nostra speciali duximus respectuand', & ei pro parte suam prædictam reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd accepta securitate à præfata E. de rationabili relevio suo solvend' ad scaccarium nostrum, factaq; legali partitione omnium terrarum & tenementorum prædictorum in balliva tua in præsentia hæredum & partium præd' si interesse voluerint in duas partes æquales: Eidem E. de pro parte sua ipsam de terris & tenementis juxta partitionem illam secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingentem plenam seifinam habere facias, salvo jure cujlibet, retenta in manu nostra pro parte præd' Hugonis, ipsum de terris & tenementis præd' juxta partitionem contingente donec aliud præceperimus. Proviso semper quòd quilibet hæred' & participum prædictorum, partem præd' terrarum & tenementorum præd' de nobis tenentur in capite in pro parte suam habeat, & tenens noster existat. Et cum partitionem illam sic feceris, eam nobis, &c. decimo die Decembris anno tricesimo quinto.

¶ Rex

¶ Rex, dilecto sibi Richardo de W. escaetori suo in comitatu Norff. salutem. Quia accepimus per inquisitionem, quam per te fieri fecimus, quòd Johanna, quæ fuit uxor Roberti de M. defuncti, tenuit ad terminum vitæ ex concessione Thomæ de B. nuper comitis Norff. & Marecalli Angliæ, duas partes iiii. petiarum maresci & pasturæ cum pertinentiis in A. contingen, nonaginta & quater viginti acras de nobis in capite ut parcellam baron ejusdē comitatus, reversione dictarum duarum partium, unà cum tertia parte, quam Maria, quæ fuit uxor dicti comitis, tenet in dotem, Margaretæ quæ fuit uxor W. de M. fil' & uni hæred' præd' comitis & Elizabethæ quæ fuit uxor, &c.

Registri de Brevibus Originalibus

F. I N I S.

REGISTRUM JUDICIALE.

ELIZABETHA, Dei gratia, Angliæ, Franciæ & Hiberniæ, Regina, fidei defensor, vicecomiti Eborum salutem. Refomons.
 Quia Wilhelmus de Wakefield in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm', securitatem invenit de clamore suo prosequendo, per T. Grene, & W. Pye, tibi præcipimus, sicut aliàs tibi præceperimus, quòd summonneas per bonos summonitores Johannem Suytall, quòd sit coram justitiariis nostris apud Westm', à die sanctæ Trini in xv. dies, ad respondendum prædicto W. de placito quòd reddat ei rationabilem computum suum de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius W. ut dicit, & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud W. à die sancti Hillarii in xv. dies, quòd prædictus W. non invenit tibi plegios de prosequend'. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Pone per vadium & salvos plegios G. de E. Pone p vadium.
 quòd sit coram justitiariis nostris apud Westm', à die sanctæ Trinitatis in xv. dies, ad respondendum I. de D. de placito quòd reddat ei viginti marcas, quas ei debet & injustè detinet ut dicit, & ad ostendendum quare non fuit coram justitiariis nostris apud Westm' à die sancti Hillarii in xv. dies, sicut summonitus fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

¶ Vel sic, præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus, quòd non o- Sicut aliàs.
 mittas propter libertatem comitatus R. quin ponas per vadium & salvos plegios G. quòd sit coram justitiariis nostris apud Westm' à die sanctæ Trinitatis in xv. dies, ad respondend' C. de placito quòd reddat ei centum marcas, quas ei debet & injustè detinet ut dicit, & unde tu ipse mandasti justitiariis nris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, quòd præceperas H. ballivo libertatis præd', quòd præceptum nrm priùs tibi inde directum exequeretur, qui nihil inde fecit. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve. T. &c.

¶ Præcipimus tibi sicut pluries tibi præceperimus, quòd ponas, &c. Sicut pluries.
 quòd sit, &c. ad respondendum A. de placito, &c. & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris, quòd breve nostrum, quòd inde tibi venit, adeo tardè venerit, quòd illud exequi non potuisti, &c. vel sic. Et tu ipse tunc sis ibi auditurus judicium tuum de hoc quòd præceptum nostrum pluries inde tibi directum non es executus, nec nrm breve, quòd inde tibi venit, justitiariis nostris apud Westm' à die sancti Michaelis in quindecim dies misisti, sicut tibi præceptum fuit. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd distringas A. p omnes terras & catalla sua in balliva tua ita quòd ipse nec aliquis p ipsum ad ea manum apponat, donec aliud à nobis inde habueris præceptum & quòd de exitibus eorundem nobis respondeas. & quòd habeas corpus Distringas.
 ejus

ejus coram justitiariis nostris, &c. à die, &c. ad respondendum W. de placito, &c. Et ad audiend' judicium suum de pluribus defaultis. Et habeas ibi hoc breve, &c.

Capias. ¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd capias A. si inventus fuerit in balliva tua, & eum salvo custodias, ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud Westm' tali die, ad respondend' B. de placito quòd reddat, &c. Et unde tu ipse mandasti justitiariis nris apud Westm', quòd præd' A. nihil habet in balliva tua ubi potest sum', vel sic, quòd præd' A. nihil habet in balliva tua per quod potest attachiari. Et habeas ibi. T. &c.

Sicut aliàs. ¶ Præcipimus tibi sicut aliàs, &c. quòd capias A. &c. Et tu ipse tunc sis ibi auditurus judicium tuum, de hoc quòd præceptum nostrum priùs inde tibi directum non executus, &c. T. &c.

Habere facias visum. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione habere facias visum de uno mesuagio cum pertiñ in Glouc' quod W. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum. Et dic quatuor militibus ex illis qui visui illi interfuerunt, quòd sint coram justitiariis nostris apud Westmonasterium, &c. ad testificandum visum illum. Et habeas ibi nomina militum & hoc breve. T. rege B. &c.

Summoneas ad Warrantum. ¶ Rex, vic' salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram justitiariis nris apud Westm' à die sancti Michaelis in xv. dies ad warrantizand' W. mesuagium cum pertiñ in Glouc', quòd I. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum, & unde idem W. in eadem curia nra vocat præd' A. ad warrantum versus eum. Et habeas sum' & hoc breve. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, vic' salutem. Summoneas per bonos sum' A. custodem corporis & terrarum I. filii & hæred' E. quòd sit coram justitiariis nris apud Westm' &c. & habeat ibi præd' hæredem ad warrant' R. tertiam partem quinq; mesuagiorū, quæ in curia, &c. clamat jus suum versus eum. Summon' p bonos sum' R. qd' sit coram justitiariis nris præfatis, &c. ad præfat' terminū, ad war' K. tria mesuagia cū ptiñ in eadē villa, quæ præd' K. clam' &c. & unde idem K. in eadem curia nostra vocavit præd' hæred', & præd' K. vocavit præd' R. ad war' versus eum, &c. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Cape magnum ad valentiam. ¶ Rex, vic' salutem. Cape in manū nram p visum legaliū hominū de comitatu tuo de terra A. p defectu ipsius A. ad valentiam unius mesuagii & unius acræ prati cum ptiñ in N. quæ I. curia nra coram justitiariis nris apud Westm', &c. clamat ut jus suum versus R. & unde idem R. in eadem curia nra vocavit præd' A. ad warrantum versus eum. Et diem captio- nis scire facias justitiariis nris apud Westm' p literas tuas sigillatas. Et sum' p bonos summonitores præd' A. quòd sit coram præfatis justitiar' nris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, inde responsurus & ostensurus quare non servavit diem datum p esson' suum coram justitiariis nris apud Westm' in octavis sancti Michaelis. Et habeas ibi nomina eorum p quorum visum hoc feceris sum' & hoc breve. T. &c.

¶ Cape

¶ Cape in manum nram per visum, &c. de terra I. consanguinei & hæredis W. in custodia B. existentis, per defectum ipsius B. pportione ipsi contingente, de hæred' præd' ad valentiam tertiæ partis manerii de N. cum pertinentiis in comitatu Devon, quæ extendit per annum ad septem libras, &c. quam S. quæ fuit uxor C. in curia nra, &c. clamat in dotem versus H. & unde idem H. in eadem curia nra vocavit præd' hæred' in custod' præd' B. & W. de Eborum arch' in comitatu tuo ad warrantum versus eum. Et diem captionis, &c. Et sum' præd' B. custod', quod sit coram, &c. inde responsurus & ostensurus quare non fuit coram justitiariis, &c. sicut sum' fuit, & habeas, &c. T. &c. Sicut alias.

¶ Cape, &c. de terra R. pro defectu ipsius R. ad valentiam, &c. cum pertiñ in comitatu Derby, quæ R. in curia nra coram justitiar' nris itinerantib' apud Derby clamat ut jus suū versus, H. Et unde &c. Et habeas, &c. Aliter in itinere.

¶ Rex, vicecomiti Eborum salutem. Cape in manū nram de terra G. pro defectu ipsius G. ad valentiam unius mesuagii cum pertinentiis in Glouc', quod Aliciæ, quæ fuit uxor C. in curia nra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat in dotem versus I. & idem I. in eadem curia nostra vocavit præd' G. ad warrantum versus eam. Et summonneas p bonos summonitores præd' G. quod sit coram justitiar' nris apud Westm' in octavis sancti Hillarii auditurus inde iudicium suum. Et habeas ibi sum' & hoc breve T. rege, &c. Cape parvum. ad valentiam.

¶ Rex, vicecom' salutem. Præcipimus tibi quod exigi facias R. de comitatu in comitatum, quousq; secund' legem & consuetudinē regni nri Angliæ utlagetur si non cōparuerit. Et si cōparuerit, tunc eum capias, & salvò custodiri facias, ita quod corpus ejus habeas coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii ad respondend' I. de placito, &c. & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti M. quod præd' R. non est inventus, nec aliquid habet in balliva tua per quod potest attachiari. Et habeas, &c. Exigi facias.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cape in manum nostram unum mesuagium & quinq; acras terræ cum pertinentiis in N. quæ R. in curia nra coram justitiariis nris apud Westm' clamat ut jus suum versus M. pro defectu ipsius M. Et sum' per bonos summonitores præd' M. quod sit coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii auditurus inde iudicium suum. Et habeas ibi sum', &c. Cape parvum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cū B. quæ fuit uxor D. in curia nra coram justitiariis nostris apud Westm', &c. p considerationē ejusdē curiæ nostræ, recuperasset versus E. ducentas marcas, quas idem E. in curia nostra coram, &c. die Lunæ proximo, &c. cognovit se debere præfatæ B. unde ei reddidisse debuit decem marcas ad festum sancti Martini tunc proximè futurum, & decem marcas ad festum Pentecostes tunc proximè sequens, & illas ei nondum reddidit ut dicit, & postea eadē B. venit in eadem curia nra, & elegit sibi liberari omnia bona & catalla præd' E. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenentorum suorum in balliva, tua tenend' ut liberū tenū sibi & assignatis juxta formā statuti nostri inde provisi quousq; viginti Elegit.

marcas de prædictis C C. marcis inde levaverit. Et ideo tibi præcipimus quòd omnia bona & catalla præd' E. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum in balliva tua, eidem B. sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum sibi & assignatis suis in forma præd', quousq; viginti marcas de præd' ducentis marcis inde levaverit. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus: Scire facias justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Cape magnum. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Cape in manum nram per visum legalium hominum de comitatu tuo, tertiam partem unius mesuagii cum pertinentiis in N. quæ I. tenuit 28. die Novembris anno, &c. ad quorumcunq; manus devenerunt in balliva tua, quam I. quæ fuit uxor I. in curia nostra, &c. apud Westm' clamat in dotem versus præd' I. pro defectu ipsius I. Et diē, &c. Et summoneas per bonos sum' præd' I. quòd sit coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, unde responsurus & ostensurus, quare non fuit coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Michaelis archangeli sicut summonitus fuit. Et unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westm' à die sancti Michaelis in 15. dies, quòd præd' I. non habet aliqua terras seu tenementa in balliva tua quæ capi possunt in manum nostram. Et restatum est in eadem curia nostra quòd præd' I. præd' die & anno, tenuit præd' tenementum cum pertinentiis, unde præd' tertia pars capi potest in manum nostram. Et habeas ibi nomina eorum per quorum visum hoc feceris sum' & hoc breve, &c.

Extendi, & appreciari facias. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd per sacramentum pborum & legalium hominum de comitatu tuo, extendi & appreciari facias manerium de N. cum pertinentiis, unde A. quæ fuit uxor D. in curia nostra coram justitiariis nris apud Westm' clamat tertiam partem in dotem versus R. & medietatem manerii de S. cum pertinentiis, unde eadem A. in eadem curia nostra clamat tertiam partem in dotem versus R. Et extentam & appreciationem quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii sub sigillo tuo, & sigillis eorum per quorum sacramentum extentam & appreciationem illam feceris. Et habeas ibi hoc breve. T. rege, &c.

Summoneas ad warrantum. ¶ Rex, vic' salutem. Summoneas per bonos summonitores I. quòd sit coram justitiariis, &c. ad war' D. unum mesuagium cum pertinentiis in N. quod I. de B. in curia nostra, &c. clamat ut jus suum versus eum, & unde idem D. in eadem curia nostra vocavit præd' I. ad war' versus eum. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Summoneas ad respondendum & reddendum. ¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præcepimus, quòd sum' p bonos summon' I. quòd sit coram justitiariis nris, &c. in octavis, &c. ad respondend' G. de placito quòd reddat ei quinq; mesuagia, & septē bovatas terræ cum pertinentiis in North', quæ idem G. in curia nra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum, & unde tarde 15. Hillarii. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia archiepiscopo Cantuar' totius Angliæ primati salutem. Mandamus vobis quòd venire faciatis coram iustitiariis nostris, &c. in octavis, &c. R. personam ecclesiæ de C. clericum vestrum, ad respondend' I. de placito quòd, &c. & unde vicecomes noster London' mandaverit iustitiariis nris apud Westm' in octavis sancti Michaelis, quòd præd' R. clericus est beneficiatus, & non habet laicum feodum in balliva sua ubi potest summoneri. Et habeatis ibi hoc mandatum. T. &c.

Breve archiepiscopo ad faciendum venire clericum.

¶ Mandamus vobis sicut pluries vobis, &c. quòd venire faciatis &c. & unde vicecomes noster, &c. Et sciatis quòd nisi hoc mandatum plenius exequamini : Graviter ad vos capiemus. Et habeatis, &c. T. &c.

Sicut pluries.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores H. quòd sit, &c. auditurus recordum & iudicium suum, de loquela quæ fuit in curia nostra coram iustitiariis nostris apud Westm', inter I. quæ fuit uxor C. & præd' H. de eo quòd idem H. reddat ei rationabilem computum suum, &c. ipsius I. ut dicit, ita quòd loquela illa tunc sit ibi in eodem statu quo fuit in præfata curia nostra coram præfatis iustitiariis nostris apud Westm' in 15. Trinitatis proximè præterita, quo die loquela illa remansit sine die, eò quòd præd' Henricus tunc morabatur in obsequium nostrum per præceptum nostrum in partibus Scotiæ, & habuit protectionem nostram duratur usq; ad festum sancti Michaelis proxime sequens. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Refomons.

¶ Summoneas per bonos summonitores Henricum P. & Johannam uxorem ejus & R. quòd sint, &c. audituri recordum & iudicium suum de loquela quæ fuit in curia nostra, &c. inter G. querentem, & præd' H. P. & I. & R. de eo quòd prædicti H. P. & I. & R. reddant eidem G. Margar' fil' & hæred' R. cujus custodia ad ipsum pertinet, eò quòd prædictus R. terram suam de eo tenuit per servitium militare ut dicitur, ita quòd loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit in præfata curia nostra coram præfatis iustitiariis nostris apud Westmonasterium à die Paschæ in unum mensem proximè præterito, quando loquela illa remansit sine die, eò quòd prædictus Henricus tunc profecturus fuit in obsequium nostrum ad partes marchię Scotiæ, & habuit protectionem nostram usq; ad festum sancti Michaelis tunc proxime sequens. Et habeas, &c.

Aliter refomons.

¶ Summoneas per bonos summonitores Thomam, quòd sit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium, &c. auditurus recordum & iudicium suum de loquela quæ fuit in curia nostra, &c. inter R. petentem & præd' E. tenentem, de uno molendino, quatuor acris terræ cum pertinentiis in N. quæ idem Richardus in eadem curia nostra clamat ut jus suum versus eum, ita quòd loquela, &c. apud Westmonasterium à die, &c. proximè præterito, qua die, &c. eò quòd præd' Thomas cum dilecto & fideli nostro A. in obsequium nostrum per præceptum nostrum in partibus Hybernïæ morabatur, & habuit inde protectionem nostram à quarto die Octobris anno, &c. per unum annum duraturam. Et habeas, &c.

Aliter.

Aliterrefomons. ¶ Summoneas per bonos summonitores H. quòd sit coram, &c. auditurus recordum, &c. inter I. querentem & prædictum H. de averiis ipsius I. captis & injustè detentis ut dicitur, ita quòd loquela, &c. à die sancti Martini in 15. dies proximè præterito, quando ballivi libertatis abbatix de F. de hundredo suo de S. venerunt in eadem curia nra, & petierunt inde curiam suam & obtinuerunt, & postea partibus de justitia inde facienda defecerunt ut dicitur, Et dic præd' I. quòd sit ibi, præd' loquelam versus præd' H. profecuturus si voluerit. Et habeas, &c.

Aliter. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores M. quæ fuit uxor I. quòd sit, &c. auditura recordum & judicium inter I. petentem & præd' Margaretam tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in S. quòd idem I. in eadem curia nostra clamat ut jus suum versus eum, ita quòd loquela illa, &c. à diè Paschæ in quindecim dies proximè præter, quando atterminata fuit corà eisdè justitiar nris apud Westm' in octavis sancti Michaelis tunc proximè sequentibus, ad quem diem eadem loquela remansit sine die per absentiam eorundem justitiariorum nostrorum tunc per præceptum nostrum alibi existentium. Et habeas, &c. T. rege, &c.

Elegit. ¶ Summoneas per bonos summonitores L. & I. quòd sint, &c. apud Westm' à die sanctæ Trinitatis in quindecim dies, ad sequendum jus suum simul cum R. si voluerint versus H. de placito quòd idem H. reddat eis triginta acras terræ cum pertinentiis in N. quas idem R. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum & præd' L. & I. versus eum, & unde idem H. in eadem curia nostra dixit quòd ipse non potest præd' R. sine præd' L. & I. respondere. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Summoneas ad sequendum simul. ¶ Summoneas per bonos summonitores W. & I. quod sint, &c. apud Westm' à die sanctæ Trinitatis in 15. dies, ad sequendum jus suum simul cum R. si voluerint versus H. de placito quòd idem H. reddat eis triginta acras terræ cum pertinentiis in N. quas idem R. in curia nostra coram justitiariis nostris apud W. clamat ut jus suum & præd' W. & I. versus eum, & unde idem H. in eadem curia nostra dixit quòd ipse non potest præd' R. sine præd' W. & I. inde respondere. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Sicut aliàs. ¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus, quòd summoneas per bonos summonitores A. quòd sit, &c. in crastino sancti Martini ad sequendum simul cum R. & L. versus I. de manerio de E. cum pertinentiis, & versus H. de decem solidatis redditus cum pertinentiis in N. quæ prædicti R. & L. in curia nostra coram &c. clamant ut jus prædictorum R. & L. & A. versus eos si voluerint, & unde iidem Johannes & H. non debent prædictis R. & L. sine prædicto A. respondere. Et tu ipse, &c. nec breve, &c. Et habeas &c. T. &c.

Summoneas ad respondendum simul. ¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd sum' W. & H. & B. uxorem ejus quòd sint, &c. apud Westmonasterium, &c. à die s. Michaelis in unum

unum mensem, ad respondendum I. simul cum B. de manerio de Laver-ton cum pertinentiis in comitatu Combri, quod idem I. in curia nostra &c. jus suum versus præd' B. & unde idem B. in eadem curia nostra dixit quod ipse non potest præd' I. sine præd' W. H. & B. inde respondeat. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, &c. salutem. Summoneas per bonos summonitores 4. legales milites de comitatu tuo, quod sint, &c. apud Westm' in crastino animarum, ad eligendum super sacramentum suum duodecim de legalibus militibus de visnetu de S. qui melius sciant & voluerint dicere veritatem ad faciendum recognitionem magnæ assisæ nostræ inter P. petentem & T. tenentem, de advocacione ecclesiæ de S. quam idem P. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum, & unde idem T. in eadem curia nostra posuit se in magnam assisam nostram, & petiit recognitionem fieri utrum ipse majus jus habeat tenend' advocacionem præd' sicut illam tenet, an præd' B. habend' illam sicut illam petit. Et habeas ibi 4. milites & hoc breve T. rege B. &c.

Summoneas 4. milites.

¶ Robertus Bealknap & focii sui justitiar' domini regis itinerantes in comitatu North', vicecomiti ejusdem comitatus salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo proseguendo: Tunc sum' p bonos summonitores 24. legales milites de visnetu de R. quod sint coram nobis apud N. die Mercuri proximo post festum sanctæ Trinitatis, parati sacramento recognoscere, si jus, per quos quedam inquisitio nuper capta fuit coram nobis apud N. sine brevi domini regis, inter præd' A. & W. & R. de averiis ipsius A. per præd' W. & R. captis & injustè detentis ut dicitur, falsum fecerunt sacramentum, sicut idem A. nobis graviter conquerendo monstravit, necne. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt juratores illius inquisitionis, & eos tunc habeas coram nobis ad præfatum diem. Et summoneas per bonos summonitores præd' W. & R. quod sint tunc ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas ibi summonitorum nomina militum & hoc breve. Datum, &c.

Summoneas 24. milites in itinere.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm T. prior, &c. & Hug' in curia nostra coram justitiariis nostris, &c. summoniti essent ad respondendum R. de placito quare ceperunt averia ipsius R. & ea injustè detinuerunt contra vadium & plegios ut dicitur, idem R. postea in eadem curia nostra fec' defaultam, ita quod tunc consideratum fuit in eadem curia nostra, quod præd' T. & H. irent inde sine die, & quod præd' R. & plegij sui de proseguendo essent in misericordia, & quod præd' T. & H. haberent retornum præd' averiorum. Et ideo tibi præcipimus quod eidem T. & H. averia præd' sine dilatione retornari facias, & ea ad querimoniam ipsius R. non deliberes sine brevi nostro, quod de præfato judicio expressam faciat mentionem. T. rege B. &c.

Retornum averiorum W. a. cap. a.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm G. de T. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' summonitus esset ad respondend' I. de placito quod ipse simul cum R. cepit duos equos ipsius I. & eos injustè detinet contra vadium & plegios ut dicitur, idemq; I. postea in eadem curia nostra fecisset

Sicut alias.

fecisset defaultam, ita qd' tunc consideratum fuisset in eadem curia nra quod præd' G. iret inde sine die, & præd' I. & plegii sui de prosequendo essent in misericordia, & quod præd' G. haberet retornum præd' equorum, per quod tibi præcipimus quod eidem G. equos præd' sine dilatione retornari faceres & equos, ad querimoniam præd' I. non deliberares sine brevi nro quod de præfato iudicio expressam faceret mentionem, tu nihil inde fecisti prout ex gravi loquela ipsius G. accepimus. Et ideo tibi præcipimus sicut aliàs tibi præceperimus, quod eidem G. equos præd' sine dilatione retornari fac', & eos ad querimoniã præd' I. non deliberes sine brevi nro quod de præfato iudicio expressam fac' mentionem, vel causam nobis significes quare præceptum nrm prius inde directum non es executus sicut tibi præceptum fuit. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, scire facias justitiariis nostris apud Westm' in octavis sanctæ Trinitatis. Et habeas ibi, &c. T. &c.

Deliberatio averiorum W. 2. cap. 2.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si H. & I. fecerint, &c. & etiam de averiis retornand' quæ fuerunt K. abbatissæ, &c. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' adjudicata fuerint ob defaultam ipsorum H. & I. si retornum inde adjudicetur: Tunc eisdem H. & I. averia præd' sine dilatione deliberari facias. Et pone per vadium & salvos plegios præd' abbatissam, quod sit coram justitiariis nostris apud Westm' à die &c. ad respondendum præd' H. & I. de captione præd' averiorum. Et habeas, &c. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm ruper tibi præceperimus, quod sine dilatione replegiari faceres R. averia sua, quæ H. & I. ceperunt & injuste detinent ut dicitur, vel causam ob quam id non fecisses nobis significares, vel quod esses coram justitiariis nostris apud Westm' à die, &c. proximo præterito, ostensurus quare mandatum nostrum toties inde tibi directum exequi noluisse vel non potuisti: Tu præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad diem illum mandasti, quod præceperas I. ballivo libertatis, &c. quod illum præceptum nostrum exequeretur, qui nihil inde fecit. Et ideo tibi præcipimus quod non omittas propter aliquam libertatem, quin præd' R. averia sua præd' sine dilatione repleg' fac'. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus: Scire facias justitiariis, &c. Et habeas ibi, &c.

Extendi & appreciari facias.

¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, extendi & appreciari facias manerium de N. cum pertinentiis, quod N. & H. uxor ejus in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamât ut jus ipsius I. versus H. unde idem H. in eadem curia nostra vocavit P. sum' in comitatu Suff. qui nullas terras habet in comitatu tuo ad warrantum versus eos. Et extentam & appreciationem quas inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm' à die, &c. sub sigillo tuo & sub sigillis eorum per quorum sacramentum extentam & appreciationem illas feceris. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum, &c.

Ad inquirendum si vir obiit seifitus & de damnis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod p sacramentum, &c. diligenter inquireas, si H. quondam vir C. obiit seifitus in dominico suo de

de

de ix. acris terræ cum pertinentiis in N. unde eadem C. in curia nostra coram iustitiariis nostris apud Westm' recuperavit tertiam partem in dōtem versus G. quem L. vocavit ad warrantum pro defectu ipsius G. Et si per inquisitionem illam inveneris qd' præd' H. obiit inde seistitus: Tunc per eorum sacramentum diligenter inquiras, quæ dāna præd' C. sustinuit occasione detentionis dotis suæ præd'. Et inquisitionem, quā inde feceris, scire facias iustitiariis nostris, &c. à die, &c. sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem, &c. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cū nuper tibi præceper', qd' exigere faceres I. de Superfedeas de exigendis. com' in comitatū, quousq; secund' & legē cōsuetud' regni nri Angl' utlagaretur si non cōparuisset, & si cōparuisset, tunc eum caperes, & salvo custodiri faceres, ita qd' haberes corpus eius coram iustitiariis nris apud Westm' à die, &c. ad respondend' A. de placito, &c. ut dicitur: Idem I. postea venit in eadem curia nra, &c. & invenit nobis sufficientē manucaptionē essendi corā præfat' iustitiar' nris apud Westm' ad præfat' octavas sancti Hillarii, ad respondend' præd' A. de præd' placito. Et ideo tibi præcipimus quòd de præd' I. ulterius exigend', utlagād', seu in aliquo molestand' occasione præd' superfedeatis omnino. Et qualiter, &c. scire fac' ad præfat' terminum. Et interim eidem I. firmam pacem nram habere permittas. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cū I. in curia nostra corā iustitiariis nostris apud Scire facias sup exigendis. Westm' implacitasset G. de eo quòd reddat ei rationabilem, &c. ac idē G. pro eo quòd non venit coram præfat' iustitiariis nostris apud Westm' &c. præfato I. inde responsur', secund' legem & consuetudinem regni nri Angl' positus fuit in exigendis ad utlagand', & ea occasione postmodum utlagatus, & occasione utlagariæ illius prisonæ nostræ de Flete se reddiderit: Nos ei utlagariam illam perdonavimus, ita tamen quòd stet recto in curia nostra secundum formam statuti nri inde provisī, si prædictus I. versus eum loqui voluerit de præd' placito. Et tibi præcipimus quòd per bonos, &c. de com' tuo scire fac' præd' I. quòd sit coram iustitiariis nostris apud Westm' à die, &c. ad sequend' versus præd' G. placitum suum præd' si voluerit. Et habeas ibi nomina eorum p quos scire feceris & hoc breve. T. &c.

¶ Rex venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Sarum Breve episcopo ad inquirendum de bastardia. salutem. Sciatis quòd cū A. in curia nra coram iustitiariis nostris apud Westm', peterit versus G. unam acram terræ cum pertinentiis in N. ut jus & hæreditatem suam, de seifina cujusdam Johān consanguinei ipsius A. cujus hæredem propinquiorem eadem A. se afferebat: Idem G. veniebat in eadem curia nra, & objecit præd' A. qd' ipsa nulla hæres esse potest, eò quòd bastarda est. Et quia hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum: Vobis mandamus quòd convocatis coram vobis in hac parte convocandis, rei veritatem super hoc diligenter inquiratis. Et quid inde inquisieritis: Constare faciatis iustitiariis nostris apud Westm' à die, &c. per literas vestras patentes. T. &c.

Breve episcopo
ad inquirendum
de plenitudine
ecclesie.

¶ Rex venerabili in Christo patri I. &c. Sciatis quod cum I. clericus & H. clericus in curia nostra, &c. summoniti essent, ad respondendum abbati &c. de placito quod ipsi simul cum decano & capitulo ecclesie beati Petri Eborum permittant ipsum presentare idoneam personam ad ecclesiam de T. que vacat, & ad suam spectat donationem ut dicitur: Idem I. & H. venerunt in eadem curia nostra, & dixerunt quod ipsi non debent eidem abbati inde respondere, dixerunt enim quod ecclesia est plena & consultata de advocacione sua propria ut parcella prebenda de E. unde preb. I. est prebendarius in ecclesia beati Petri Eborum prebend. suis propriis preb. appropriatis in proprios usus possidend. Et quia huiusmodi cause cognitio ad forum spectat ecclesiasticum: Vobis Mandamus quod convocatis coram vobis convocand. diligenter inquiretis, si preb. ecclesia sit vacans necne. Et si non sit vacans: Tunc de quo, & a quo tempore, & ad cuius presentacionem ecclesia illa plena fuit. Et quid inde inquisieritis, &c. Et habeatis ibi hoc breve, &c.

Breve episcopo
de admittendo
idoneam personam.

¶ Venerabili in Christo patri I. &c. Cum prior, &c. recuperasset versus vos presentacionem suam ad vicariam de F. p. quod vobis mandaverimus quod ad presentacionem ipsius prioris ad vicariam illam idoneam personam admitteretis: Vos tamen ad presentacionem ipsius prioris ad vicariam illam idoneam personam non admisistis, prout ex insinuatione Johani Del Ile nunc prioris &c. accepimus. Et ideo vobis mandamus quod si ad presentacionem prefati prioris, &c. ad prefatam vicariam idoneam personam non admisistis: Tunc ad presentacionem preb. Johani Del Ile nunc prioris loci ejusdem, ad vicariam preb. idoneam personam admittatis, &c.

Non omittas
propter libertatem
quin omnia
bona & catalla,
&c.

¶ Rex, vic. salutem. Precipimus tibi quod non omittas propter libertatem de H. quin omnia bona & catalla I. preter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenentorum suorum in balliva tua sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam: Tenend. ut liberum tenentum juxta formam statuti nostri inde provisi, quousque centum solidos inde levaverit, quos idem I. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm. die Jovis proximo post octavas anno, &c. cognovit se debere preb. D. & quos ei reddidisse debuit ad festum sancti Martini in hyeme tunc proxime sequens, & illos nondum reddidit ut dicit, & tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westm. a die, &c. quod preceperas L. ballivo libertatis preb., quod preceptum nostrum prius inde tibi directum exequeretur, qui nihil inde fecerit. Et qualiter hoc preceptum nostrum fueris executus, scire facias justitiariis nostris apud W. a die, &c. Et habeas, &c.

Fieri facias W.
2. cap. 18.

¶ Rex, vic. salutem. Precipimus tibi quod de terris & catallis T. in balliva tua, fieri fac. xl. s. & illos habeas coram justitiariis nostris apud Westm. in octavis, &c. ad reddend. abbati beate Marie Eborum, qui ei in curia nostra coram justitiariis nostris per considerationem ejusdem curie nostre adjudicati fuerunt, pro damnis suis que habuit occasione quod preb. T. ipsum injuste impedivit presentare idoneam personam ad ecclesiam de S. prout per quandam inquisitionem, quam nuper per te fieri fecimus, convictus fuit. Et habeas, &c.

¶ Rex

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs præceperimus qd' non Sicut aliàs.
omittas propter libertatem, &c. quin de terris & catallis I. in balliva tua
fieri facias centum solidos, & illos habeas coram justitiariis nostris apud
Westm', &c. ad respond' P. & D. clericis assign' R. qui ei in curia, &c.
adjudicati fuer' pro triplo damnorum suor' quæ habuit occasione cujus-
dam vasti ad exhæredationem ipsius R. per præfatum I. facti de testis
in N. prout per quandam juratam ibi inde inter eos sum & captum cõ-
victus fuerit. Et tu ipse, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm N. in curia nostra, &c. coram justitiariis no- Scire facias de
debito recogni.
stris apud Westm', die Martis proximo post festum, &c. anno, &c. cog-
novit se debere R. centum solidos, quos ei reddidisse debuit in festo
sancti Michaelis tunc proximo sequen': Idem N. præd' centum solidos
præd' R. nondum reddidit prout ex gravi querela ipsius R. accepimus.
Et quia volumus ea quæ in curia nostra ritè acta sunt debitæ executi-
oni demandari: Tibi præcipimus quòd per probos & legales homines
de comitatu tuo scire facias præd' N. quòd sit coram justitiariis nostris
apud Westm' in octavis sancti Joha' Baptistæ, ostensurus si quid pro
se habeat vel dicere sciat quare præd' centum solidi de terris & catal-
lis suis in balliva tua fieri, & præd' R. reddi non debeant, si sibi vide-
rit expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos scire feceris & hoc
breve, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm quidam finis levasset in curia dñi E. quondã Scire facias de
fine.
regis Angliæ avi nostri in octavis, &c. anno, &c. coram magistro R. de
Seytoñ & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco, inter
G. querentē & R. defortiantē de manerio de N. cum pertinentiis unde
placitum conventionis summoñ fuisset inter eos in eadem curia nostra,
scilicet quòd R. recogn' prædictum manerium cum pertinentiis esse
jus ipsius G. ut illud quod idem G. habuisset de bono prædicti R.
& pro illa recognitione, fine, & concordia, idem G. concessit præ-
dicto R. prædictum manerium cum pertinentiis, habendum & tenen-
dum eidem R. de prædicto G. & hæredibus suis masculis de corpore
suo procreatis tota vita ipsius R. reddend' inde per annum, &c. &
post decessum ipsius R. prædictum manerium cum pertinentiis integrè
revertetur ad prædictum G. & hæredes suos prædictos, quietum de
hæredit' R. tenend' de capital' dñis feodi illius per servitia quæ ad il-
lud manerium pertinent imperpetuum, & si contingat qd' præd' G.
obierit sine hærede masculo de corpore suo procreato, præd' maneri-
um cum pertinentiis integrè maneret T. fratri ipsius G. & hæredi mascu-
lo de corpore suo procreato, tenend' de capitalibus dñis illius p præd' Litt. Jo. 18.
servitia imperpetuum, ac jam ex insinuatione A. fil' & hæf præd' T. ac-
cepimus, qd' præd' R. jam obiit, & quòd præd' G. obiit sine hærede
masculo de corpore suo procreato, & quòd quidam I. unum mesuagiũ
& sex acras terræ cum pertinentiis quæ sunt parcella manerii præd' mo-
do ingressus est, & illa tenet contra formam finis præd', & quia volu-
mus ea, quæ in curia præd' avi nostri rite acta sunt, debitæ executi-
oni demandari: Tibi præcipimus qd' per bonos, &c. scire fac' præd' I. qd'
fit

fit, &c. ostensus si quid pro se habeat vel dicere sciat, quare prædicta tenementa cum pertinentiis, prædicto A. filio & hæredi prædicti T. remanere non deberent, juxta formam finis prædicti si sibi viderit expedire, &c.

Venire facias
testes & præter
illos 12.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm' à die, &c. H. & I. &c. testes nominatos in quodam scripto quietæ clamantiæ, qd' T. in curia nostra coram I. & sociis suis justitiariis nostris ad assisas in comitatu Oxon' capiendas assignatis, apud, &c. protulit sub nomine I. de duobus mesuagiis. & duodecim acris terræ cum pertinentiis in S. unde idem I. & Matilda uxor ejus in eadem curia nostra coram eisdem justitiariis nostris arrainaverint quandam assisam novæ disseisinæ versus eum, & præter illos 12. tam milites quam alios liberos & legales homines de visinetu de L. quorum quilibet habeat centum solidatas terrarum & tenementorum vel redditus per annum ad minus per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui nec præd' Johannem & Matildam, nec præd' Eliam aliqua affinitate attingant, ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum præd' testibus, si præd' scriptum sit factum præd' Johannis sicut idem E. dicit, vel non sicut præd' Johannes dicit: Quia tam præd' Johannes quàm præd' E. inter quos inde contentio est, posuerunt se in juratam illam & super testes prædictos. Et habeas ibi, &c. T. &c.

Etve de deceptione.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper ex parte L. & M. uxoris ejus accepimus, quòd A. quæ fuit uxor, &c. in curia, &c. apud Westm', &c. falsò & in deceptione ejusdem curiæ nostræ, recuperasset seisinam suam versus præd' L. & M. de tertia parte unius mesuagii, viginti acris terræ cum pertinentiis in C. per defaultam ipsorum L. & M. cum iidem L. & M. nunquam summoniti fuissent essend' coram justitiariis apud Eborum, ad respondendum prædicto A. de prædicto placito, nec prædicta tertia pars unquam capta fuisset in manum nostram per aliquem defectum ipsorum L. & M. nec quòd iidem L. & M. summoniti fuissent essendi in curia nostra apud Eborum, ad respondendum prædicto A. tam de prædicto placito, quàm de prædicta defaulta prout mos est, ac tibi præceperimus quòd capta securitate à prædictis L. & M. de clamore suo prosequendo, venire faceres coram justitiariis nris apud Westm' in crastino sancti Johannis Baptistæ proximè præterito, L. & I. primos sum', per quos mand' justitiariis nostris apud Eborum, quòd summonerent prædictos L. & M. quòd essent ibidem in xv. Johannis anno regni nostri Angliæ xx. ad respondendum prædicto A. de prædicto placito, & etiam L. & D. per quorum visum mandasti justitiariis nris apud Westm', quòd præd' tertia pars capta fuit in manum nostram, & etiam L. & I. secundos sum' per quos mandasti præfatis justitiariis nris apud Westm', quòd summ' prædictos L. & M. essendi ibidem in xv. Hillarii anno regni nostri vicefimo secundo, ad respond' prædicto A. tam de principali placito, quàm de prædicta defaulta ad certificandum justitiariis nris apud Westm' de summonitione & captione præd'

præd', & quòd venire faceres apud Westm', &c. ad præfatum crastinum sancti Johanni Baptistæ proximè præteritum præfatum A. ad respondend' tam nobis quàm præd' L. & M. de deceptione & falsitate præd', ad quem quidem crastinum sancti Johanni Baptistæ venerunt præd' L. & I. primi summ', & etiam L. & J. T. & A. visores, qui quidem sum' singulatum jurati, & per se examinati, dixerunt super sacramentum suum quòd ipsi nunquam sum' præd' L. & T. essendi coram præfatis justitiar' nris apud Westm' ad præfatam 15. sancti Johanni Baptistæ anno regni nostri Angliæ 25. ad respondendum præd' A. de præd' placito, nec aliquid sciverunt de sum' præd' : Et etiam qui quidem visores, jurati & examinati in forma præd', dixerunt qd' ipsi nunquam interfuerunt captioni præd' tertix partis, nec unquam aliquid sciverunt de captione illa: Et ideo tibi præcipimus qd' distingas præd' A. &c.

¶ Præcipimus tibi qd' venire facias coram justitiariis nris apud Westm' à die, &c. 12. tam milites quàm alios liberos & legales homines de vicinetu de E. quorum quilibet habeat centum solidatas terræ, tenemen, vel redditus per annum ad minus, per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui nec A. nec I. aliqua affinitate attingunt, ad recognoscend' super sacramentum suum, si W. consanguineus præd' A. cujus hæres ipse est, fuit seiscitus de manerio de R. cum pertinentiis in dominico suo ut de feodo die quo obiit, quod idem A. in curia nostra coram justitiariis nris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum, sicut idem A. dicit, vel non sicut præd' I. dicit, quia tam præd' I. quàm præd' A. inter quos inde contentio est, posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina juratorum & hoc breve. T. &c. Venire facias 12.

¶ Ad recogn' super sacramentum suum, si decem acræ terræ cum pertinentiis, quas præd' L. in curia nostra, &c. clamat ut jus suum versus eos, sint in villa de F. sicut præd' L. dicit vel non, immò in B. sicut præd' W. & I. dicunt: Quia tam præd' W. & I. quam præd' L. inter quos inde contentio est, posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina juratorum & hoc breve. T. &c. Aliter.

¶ Ad recogn' super sacramentum suum, si quidam homo H. G. vel aliquis antecessor suor', unquam aliquid habuerunt in manerio de D. cum pertinentiis, quòd præd' N. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' clamat ut jus suum versus eum in dñico seu in servitio post seiscinam N. de D. patris præd' N. cujus hæres ipse est, ita quòd præd' M. vel antecessores suos inde seoffasse potuerunt, sicut præd' M. dicit, vel non sicut N. dicit: Quia tam, &c. Et habeas, &c. Aliter.

¶ Et qui nec E. fil' P. nec H. quem A. uxor R. simul cum præd' R. viro suo, Robertus & I. uxor ejus in curia nra coram justitiariis nostris nuper itinerantib' apud N. & quæ per defaultam ipsius R. viri sui in eadem curia nostra ad defensionem juris sui, vocavit ad warrantum, & qui ei warrantizavit, aliqua, &c. ad recognoscendum super sacramentum suum, si quiddam R. disseisivit præfatum E. de uno mesuagio cum pertinentiis, excepto, &c. quòd præd' E. in curia, &c. clamat ut jus suum versus eum, post primam transfretationem præd' H. regis Aliter.
proavi

proavi nostri in Vascoñ sicut præd' E. dicit, vel non sicut præd' H. dicit, &c. quia, &c.

Venire facias præter illos 12

¶ Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris, &c. G. & L. testes nominatos in quodam scripto quietæ clamantiæ, qd' T. fil' R. in curia nostra coram I. de D. & sociis suis justitiariis nostris, ad assisas in com' N. capiend' assign, apud N. protulit, sub nomine T. Dages de manerio de C. cum pertiñ, unde idem T. in curia nra coram justitiariis nris arraiñ quendam assisam novæ disseisnæ versus eum, & præter illos 12. tam, &c. per quos, &c. qui nec præd' T. fil' R. aliqua affinitate, &c. ad recogn super scrm, &c. si præd' scriptum sit factum præd' T. Dages sicut præd' Thomas filius R. dicit, vel non, &c. qui tam, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Aliter 12.

¶ Et qui nec I. fil' S. & T. fil' Aliciæ fil' S. & nec E. aliqua, &c. ad recogn super sacramentum suum, si unum mesuagium, viginti acraterræ, & quatuor acratæ prati cum pertinentiis in T. quæ iidem I. & T. in curia nra corā, &c. clamāt ut jus suum versus eum, contineantur in quodam fine quem idem E. in eadem curia nostra protulit sub nomine cujusdam T. & præd' A. tunc uxoris cujusdam T. matris præd' T. fil' A. cujus hæres ipse est, in curia domini regis patris nostri levato, de eisdem ten sicut præd' E. dicit. Et si hæreditas præd' S. unquam partita fuit inter ipsam I. & præd' A. vel præd' I. post mortem præd' S. patris sui, recepit aliqua ten quæ fuerunt de hæreditate præd' S. in allocationem præd' ten nunc petitorum, sicut præd' E. dicit vel non, &c. quia tam, &c. Et habeas, &c.

Sicut alias de novo 12.

¶ Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præcepimus, qd' de novo venire facias corā justitiariis nris, &c. 12. &c. per quos, &c. & qui nec D. & C. uxore ejus, nec R. quem D. clericus, quem Thomas vocavit ad warrantum, & qui ei warrantizavit, aliqua, &c. ad recogn super sacramentum suū, si Henr quondam vir ipsius C. die quo ipsam disponavit vel unquam postea fuit seiscitus de uno mesuagio, viginti acris, &c. cum pertinentiis in B. in dnico suo ut de feodo, ita quòd ipsam inde dotare potuit, sicut præd' D. & C. dicunt, vel non sicut præd' R. dicit: Quia tam R. præd' quàm præd' D. & C. uxor ejus, inter quos inde contentio est, posuerunt se in juratam illam. Et habeas, &c.

Sicut pluries & præter illos 12. nisi prius.

¶ Præcipimus tibi sicut pluriès tibi præcepimus, qd' venire facias corā justitiariis nostris, &c. vel coram dilecto & fideli nostro R. Belknap, in die Sabbati, &c. apud G. nisi prius venerit I. K. & L. &c. testes nominatos in quodam scripto quietæ clamantiæ, quod H. in curia nostra, &c. protulit sub nomine L. de uno mesuagio & duabus partibus, &c. cum pertinentiis in T. quæ præd' L. in eadem curia nostra clamat ut jus suū versus præd' H. & præter illos 12. &c. per quos, &c. & qui nec præd' L. nec præd' H. aliqua, &c. ad recogn super sacramentum suum, &c. si præd' scriptum sit factum prædicti L. sicut prædictus H. dicit, vel non sicut prædictus L. dicit: Quia tam prædictus L. quam prædictus H. inter quos inde contentio est, posuerunt se in juratam illam, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm Margareta, &c. in curia nostra corā Quale jus.
 &c. summonita esset ad respondendum abbati de S. de placito quòd
 quilibet eorum faciat sectam ad curiam ipsius abbatis in P. quam ad illā
 facere debent & solent: Idem Marg', &c. postea in curia nra, &c. apud
 Westm' fecerunt defaultam, postquam districti fuerunt per magnam distr',
 postquam comparuerint in curia nostra apud Westm', & posuerunt se
 hinc inde in juratam patriæ, ita quòd consideratum fuit in præfata curia
 nra apud Westm', &c. quòd præd' abbas recuperaret versus eos sectas
 præd', & damna sua. Sed quia dubitatur de fraude inter eos prælo-
 cuta, contra formam statuti nostri, quo cavetur ne terræ seu tenementa
 ad manum mortuam devenirent quoquo modo: Tibi præcipimus quòd
 venire fac' coram justitiariis nris apud Westm' à die, &c. vel corā dilectis
 & fidelibus nostris R. de B. & R. de F. vel uno eorum si priùs die Lunæ
 &c. apud H. venerint vel venerit 12. &c. de visinetu præd', per quos
 &c. & qui præd' abbatem nulla affinitate, &c. ad recognoscend',
 &c. quale jus præd' abbas habet in præd' secta, & quis prædecessorum
 fuorum fuit inde seiscitus ut de jure ecclesiæ suæ beatæ Mariæ de S.
 & quæ damna idem abbas sustinuit occasione detractionis sectarum
 præd'. Et scire facias capitalibus dominis mediatis, &c. quòd sint co-
 ram præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad præfatas tres septimanas,
 vel coram præfato R. vel R. prædicto die & loco auditur juratam
 illam si voluerint. Et interim sectas illas in manum nostram capias
 ita quòd nullus eorum ad ea manum apponat, donec aliud, &c. &
 de exitibus, &c. ad scaccarium nostrum nobis respondeas. Et habeas
 ibi nomina juratorum, capitalium dominorum, & eorum per quos eis
 scire feceris, & hoc breve, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Cùm nuper vobis præceperi- Breve de statu-
to mercatorum.
 mus, quòd corpus I. civis & mercatoris Londoñ, si laicus esset & in-
 ventus fuisset in balliva vestra, caperetis, & in prisona nra salvò custo-
 diri faceretis, donec Radulpho, &c. de triginta libris plenè satisfacis-
 set, quas idem I. die Mercurii, &c. anno, &c. coram R. de B. nup ma-
 jore civitatis nostræ Londoñ & W. clerico, ad recognitiones debito-
 rum apud Londoñ accipiendum deputatis, recognovit se debere ei-
 dem R. & quas ei solvisse debuit ad festum, &c. tunc proximè sequens,
 & eas ei nondum solvit ut dicit, & qualiter illud præceptum nostrum
 fuisset executum scire faceretis justitiariis nostris apud Westm' à die
 &c. vos præfatis justitiariis nostris apud Westmoñ ad diem illum
 mandastis quòd corpus prædicti Johannis postquam breve nostrum
 vobis inde venit, in balliva vestra inventum non fuit. Et ideo vobis
 præcipimus sicut aliàs vobis præceperimus, quòd corpus præd' I. si
 laicus sit & inventus fuerit in balliva vestra, capiatis & in prisona no-
 stra salvò custodiri fac', donec præd' R. de prædicto debito plenè
 satisfecerit, ita quòd idem I. p unum quarterium anni à tempore
 quo captus fuerit vivat in prisona nostra de suo pprio, & habeat om-
 nia bona & catalla, terras & tenementa sua eo tempore deliberata, ut
 per se & suos prout meliùs sibi viderit expedire interim prædicto Ra-
 dulpho

dulpho de præd' debito satisfacere possit si voluerit competenter. Et si idem Johannes infra quarterium illud, præd' R. de præd' debito non satisfecerit: Tunc omnia bona & catalla, terras & tenementa ipsius I. quæ habuit in balliva vestra die quo præd' R. præd' debitum recognovit, vel unquam postea ad quorumcunq; manus devenerunt, nisi alicui hæredi infra ætatem existenti per descensum hæreditarium descenderunt, eidem Radulpho sine dilatione liberari fac' p rationabile precium & extentam: Tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis, juxta formam statuti inde provisi, quousq; præd' debitum inde levaverit. Qui quidem I. præd' quarterium anni postquam captus fuerit vivat in prisona nostra in pane & aqua, ad custagium ipsius R. ita tamen quòd bene licebit eidem Johanni terras & tenementa sua præd' vendere, & præd' R. de præd' debito satisfacere: Salvis eidem R. appruamentis suis eisdem: Salvis etiam inde semper eidem R. damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis. Et si idem I. in balliva vestra inventus non fuerit vel clericus sit: Tunc omnia bona terras & tenementa ipsius Johannis quæ habuit in balliva vestra præd' die recognitionis, eidem Radulpho sine dilatione liberari faciatis, p rationabile precium & extentam: Tenend' ut liberum tenementum sibi & assignatis suis in forma præd'. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueritis executi, scire faciatis justitiariis nostris apud Westm' à die, &c. Et sciatis quòd si præd' I. postquam eum ceperitis, à prisona nostra evadat, oportebit vos de corpore suo vel de præd' debito respondere. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

Aliter.

¶ Rex vicecomitibus London' salutem. Cùm vobis nuper præceperimus, quòd corpora Roberti fil' Roberti, I. & R. si laici essent, &c. quousq; Rogero de ducentis libris plenè satisfecissent quas iidem Robertus, Johannes, & Robertus die sabbati proximo post festum sancti Jacobi apostoli anno, &c. coram I. majore civitatis nostræ London' & H. clerico, ad recognitiones debitorum apud London' accipiendas deputatis recognoverunt se debere eidem Rogero, & quas ei solvisse debuerunt ad festum omnium sanctorum proximè præteritum, & illas nondum solverunt ut dicit, & qualiter illud præceptum nostrum fuissetis executi, scire faceretis justitiariis nris apud Westm' in octavis, &c. proximè præteritis: Vos præfatis justitiariis nris apud Westm', ad diem illū mandasti, quòd corpora præd' R. I. & R. postquam breve nostrum præd' vobis inde venit, in balliva vestra inventa non fuerunt. Et ideo vobis præcipimus sicut aliàs vobis præceperimus, quòd corpora præd' R. I. & R. si laici, &c. quousq; præd' R. de 20. li. de debito plenè satisfecerint, ita quòd iidem R. I. & R. p unum, &c. & habeant omnia bona, &c. & si iidem R. I. & R. infra quarterium, &c. tunc omnia bona, &c. qui quidem R. I. & R. post præd' quarterium, &c. ita tamen quòd bene licebit, &c. Et si iidem R. I. & R. in balliva vestra inventi non fuerint vel clerici sint: tunc omnia bona, &c. & qualiter, &c. apud Westm' à die, &c. Et sciatis, &c. Et habeatis, &c. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut pluriès tibi præce- Sicut pluriès.
perimus, quòd corpus E. si laicus sit & inventus fuerit in balliva tua,
capias & in prisona nra salvò custodire facias quousq; L. de decem li-
bris & sexaginta libris plenè satisfecerit, quas idem E. die Lunæ proximo
post festum Omnium sanctorum anno regni nostri l. coram I. ma-
jore civitatis nre London & H. tunc clerico, ad recognitiones debito-
rum apud London accipiendas deputatis, recogñ se debere eidem L. &
quas ei solvisse, &c. ad festum, &c. tunc proximè sequens, & ei nondū
solvit ut dicit, ita quòd idem E. per unum quarterium anni postquam
eum ceperis, de suo proprio vivat in prisona nra, & habeat omnia bo-
na & catalla terras & tenementa sua eo tempore deliberata, ut per se
& suos, prout meliùs sibi viderit expedire, interim præd' L. de præd'
debito satisfacere possit si voluerit competenter. Et si idem Edwardus
infra quarterium illud præd' L. de præd' debito non satisfecerit, tunc
omnia bona catalla terras & tenementa ipsius E. quæ habuit in ballivā
tua, præd' die debiti recogñ vel unquam postea, ad quorumcunq;
manus devenerint, nisi alicui hæredi infra ætatem existenti per descen-
sum hæreditarium descenderint, præfato L. sine dilatione liberari facias
per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum
sibi & assignatis suis & juxta formam statuti nri inde provisi, quousq;
præd' debitum inde levaverit, qui quidem E. post præd' quarterium
anni postquam captus fuerit vivat in prisona nra in pane & aqua, ad
custag' ipsius L. ita tamen quòd bene licebit eidem E. terras & tene-
menta præd' vendere & præd' L. de debito satisfacere, salvis eidem L.
appruamentis, &c. salvis etiam eidem L. damnis & custagiis suis neces-
sariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus & expen-
sis. Et si eidem E. in balliva tua inventus non fuerit vel clericus sit, tūc
omnia bona & catalla terras & tenementa ipsius E. quæ habuit in balli-
va tua præd' die debiti recogñ, eidem L. sine dilatione deliberari facias
per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum
sibi & assignatis suis in forma, & qualiter, &c. & tu ipse, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Ex parte I. de S. tenentis manerii de S. Supersedas in
breve de statuto.
qd' fuit N. nobis est ostensum, quòd cum præd' N. die Sabbati, &c. año
regni domini E. nuper regis Angliæ patris nostri tertio, coram N. de F.
tunc majore civitatis nostræ London & I. tunc clerico, ad recogni-
tiones debitorum in eadem civitate accipiendas deputatis, recognovit
se debere Aliciæ, &c. xl. li. certis terminis in recognitione illa conten-
tis solvend': Eadem Alicia virtute certificationis de cognitione præd'
in cancellaria nostra prout moris est factæ, quoddam breve nostrum
de capiendo præd' Nicholaum, retornabile coram justitiariis nostris
apud Westm' in crastino, &c. proximo præterito impetravit. Et pro
eo quòd tu eisdem justitiariis nostris apud Westm' ad diem illum man-
dasti, quòd corpus præd' N. in balliva tua inventum non fuit, & per
breve nostrum de judicio coram justitiariis nostris apud Westm' à die,
&c. proximè præterito retornabile, ad prosecutionem ipsius A. tibi
præceperimus, quòd corpus præd' N. si laicus esset & inventus fuisset

in balliva tua caperes, & in prisona nra salvo custodiri faceres, donec eidem Aliciæ de præd' debito plene satisfacisset, & si idem N. in balliva tua inventus non fuisset vel clericus esset, tunc omnia bona, terras & tenita ipsius N. quæ fuerunt in balliva tua die recogñ præd', eidem Aliciæ sine dilatione deliberari faceres per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti nri inde provisi, ac idem I. coram nobis in cancellaria nra nuper asseruit, præfatam A. p scriptum suum præfato N. inde factum, remisisse, relaxasse & quietum clamasse eidem N. omnimodas actiones quæ præfatus N. ante vicesimum diem mensis Julii anno regni præd' patris nostri 20. habuit, sicut per scriptum præd' quod idem I. dicit penes se habere plenius potest apparere, & nobis supplicaverit sibi per nos in hac parte de remedio provideri, super quo justitiariis nostris apud W. per breve nrum mandaverimus, quod audita querela ipsius I. & viso scripto præd', vocatq; coram eis præfata A. & auditis hinc inde partium præd' rationibus, fieri facerent quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nri fuerit faciend', idemq; I. in curia nostra coram præfatis justitiariis nostris apud W. præd' scriptum in quo continetur quod eadem A. per scriptum illud remisit & relaxavit & quietum clamavit præfato N. omnimodas actiones quas versus præfatum N. ante præd' 20. diem mensis Julii habuit, virtute recogñ aut obligationum quarumcunq; per statutum p mercatoribus æditum aut alio modo seu causa quibuscunq; præfato N. factarum ut dicitur, sub nomine ejusdem A. ostenderit: Tibi præcipimus quod venire fac' coram justitiariis nostris apud W. in crastino, &c. præd' A. ad recognoscend' factum præd' vel dedicend', & ad faciendū & recipiend' quod curia nra consideraverit in præmissis. Et interim de executione super recogñ præd' per quodcunq; breve nostrum prius inde directum, præd' A. ulterius fac' superf. omnino. Et habeas ibi hoc breve, &c. T. &c.

Breve de deceptione.

¶ Rex vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I. fil', &c. quod cum A. quæ fuit uxor I. in curia nra corā justitiar' nris apud W. recuperasset versus G. in the bank unum mesuagium cum pertiñ in R. per defaultam ipsius G. & antequam eadem A. seisinā suam inde versus eum consequi potuisset idem G. in the bank obiisset, eadem A. postea in curia nra coram præfatis justitiar' nris apud Westm' profecuta est executionem præd' judicii, & habuit breve nrum tibi directum ad præmonendam ipsam I. ad tunc tenentem de præd' mesuagio cum pertinentiis, quod esset corā justitiariis nris apud Westm' in octavis sanctæ Trinitatis año regni nri 6. ostensur' si quid p se haberet vel dicere sciret, quare præd' A. seisinā suam de præd' mesuagio cum pertinentiis habere non deberet, si sibi vidisset expedire: Tu præfatis justitiariis nris apud Westm' ad diē illum mandasti, quod scire fecisti præd' I. per Johān S. & R. D. quod esset coram justitiariis nris apud Westm' ad præfatas octavas sanctæ Trinitatis ostensura in forma præd' per quod præd' A. in eadem curia nra ob defaultam ipsius I. petiit inde executionem & obtinuit, falsò & in deceptione curiæ nostræ præd' tamen eadem I. nunquam præmonita fuit

fuit effendi ibidem ad præfatas octavas sanctæ Trinitatis prout ipsa graviter nobis conquerendo monstravit. Et ideo tibi præcipimus quòd si præd' I. fecerit te securum de clamore suo prosequendo: Tunc venire fac' coram justitiar' nris apud W. in octavis, &c. præd' I. & R. per quos mandasti præfatis justitiar' nris apud Westm' ad præfat' octavas sanctæ Trinitatis, quod præmonuisti præfatam I. ad certificand' præfat' justitiar' nros apud W. de præmonitione præd'. Et tu ipse tunc sis ibi in propria persona ad informand' præfatis justitiariis nris apud W. simul cum præd' I. & R. de præmonitione præd'. Præcipimus etiam tibi, quòd venire facias coram præfatis justitiariis nris apud W. ad præfat' terminū præd' A. ad respondend' tam nobis quàm præfatæ I. de falsitate & deceptione præd', & ulterius factur' & receptur' quod curia nra consideraverit in hac parte. Præcipimus etiam tibi quòd p' sacram' proborū & legalium hominū de com' tuo, extendi & appreciari facias præd' mesuagiū ad verum valorē ejusdem p' annum, & extentā & apprec' quā inde fecer' scire fac' justitiar' apud W. ad præfat' terminū, sub sigillo tuo & sigillo eorum p' quorum sacram' extentā & apprec' illā feceris. Et interim mesuagium illud in manū nram capias, ita quòd nullus eorū ad ea manū apponat, donec aliud à nobis inde habueris præcep', & qd' de exitib' ejusd' nobis ad scaccar' nrm respondeas. Et habeas ibi nomina eorū p' quor' sacram' extenta & appreciationem illam feceris. Et hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Ostensum est nobis ex parte I. quòd G. in curia nra corā justitiariis nostris apud Westm' falsè & in deceptione curiæ nre secutus fuit executionem cujusdā finis in curia dñi E. nuper regis Angl' patris nostri, corā justitiariis nris apud Westm' à die, &c. anno regni nri 15. inter præd' quærentem & I. deforçantem, de uno mesuagio & trib' acris terræ cum pertiñ in W. levati, p' quem finem præd' G. recognovit præd' teñta cum pertiñ esse jus ipsius I. & pro illa recognitione, sine & concordia, idem I. concessit pro se & hæredibus suis, quòd duæ acra terræ & duæ partes præd' mesuagii cum pertiñ, quas M. quæ fuit uxor I. tenuit ad terminum vitæ suæ, & etiam quòd una acra terræ & tertia pars præd' mesuagii cum pertiñ, quas A. & R. tenuerunt ad vitā ipsius A. de hæred' præd' I. in præd' villa præd' die & anno, & quæ post decessum ipsorum M. & A. ad præfatum I. & hæredes suos debuèrunt reverti, post decessum ipsarum M. & A. integrè remanerent præd' G. tenend' de præd' I. & hæredibus suis tota vita ipsius G. reddend' inde per annum præd' I. & hæredibus suis 40. s. pro omni servitio & exactione ad præfatum I. & hæredes suos pertinente, & faciat inde capitalibus dñis feodi illius per prædict' I. & hæredes suos, omnia alia servitia quæ ad præd' teñta pertinent tota vita ipsius G. Et post decessum ipsius G. præd' teñta cum pertinentiis integrè reverterentur ad prædict' I. & hæredes suos quietè de hæredibus præd' G. tenend' de capitalibus dñis feodi illius p' servitia quæ prædicta tenementa pertinent imperpetuum, præfatæ curiæ nostræ suggerend', quòd præd' A. jam obiit, & præfatus S. & M. uxor ejus præd' acras terræ & tertiam partem quas præd' A. & R. tenuerunt ad terminum vitæ ipsius A. ingressos fuisse, & contra formā finis præd' tenuisse, breve nrum de præmonendo

Aliter.

ipſos S. & M. uxorem ejus, eſſendi coram juſtitiariis n̄ris apud Weſtm' à die, &c. anno, &c. oſtenuſi ſi quid p̄ ſe haberent vel dicere ſcirent, quare præd' acrae terræ & tertia pars præd' meſuagii cum pertinentiis, poſt mortem præd' A. præd' W. juxta formam finis præd' remanere non deberent ſi ſibi vidiffent expedire, tibi dirigendi impetrād', tu præfatis juſtitiariis n̄ris apud Weſtm' ad diem illum mandaffes, quòd ſcire feciſti præfatis S. & M. uxori ejus ibidem eſſend' ad 15. illam, oſteſuſ in forma præd'. Ac pro eo quòd præd' S. & M. uxor ejus, ad diem illum ibidem non venerunt: Executio inde verſus ipſos S. & M. uxore ejus conceſſa fuit faciend', prætextu cujus executionis iidem S. & M. uxor ejus ab acris terræ & tertia parte præd' expulſi fuerunt minùs juſtè, cum tamen iidem S. & M. uxor ejus nunquam præmoniti fuerunt eſſendi ibidem ad præd' 15. Paſchæ oſteſuſ in forma præd'. Et ideo tibi præcipimus quòd ſi præd' S. & M. fecerint te ſecurum de clamore ſuo proſequendo: Tunc venire facias coram juſtitiariis noſtris apud Weſtm' à die, &c. præd' E. & W. Et tu ipſe vel ſubvicecomes tuus tunc ſis ibi in propria perſona, ad certificandum præfatis juſtitiariis noſtris apud Weſtm' ſimul cum præd' E. & W. de præmonitione præd'. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram præfatis juſtitiariis noſtris ad præfatum terminum, præd' W. de S. ad reſpondendum tam nobis quàm præfatis S. & M. uxori ejus de falſitate & deceptione ſupradictis. Præcipimus etiam tibi quòd per ſacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, extendi & appreciari facias præd' acras & tertiam partem ad verum valorem earundem per annum, & extentam & appreciationem quam inde feceris, ſcire facias præfatis juſtitiariis n̄ris apud Weſtm' ad præfatum terminum, ſub ſigillo tuo & ſigillis eorum per quorum ſacramentum extentam & appreciationem illam feceris. Et interim tenementa illa in manum noſtram capias & ea ſalvò cuſtodiri facias, ita quòd nullus eorum ad ea manus apponat, donec aliud inde habueris à nobis præceptum. Et quòd de exitibus eorundem nobis ad ſaccarium noſtrum reſpondeas. Et habeas ibi nomina per quorum ſacramentum extentam & appreciationem illam feceris & hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' ſalutem. Oſtenſum eſt nobis ex parte B. quòd N. falſò & in deceptione curiæ n̄ræ recuperaverit verſus eum ſeiſinam ſuam de uno toſto cum pertinentiis in H. coram W. de H. & ſociis ſuis nuper juſtitiariis n̄ris de banco apud Weſtm', cum idem B. nunquam ſum' fuiſſet ſecundum legem terræ, eſſend' corā præfatis juſtitiariis n̄ris apud W. ad reſpondend' præd' N. de præd' placito, nec præd' toſtum cum pertinentiis unquam captum fuiſſet in manum n̄ram ob aliquam defaultam ipſius B. nec idem B. iteratò ſum' fuiſſet eſſendi coram eiſdem juſtitiariis noſtris apud Weſtm', ad reſpondend' præd' N. tam de principali placito quam de præd' defaulta, quòd quidem recordum coram juſtitiariis noſtris itinerantibus apud Derb' venire fecimus. Et ideo tibi præcipimus quòd ſi præd' B. fecerit te ſecurum de clamore ſuo proſequendo: Tunc venire facias coram præfatis juſtitiariis noſtris itinerantibus apud Derb' die Lunæ proximo poſt feſtum ſancti Nicolai H. Del Lee & W. primos ſummonitores per quos R. I. nuper vic' noſter comitatus præd'

Aliter.

præd' mandavit justitiariis nostris apud Westm' quod sum præd' B. qd' esset coram eisdem justitiariis nris apud Westm' à die, &c. anno regni nostri secundo, ad respondendum præd' N. de præd' placito. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram præfatis justitiariis nris itinerantibus apud D. ad præfatum diem Lunæ, W. L. H. & I. per quorum visum præd' R. dum fuit vic' noster ejusdem comitatus mandavit præfatis justitiar' nris apud Westm', quòd cepit præd' toftū cū pertiū in manū nram, & etiam W. & R. secundos sum'. per quos idem R. dum fuit vicecomes nri ejusd' com' mandavit præfatis justitiariis nris apud Westm', qd' sum' præd' B. qd' esset coram præfatis justitiariis nris apud W. à die, &c. anno, &c. ad respond' præd' N. tam de principali placito quam de præd' defalta. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram præfatis justitiariis nris itinerantibus apud Derb' ad præfatum diem Lunæ præfatum N. ad respondend' tam nobis quam præfato B. de falsitate & deceptione præd'. Et interim capias præd' toftum cum pertinentiis in manum nram, ita qd' neuter eor' ad illud manum apponat, donec aliud à nobis inde habueris præceptum. Et quòd de exitibus eorum nobis ad scaccarium nrum respondeas. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm H. filius H. in curia nostra, &c. recuperasset versus H. atte S. capellanum, quindecim libr' pro triplo damnorum suorum quæ habuit occasione cujusdam vasti de tenementis in S. per ipsum H. atte S. ad exhæredationem ipsius H. fil' H. facti, prout per quandam inquisitionem quam nuper per te fieri fecimus convictum fuit: Idem H. filius H. postea venit in eadem curia nostra, & per statutum in hujusmodi casu provisum, elegit sibi liberari omnia bona & catalla præd' H. atte S. præter boves & affros de carucis suis, & similiter medietatem terrarum seu tenementorum suorum in balliva tua, tenenda ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti prædicti, quousque quatuordecim li. de damnis prædictis inde levaverit. Et ideo, &c. Et qualiter &c. T. &c.

Elegit.

¶ Scias quòd Johannes vicarius ecclesiæ de M. in curia, &c. versus Wilhelmum Clavill' de uno mesuagio & novē acris terræ cum pertinentiis in M. ut de jure ecclesiæ suæ præd', prout per quandam juratam coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, inde inter eos summonitam & captam convictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quod eidem Johanni de prædictis tenementis cum pertinentiis per visum juratorum juratæ præd', sine dilatione plena, &c. T. &c.

Seisin'.

¶ Et qui nec Johannem filium R. nec Johannem filium T. aliqua, &c. si quidam E. de C. unquam aliquid habuit in dominico suo aut servitio in uno mesuagio & duabus acris terræ cum pertinentiis in D. quæ idem I. filius R. in curia nostra clamat ut jus suum versus eum, post seisinam Roberti Clyver usq; diem impetrationis brevis ipsius I. fil' R. sci' et xvj. die Februarii anno, &c. ita quòd præd' Johanni fil' Thomæ vel aliquem antecessorum suorum inde seoffasse potuit, sicut idem I. fil' R. dicit, vel non sicut præd' Johannes fil' T. dicit: Quia tam, &c. Et habeas ibi nomina eorum, &c. T. &c.

12.

¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi qd' non omittas, &c. qñ capias pro Recapias pro Recapias I. de M. si &c. & salvò, &c. ita quod habeas, &c. ad satisfaciendum nobis de redemptione sua pro quadam transgressione C. de S. vi & armis & contra pacem nostram facta, unde convictus est. Et habeas &c. T. &c.

Capias pro Recapias

¶ Rex vicecomiti Norf. salutem. Præcipimus tibi quod resum' N. B. C. M. &c. recognitores cujusdam assisæ novæ disseisinæ quam R. de G. in curia nostra coram justitiariis nris ad assisas in com' tuo capiendas assignatis arrainavit versus W. de K. & A. in brevi nostro originali contentos de tenementis in Dilham, quòd sint coram præfatis justitiariis nostris ad assisas apud T. die Mercur' proximo post festum sancti Michaelis, ad faciendum recognitionem assisæ prædictæ. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris ad prædictum diem Mercur', W. de M. &c. juratores cujusdam assisæ novæ disseisinæ

Resomons in assisa.

diffisinæ, quæ nuper in curia nostra coram R. Bagnard' & I. de S. tunc justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, videlicet die Lunæ proximo post festum Epiphaniæ domini anno regni nri secundo apud Norwic', inter Richardum de K. & A. quæ fuit uxor C. B. querentes, & W. de G. & alios in assisa illa nominatos, de tenementis in Riscon juxta B. summonita fuit & capta, ad faciendum simul cum recognitoribus supradictis recognitionem assisæ præd'. Et habeas ibi resum' & hoc breve. T. &c.

Venire facias
12.

¶ Et qui nec I. P. & nec D. G. & M. uxorem ejus, & P. sororē ejusdē M. fil' & hæred' H. P. junioris, quos I. quæ fuit uxor H. P. in curia nostra, &c. vocavit ad warrantum & qui ei warrantizavit, D. G. & M. uxorem ejus & P. sororem ejusdem M. consanguineas & hæredes H. P. sen, quos I. P. in eadem curia nostra, &c. vocavit ad warrantum & qui ei warrantizavit, aliqua, &c. si quidem D. M. de D. dedit I. de P. in liberum maritagium cum M. filia ejusdem D. sex acras terræ cum pertinentiis in C. & etiam octo acras terræ & dimidiam cum pertinentiis in eadem villa, quasidem I. P. in curia nostra, &c. coram, &c. clamat ut jus suum separatim versus eos sicut idem I. dicit, vel non sicut præd' D. M. P. filii & hæredes H. P. junioris, D. M. & Ph' consanguineæ & hæredes H. P. sen dicunt, quia tam præd' D. M. & P. filii & hæredes D. M. & P. consanguineæ & hæredes, quàm prædictus I. inter quos &c.

Aliter.

¶ Et qui nec L. G. nec I. F. & S. uxorem ejus A. L. & I. G. aliqua, &c. si quidam I. L. dedit L. P. & D. uxori ejus & hæredibus de corporibus ipsorum S. & D. exeuntibus, unum mesuagium & unum ferlingum terræ cum pertinentiis, in quæ idem I. in curia coram, &c. clamat ut jus suum versus eos sicut idem L. dicit, vel non sicut prædicti I. & S. dicunt, &c.

Aliter.

¶ Et qui nec R. nec S. chivaler & de uxorem ejus, nec M. uxorem T. de H. quæ per defaultam ipsius T. admissa ad defensionem juris, aliqua &c. si quidam W. filius & hæres K. defensionem juris aliqua, &c. si quidam W. filius & hæres R. de L. vel aliquis antecessorum suorum unquam aliquid habuerint in duobus mesuagiis & una virgata terræ cum pertinentiis in L. post seisinam cujusdam R. de W. per quod eadem Margareta ad quoddam vocat' ad warrantum præd' Walterum admitti debeat, sicut eadem M. dicit. T. &c.

Aliter.

¶ Et qui nec Laurentium de B. nec Henricum de S. aliqua, &c. si prædictus Henricus simul cum Guilhelmo de I. Petro de S. de tali anno, tali die, vi & armis quandam seweram vocatam K. in S. obstruxit, per quod aqua quæ per seweram illam incurrere debuisset, per obstructionem illam in tanto ibidem abundat, quod magnam partem terrarum & pratorum ipsius L. adjacentium superinundat, sicut idem L. dicit, vel non sicut præd', &c.

Aliter.

¶ Et qui nec W. atte S. & I. uxorem ejus, nec S. aliqua, &c. si præd' R. habuit in custod' tēta cum pertinentiis in L. quæ tenentur in socagio, de hæred' præd' I. dum eadem I. infra ætatem fuit, per quod iidem W. &

I. occa-

I. occasione computi in focagio versus eum habere debeant, sicut iidē W. & I. dicunt, &c.

¶ Cūm P. de M. & N. uxore ejus, in curia, &c. peterent versus R. de D. & P. uxorem ejus unum tenementum cum pertinentiis in S. iidem R. & D. venerunt in eadem curia nostra, & dixerunt quod ipsi tenent terram prædictam cum pertinentiis ad terminum vitæ ipsius D. tantum, reversione inde post mortem ejusdem D. ad quosdam H. & I. & T. fratres ejusdem H. fil' & hæredis T. de G. & hæredes suos spectante, sine quibus non possunt prædictis P. & M. inde respondere, & petierunt auxilium de ipsis H. & I. & T. Et ideo tibi præcipimus sicut aliàs tibi præcepimus, quod summonneas per bonos summonitores prædictos H. & I. & T. quod sint, &c. ad respondendum prædictis P. & M. simul cum prædictis R. & D. de prædicto placito. Et habeas, &c. T. &c.

Petendum auxilium de hærede.

¶ Cum C. quæ fuit uxor L. de L. in curia nostra peteret versus R. de B. & A. uxorem ejus, medietatem unius mesuagii cum pertiñ in L. ut dotem suam: iidem R. & A. venerunt in eadem curia nra, & vocaverunt inde ad warrantum I. filium & hæredem L. de L. qui postea venit in præfata curia nostra, & tanquam hæres ipsius L. sanguine nihil habens per descensum hæreditarij de eodem Laurentio patre suo in feodo simplici, warrantizavit R. & A. prædictam medietatem cum pertiñ, & reddidit præfatæ C. dotem suam prædictam, per quod consideratum fuit in eadem curia nostra quod si prædictus I. satis haberet de libero tenemento quod fuit prædicti L. patris sui, quod ei descend' de eodem patre suo in feodo simplici, unde præfatæ C. facere possit ad valentiam præd' medietatis cum pertinentiis, tunc præd' R. & A. tenerent in pace, & præfata C. haberet de terra præd' hæredis quæ ei sic descend' ad valentiam ejusdem medietatis cum pertinentiis, & si quid ei inde defuisset, id haberet de præd' medietate versus R. & A. petita, & iidem R. & A. haberent de terra ejusdem hæredis ad valentiam illius quod sic defuisset cum accidisset. Et ideo tibi præcipimus, quod si tibi constare possit quod præd' hæres satis habeat de libero tenemento qd' fuit præd' Laurentii patris sui, quod ei descend' de eodem patre suo in feodo simplici, unde præd' C. facere possit ad valentiam præd' medietatis cum pertinentiis: tunc præd' R. & A. teneant in pace, & eidem C. de terra ejusdem hæredis quæ ei descendit in forma præd', sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Et quid eidem C. inde defuerit: Id de præd' medietate versus præd' R. & A. petita, eidem C. in loco competentij habere fac', & eidem R. & A. de terra hæredis prædicti quæ descendit in forma prædicta, ad valentiam illius quod sic defuerit cum acciderit, in loco competentij sine dilatione habere & assignari fac'. T. &c.

Seisina.

¶ Rex, vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod consideratum fuit in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westmonasterium, quod abbas de Winchcombe habeat executionem versus Richardum regis capellanum, de uno mesuagio cum pertinentiis in Winchcombe,

Seisina per considerationem curiæ.

M m m

unde

unde idem Abbas aliàs in eadem curia nostra recuperavit versus eum ut de jure Ecclesiæ suæ beatæ Mariæ W. per defaultam ipsius R. per breve nostrum quare cessavit per biennium, nulla fraude seu collusionione inde inter eos prælocuta, prout per quandam juratam coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas apud Glouc' inde summonitam & captam convictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem abbati, de prædicto mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam & executionem habere facias. Teste. &c.

xii. ¶ Et qui nec Petrum de L. nec Richardum de N. & E. uxorem ejus aliqua, &c. si die impetrationis brevis præd', videlicet 24. die Julii anno, &c. præd' Elizabetha sola fuit, per quod idem Petrus quoddam breve suum de scire facias versus eandem Elizabetham & præd' Richardum impetratum, manutenere debet, sicut petrus dicit vel non, immò eodem die impetrationis brevis præd', præd' E. fuit cooperta de quodam Richardo de H. viro ipsius E. sicut præd' Richar' & E. dicunt: Quia tam, &c. Teste, &c.

Seisina ad valentiam. ¶ Rex, vicecomiti Kanc' salutem. Cùm T. de C. in curia nostra, &c. peteret versus Johannem uxorem Thomæ A. quæ pro defectu ipsius Thomæ admissa est ad defensionem juris sui, unum mesuagium, &c. eadem Johanna venit in eadem curia nostra, & vocavit inde ad warrantum Johannem P. qui quidem I. postea in eadem curia nostra fecit defaultam, per quod consideratum fuit ibidem quòd idem T. recuperaret seisinam suam versus præd' Thomam A. & Johannem, de tenementis præd' cum pertinentiis, & quòd iidem Thomas A. & Johanna haberent de terra præd' Johannis ad valentiam præd' tenementorum cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus qd' eidem Thomæ de C. de præd' tenementis cum pertinentiis, versus præd' T. & A. & I. petitis, sine dilatione plenariam seisinam habere facias, & eidem T. A. & I. de terra prædicti I. ad valentiam tenementorum prædictorum cùm pertinentiis in loco competenti, sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Cape parvum. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Cape in manum nostram de terra T. pro defectu ipsius T. ad valentiam, &c. quam E. in curia nostra, &c. versus I. & unde, &c. Et sum' per bonos summonitores. T. &c.

Seisina nulla fraude. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd consideratum est in curia nostra &c. quòd F. P. de monte forti, habeat executionem versus W. de C. de una acra prati cum pertinentiis, &c. unde idem P. aliàs in eadem curia nostra recuperavit seisinam suam versus eum, ut de jure Ecclesiæ suæ sanctorum Petri & Pauli per defaultam ipsius Wilhelmi, nulla fraude seu collusionione inde inter eos prælocuta, prout per quandam juratam coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis inde, &c. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem priori de prædicto prato cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam & executionem habere facias. Teste, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutem. Distringas R. atte Lese nuper vic' comitatus præd' prædecessorem tuum, per omnes terras, &c. nobis ad respond', ad liberandum tibi corpus R. P. quem aliàs p præceptum nrm cepit, prout ipse justitiariis nostris apud W. ad certum diem jam præteritum mandavit, ita quòd corpus ejusdem R. habere possis coram justitiariis nostris tali die, ad respondendum de placito tali, & ad, &c. Et unde, &c. qd' præd' R. tempore præfati R. prædecessoris tui captus extitit, qui quidem R. corpus præd' Roberti tibi nondum liberavit. Et habeas ibi, &c. T. &c.

Distringas vicecomitem.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd exigere faceres I. fil' Joha' de magna Waltham, de com' in comitatū quousq; secundum legē & consuetudinem regni nri Angliæ utlagaretur si non comparuisset, & si comparuisset tunc eum caperes & salvò custodiri faceres, ita quòd haberes corpus ejus coram dilectis & fidelibus nostris T. de L. & R. Belknap justitiariis nostris ad assisas in com' tuo capiend' assignatis, apud Brendewode die Veneris proximo ante festum Pentecostes, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua occasione cujusdam disseisinæ Edwardo Warner de tenemento in magna Walthon vi & armis factæ, prout per quandam assisam novæ disseisinæ inde inter eos coram præfatis justitiariis apud S. Langthor' nuper sum' & captam convictū fuit: Idem Johannes venit postea coram eisdem justitiariis, & fecit nobis finem pro disseisina præd'. Et ideo tibi præcipimus quòd de præd' I. ulterius exigendo, utlagando, capiendo, molestando, seu in aliquo gravando, occasione præd' omnino supersedeas. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus: Scire facias justitiariis nostris ad præfatum terminum. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Supersedeas in assisa de exigere facias.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm quidam abbas de S. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westmonasterium, videlicet termino Michaelis anno, &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperasset versus R. de N. personam ecclesiæ de H. & Henf H. chivaler tunc ecclesiæ illius patronum, qui se junxit eidem R. in respondendo, quendam annum redditum lxxv.s. singulis annis ad festa P. & sancti Michaelis per æquales portiones, per manus personæ ecclesiæ prædictæ qui pro tempore foret annuatim percipiend', & quidā tamen Arnoldus de P. tunc persona ecclesiæ præd' xxii.li.x.s. de ar' annui redditus præd', post prædictum judicium redditum abbati de S. qui nunc est successor prædicti nuper abbatis nondum reddidit, prout ex insinuatione ipsius tunc abbatis acceperimus, ac tibi præceperimus quòd p probos & legales homines de com' tuo scire faceres prædicto Arnoldo nunc personæ ecclesiæ prædictæ, quòd esset coram, &c. ad certum diem jam præteritum, ostensurus si quid pro se haberet vel dicere sciret quare prædictæ xxii.li. & x. s. de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & prædicto nunc abbati reddi non deberent si sibi vidisset expedire: Idem Arnoldus venit in eadem curia nostra p præmonitionem ei per te prout moris est factam, & dixit quòd ipse invenit ecclesiam suam prædictam de annuo redditu prædicto exoneratam, & quòd ipse non potuit ecclesiam illam

Scire facias de redditu recuperato.

fine W. episcopo C. loci illius ordinario & Henrico H. chivaler & A. uxore ejus ecclesie illius patronis, ut de jure ipsius A. & petiit auxiliū de ipso episcopo & patronis. Et ideo tibi præcipimus quòd per bonos & legales homines de comitatu tuo, scire facias præd' episcopo Henrico & A. patronis ecclesie præd', quòd sint coram, &c. in octavis Hillarii ad respondendum præfato nunc abbati simul cum præd' Arnolde de præd' placito si sibi viderint expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos eis scire feceris. Et hoc breve. T. &c.

Exigi facias al-
locat' com'.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd alloc' quatuor vel tribus comitatibus ad quos B. exactus fuit & non comparuit, prout tu ipse justitiariis nostris apud Westm' tali die proximè præterito mandasti; ipsum B. ad comitatum tuum extunc proximè tenend' ulterius exigi fac', & sic de comitatu in comitatum quousq;, &c. & unde tu ipse alias mandasti justitiariis nostris apud W. quòd præd' B. non est inventus, nec aliquid habet, &c.

Venire facias.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm' tali die M. Hormer, qui alias coram te prisonæ nostræ castri Norwic' se reddidit, & in eadem commoratur ut dicitur, ad respondendum P. reginæ Angliæ de placito quare cū eadem regina in feodo suo apud S. pro consuetudinibus & servitii sibi debitis per T. &c. servientem suum averia ipsius M. & quorundam T. & C. capi fecisset, præd' M. simul cum præd' T. & C. averia illa vi, &c. rescussit, & alia, &c. Et unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, quòd prædictus M. postquam se prisonæ nostræ prædictæ reddiderit, obiit in eadem, & testatum est in eadem curia nostra, quòd prædictus M. adhuc superstes est, &c.

Prohibitio de
vasto directa
parti.

¶ Rex, Guilhelo de H. salutem. Cū in statuto apud Glouc' nuper edito inter alia contineatur quòd cū placitum motum fuerit in curia nostra, tenens non faciat vastum nec estrepamentum de tenementis quæ sunt in demand' pendente placito inde in eadem curia nostra indiscusso, ac jam placitum in curia nostra coram, &c. inter Richardum atte M. petentem & Thomam tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in D. motum sit & pendens existit in eadem curia nra in præsentis: Tibi prohibemus firmiter injungendo, quòd non facias aliquod vastum vel estrepamentum in mesuagio prædicto, nec quicquam contra formam statuti prædicti quod in nostri præjudicium aut præfati Richardi damnum in hac parte cedere valeat, attentes sive attentari præsumas quovismodo, pendente placito prædicto in eadem curia nostra indiscusso. T. &c.

Prohibitio de
vasto directa vi-
cecomiti.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cū in statuto apud Gloucestr' nuper editum inter alia contineatur, quòd cum placitum motum fuerit in curia nostra, tenens non faciet vastum nec estrepamentum de tenementis quæ sunt in demand' pendente placito inde in eadem curia nostra indiscusso, ac jam placitum in curia nostra coram, &c. inter I. petentem & Edmundum tenentem, de uno mesuagio cum pertiñ in D.

motum

motum sit & pendens existit in eadem curia nostra in præfenti: Tibi præcipimus quòd non permittas prædictum Edmundum aliquod vastū vel estrepamentum in mesuagio præd' facere, nec quicquam contra formam statuti quod in nostri præjudicium aut præd' Johannis damnum in hac parte cedere valeat quovismodo attentare, pendente præd' placito in eadem curia nostra indiscusso.

¶ Rex, vic' salutem. Pone p vadium & salvos plegios Johannem episcopum Bathon' & Welleñ, ita quòd habeas coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii Johannem personam ecclesiæ de C. ad respondendum priori de B. de placito quòd reddat ei sexdecim libras quæ ei à retro sunt de annuo reditu octo solid' quem ei debet, & ad ostendendum quare non habuit coram justitiariis nris apud Westm' in octavis sancti Michaelis præd' clericum suum, sicut pluriès sibi mandatum fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve T. Rege. Bealknap, &c.

Breve de archi-
chiando episco-
pum ad habendu-
m clericum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas Johannē Gat & Henricum P. &c. jus sum' in curia nra coram justitiariis nostris apud Westm' inter I. & B. petentes & G. de K. tenentem de placito terræ, p omnes terras, &c. ita quòd, &c. Et quòd, &c. corā justitiar' nris apud Westm' in crastino sancti Martini vel coram dilecto & fideli nostro G. de B. uno justitiariorum nostrorum ad placita coronæ nostræ tenend' assignato, si prius die Jovis proximo post festum sanctæ Lucie virginis apud Nothing' venerit ad faciend' juratam illam, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaultis. Præcipimus etiam tibi quòd sex tales tam milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu præd' in juratam illam ponas, & illos habeas coram præfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium apud præfatum terminum, vel coram præd' Guilhelmo præd' die & loco, ad faciendum juratam illam, ita quòd jurata ad diem illum non remaneat capienda pro defectu juratorum. Et habeas ibi nomina eorum quos de novo apposueris, & hoc breve. T. &c.

Distringas jura-
tores.

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Lincoln' salutem. Mandamus vobis quòd de bonis ecclesiasticis Guilhelmi de B. clerici vestri in dioc' vestra, fieri fac' xxx. li. & illas habeatis coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis sancti Hillarii, ad respondendum Johanni de K. de quadraginta libris quæ ei in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westmonasterium adjudicatæ fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione cujusdam transgressi-
onis eidem Johanni per præd' Guilhelmum vi & armis & contra pacem nostram factæ, prout per quandam juratam coram dilecto & fideli nostro H. de K. apud D. inter eos summonitam & captam convictum fuit, & unde vicecomes noster Essex aliàs mandavit justitiariis nostris apud Westm', quòd præd' Guilielmus clericus est, & non habet laicum feodum in balliva sua unde aliqui denarii fieri possunt. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Breve episcopo
de fieri facias.

¶ Cùm Guilielmus de B. in curia nostra coram justitiariis nostris iti-
nerantibus

Scire facias in
assisa novæ dis-
seisinæ per bre-
ve de certifica-
tione.

nerantibus apud Derb', recuperasset seisinam suam versus Guilhelmum
atte Barre, de tertia parte unius mesuagii cum pertiñ in D. p. quandā
assisam novæ disseisinæ quā ibi inter eos summonita fuit & capta per
defaltam ipsius Guilhelmi atte Barre, ac idē Guilhelmus atte Barre
postea in præfata curia nra apud D. dixerit fuisse tenentē de præd' tertia
parte cum pertiñ, tempore quo præd' assisa inter eos inde transivit, &
protulit quoddam scriptum quietæ clamantiæ sub nomine cujusdam Jo-
hannis de B. fratris præd' C. de B. cujus hæres ipse est ut dicitur, eidē
G. atte Barre factum, de præd' tertia parte cum pertiñ, in quo con-
tinetur quòd idem I. obligavit se & hæredes suos ad warrantizand'
præd' Guilhelmo atte Barre præd' tertiam partem cum pertiñ, & per
statutum petierit inde sibi de remedio provideri: Nos volentes eidem
Guilhelmo atte Barre justitiam fieri in hac parte, tibi præcipimus quòd
per bonos & legales homines de com' tuo, scire facias præd' G. de B. qd'
sit coram justitiariis nostris itinerantibus apud Derb' die, &c. ostensur'
si quid pro se habeat quare juratores illius assisæ super confectioe præ-
dicti scripti & aliis articulis scriptum illud tangentibus, examinari non
debeant, si sibi viderit expedire. Præcipimus etiam tibi quòd venire
facias coram præfatis justitiariis nostris apud D. ad præfatum diem, ju-
ratam assisæ præd', ad recognoscendum super sacramentum suum si
præd', scriptum sit factum præd' I. & de aliis articulis scriptum illud
tangentibus, &c. Et habeas ibi nomina eorum p. quos ei scire feceris
jur' & hoc breve. T. Rege. Bealknap, &c.

Superfedeas in
breve de statuto.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi qd' venire facias coram justitiariis
nris apud Westm' tali die, xii. tam milites quàm alios liberos & lega-
les homines de visinetu de B. quorum quilibet habeat centum solida-
tas terræ, tenementorum, vel redditus p. annum ad minus, p. quos, &c.
& qui nec P. de H. nec R. de S. aliqua affinitate attingunt, ad recognos-
cendum, &c. si quoddam scriptum quietæ clamantiæ quòd idem R. in
curia nostra apud Westm' protulit sub nomine prædicti P. præfato
R. factum, de omnibus actionibus, quærelis, & demand', sit factum
Prædicti P. per quòd idem P. ab executione trecentarum librarum
coram Rogero Treule nuper majore villæ Bristoll, & Johanne tunc
clerico ad recognitiones debiti apud B. accipiendas deputatis, recogñ
se debere præfato P. per prædictum R. recogñ, certis terminis in re-
cognitione illa solvend', præcludi debet, sicut prædictus R. dicit vel
non sicut prædictus P. dicit, quia tam, &c. inter quos, &c. Præcipimus
etiam tibi quòd de executione super recognitione prædicta, per quod-
cunque breve nostrum prius inde tibi directum, donec aliud à no-
bis inde habueris in mandato, præfato Rogero inde faciend' super-
fedeas omnino. Et habeas ibi nomina juratorum & hoc breve. T.
&c.

Nisi prius super
Quale jus.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd I. de P. capellanus Cantar' capellæ san-
ctæ Trinitatis de Hull', in curia, &c. apud Westm' per considerationē
ejusdem curiæ nrae recuperavit seisinam suam versus W. priorem de L.
de uno mesuagio cum pertiñ in Hull', ut jus cantariæ capellæ suæ præd.

Sed

Sed quia dubitatur de fraude inter eos prælocuta, contra statutum nostrum quo continetur ne terra seu tēta ad manum mortuam deveniant quoquo modo: Tibi præcipimus quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm', à die Paschæ in quindecim dies, vel coram justitiariis nris ad assisas in com' tuo capiendas assignatis, si prius die Martis proximo post festum sancti, &c. apud Eborum venerint duodecim &c. de visinetu præd', quorum, &c. per quos, &c. & qui præd' Johannem nulla affinitate attingunt, ad recognoscend' quale jus idem Johannes habet in præd' tenementis cum pertiñ. Et quis, &c. ut de jure cantariæ præd', & quantum præd' tenementa valent per annum secundum verum valorem eorundem. Et interim, &c. quòd, &c. Et scire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis, &c. quòd sint coram justitiariis nostris apud Westm' ad præfatum terminum, vel coram præfatis justitiariis nostris ad assisas, &c. auditur juratam illam si voluerint. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas I. de K. & M. uxorem ejus, per omnes terras, &c. ita quòd, &c. Et habeas corpora eorum coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in quindena Paschæ, ad respondendum H. de C. & K. uxori ejus, de placito quare cum de communi consilio regni nostri Angliæ provisum sit, quòd non liceat alicui vastum, venditionem, seu destructionem facere de terris, domibus, boscis, seu gardinis sibi dimissis ad terminum vitæ vel annorum: Idem Johannes & M. de terris, domibus, boscis, seu gardinis in H. quæ M. N. & H. præfatæ M. & G. quondam viro suo ad vitam ipsorum Guilhelmi & Margaretæ dimiserunt, & quæ post mortem eorundem Guilhelmi & Margar' præfatis H. & K. uxori ejus & hæredibus ipsius H. remanerent, fecerunt vastum, venditionem, & destructionem, ad exhæredationem ipsius Katharinæ & contra formam provisionis prædictæ. Et ideo tibi, &c. ad audiendum judicium suum de plu' &c. Teste. &c.

De vasto.

Gloucester ca. 7.

Elegit.

Aliter.

¶ Cùm H. filius I. in curia nostra, &c. recuperasset versus L. de N. viginti sex libras & decem solidos, pro triplo damnorum suorum quæ habuit occasione quòd præd' L. fecit vastum, venditionem, & destructionem de tenementis in B. quæ tenuit ad vitam suam de hæreditate præd' H. Idem H. postea venit in eadem curia nra & elegit sibi liberari omnia bona & catalla præd' L. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum tenend' ut liberum tenementum suum juxta formam statuti nostri inde provisi, quousq; xxvi. li. & x. s. de præd' damnis inde levasset. Et ideo, &c. Et qualiter, &c. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Cùm Hugo de S. in cur' nra, &c. p. considerationē, &c. recuperasset versus I. de T. novem libras & xiii. solidos pro triplo damnorum suorum quæ habuit occasione quòd prædictus Johannes fecit vastum, venditionem, & destructionē, de terris, domibus, boscis, & gardinis, quæ idē I. tenet per legem Angliæ de hæreditate præd' H. ad exhæredationem ipsius H. prout per quandam inquisitionem quam nuper te fieri fecimus

convictum fuit : Idem H. venit in eadem curia nra, & per statutum nrm in hujusmodi casu provisum elegit sibi liberari omnia bona & catalla præd' Johannis præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum, tenend' ut liberum testum quousq; præd' ix. li. xiii. s. inde levaverit. Et ideo tibi præcipimus quòd omnia bona & catalla præd' Johannis præter boves & affros de caruca sua, & medietatem terrarum & tenementorum suorum in balliva tua, eidem H. sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum suum juxta formam statuti nostri præd', quousq; præd' ix. li. xiii. s. inde levaverit. Et qualiter, &c. scire facias, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Ad inquirendum de vasto.

¶ Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus, quod in propria persona tua accedas ad terras, domos, boscos, & gardina in C. quæ G. de K. dimisit Petro de T. ad terminum annorum. Et ibidem coram te venire facias xii. tam milites quam alios liberos & legales homines de visinetu præd', per quos rei veritas meliùs sciri poterit, & qui nec præd' G. nec præd' Petrum aliqua affinitate attingunt. Et per eorum sacramentum diligenter inquiras, quòd vastum & quam venditionem & destructionem præd' Petrus fecerit in præd' tenementis, videlicet fodendo duas acras terræ & puteos inde faciendo, & marliam & argillam inde vendendo ad valentiam viginti solid', prosterndo quandam aulam & maeremium inde vendendo ad valentiam viginti solid', quandam cameram precii viginti solid', & succidendo & vendendo centum quercus precii cujuslibet decem solid', xl. pomeria precii cujuslibet ii. s. ad exhæredationem ipsius G. Et inquisitionem quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm' à die sancti Hillarii in xv. dies, sub sigillo tuo & sigillo eorum per quorum sacramentum Inquisitionem illam feceris. Et tu ipse, &c. nec breve, &c. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris & hoc breve. T. &c.

Fieri facias.

¶ Præcipimus tibi quòd de terris & catallis I. de B. in balliva tua fieri facias centum solidos, & illos habeas, &c. à die, &c. ad reddend' R. de K. qui ei in curia nostra, &c. adjudicati fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione quòd præd' Johannes in octavis sancti Johannis B. proximè præteritis fecit se essonari de servitiis nostris versus præd' R. de placito debiti vel de placito conventionis, & non habuit inde warf suam in octavis sancti Michaelis tunc proximè sequentibus. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Gloucester cap. viii.

Aliter.

¶ Præcipimus tibi quòd de terris & catallis H. de C. in balliva tua fieri facias quinq; marcas, & illas habeas coram justitiariis, &c. ad reddend' H. de C. decem libras, quæ ei in curia nra, &c. apud Westm' p considerationem ejusdem, &c. adjudicatæ fuerunt, p damnis suis quæ habuit occasione cujusdam disseisinæ eidem H. per præd' R. factæ, prout per quandam assisam mortis antecessoris ibi inter eos sum' & captam convictum fuit. Et habeas, &c. M. &c.

Habeas corpora iiii militum.

¶ Præcipimus tibi quòd habeas corā justitiariis nostris apud Westm' in octavis

octavis sanctæ Trinitatis, corpora R. Paynel, Henr̄ de Halton̄, Thomæ de B. & Simonis de D. militum, quatuor militum sum' in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm', ad faciend' electionem magnæ assisæ nostræ inter I. de C. petentem & abbatem de R. tenentem, de uno mesuagio & duabus bovatis terræ cum pertiñ in N. ad faciend' electionem illam. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Præcipimus tibi quòd non omittas propter aliquam libertatem comitatus tui, quin p' sacramentum proborum & legalium hominum diligenter inquiras, quæ bona & catalla, terras & tenēta R. de T. & T. de K. habuerunt in balliva tua die Lunæ proximo post festum sanctæ Lucie virginis, anno, &c. vel unquam postea, quo die iidem R. & T. utlagati fuerunt ad sectam H. de T. pro computo eidem H. non reddito, de tempore quo fuerit receptor denariorū ipsius H. prout vicecomes noster London̄ justitiariis nr̄is apud Westm' in octavis, &c. tunc proximè sequentibus mandavit, & illa p' eorundem sacramentum extendi & appreciari facias, juxta verum valorem eorundem. Et ea, quæ p' inquisitionem illam inveneris, in manum nr̄m capias & salvò custodiri facias. Et extentā & appreciationē, quas inde feceris, scire facias justitiar̄ nr̄is apud Westm' à die, &c. distinctè & aperitè sub sigillo tuo & sigillis eorū p' quorū sacramentū extentā & appreciationē illas feceris. Ac pro eo quòd iidē R. & T. vagantur, latitant, & discurrunt in balliva tua, & in nr̄i & coronæ nr̄æ præjudicium ut accepimus: Tibi præcipimus quòd præd' R. & T. ubicunq; in balliva tua tam infra libertatem quam extra inveniri contigerint, capias eos & salvò custodias, ita quòd eos habeas coram justitiar̄ nr̄is apud Westm' ad præfatum terminum, ad faciend' & recipiendum quod curia nr̄a consideraverit de eis in hac parte. Et habeas ibi nomina eorum p' quorum sacramentum extentam & appreciationem illam feceris & hoc breve. T. &c.

¶ Cùm nuper tibi præceperimus, quòd omnia terras & tenementa H. de G. defuncti, quæ habuit in balliva tua quinto die Maii, anno regni domini E. nuper regis Angl' patris nr̄i sexto vel unquam postea, ad quorūcunq; manus devenissent, nisi, &c. T. le Fourbour sine, &c. tenend' &c. juxta formā, &c. donec xl. li. quas præd' H. præd' die & anno vel postea, quæ virtute scripti nr̄i præd' extendi potuerunt, & eadem terras & tenementa quæ ad xlviis. p' annum extendebantur, præfato Thomæ p' extentā illam in forma præd' liberaſti, & quia ex parte Johanni de B. cui præd' H. post diem recognitionis prædictæ omnia prædicta terras & tenementa sua alienavit ut dicitur, nobis est ostensum, quod licet prædicta terræ & tenementa præfato T. ut prædictum est, liberata, ad xlviis. tantum extendebantur: Idem tamen T. de G. & Æva uxor ejus, quibus idem T. le Fourbour statum suum de prædictis tenētis post liberationem prædictam p' te inde ei factam ulterius dimisit ut accepimus, de exitibus prædictorum terrarum & tenentium, eò quòd verus valor eorundem p' annū ad maximam summam ultra extentā prædictam se extendit, decem libras ultra debitum præd' jam levaverunt, super quo nobis est supplicatum præfato Johanni in hac parte de remedio congruo

Capias utlagatum.

Venire facias ad computandum.

congruo providere. Nos volentes eidem Johanni in præmissis fieri quod est justum, tibi præcipimus quod venire facias coram justitiariis nostris, &c. præd' T. & G. & Ævam, ad computandum cum præd' Johanne de exitibus præd' tenementorum juxta verum valorem eorundem, à tempore liberationis præd' prædicto T. le Fourbour inde factæ perceptis, ulterius factur' & receptor' quod curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas, &c. T. &c.

Seifina per examinationem. ¶ Scias quod compertum est in curia nostra coram justitiariis nostris, &c. per examinationem in eadem curia nostra factam, quod H. fil' F. de L. falsò & in deceptione ejusdem curiæ nostræ recuperavit seifinam suam versus R. de K. & A. uxorem ejus, de duabus acris terræ cum pertiis suis inde per defaultam ipsorum R. & A. per quod consideratum fuit in eadem curia nostra quod præd' R. & A. haberent seifinam suam de præd' terra cum pertinentiis suis. Et ideo tibi præcipimus quod eidem R. & A. de præd' terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seifinam rehabere facias. T. &c.

Habeas corpora ad assisas. ¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram justitiariis ad assisas in com' tuo capiendas assignatis, die Lunæ in festo sanctæ Margaretæ virginis, corpora I. de W. & N. de A. &c. recogn' assisæ novæ disseisinæ inter H. de D. querentem & I. de C. tenentem, de duabus acris terræ cum pertinentiis in D. ad faciendam recognitionem assisæ præd'. Præcipimus etiam tibi quod reattachias præd' I. quod sit coram justitiariis nostris apud Eborum ad præfatum terminum, auditorus recognitionem assisæ præd'. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

Seifina in assisa. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quod R. de B. in curia nostra coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo arraiñ capiend' assignatis, recuperavit seifinam suam versus I. de K. de uno mesuagio cum pertinentiis in K. per quandam assisam novæ disseisinæ apud Novum castrum super Tynam inter eos sum' & captam. Et ideo tibi præcipimus quod eidem R. de præd' mesuagio cum pertinentiis per visum recognitorum assisæ præd', sine dilatione plenariam seifinam habere facias. T. &c.

Fieri facias de assisa. ¶ Præcipimus tibi quod de terris & catallis A. de C. in balliva tua fieri fac' xl.li. & illas sine dilatione liberari facias H. de B. de xl.li. quæ ei in curia nostra coram justitiariis nostris ad assisas in com' tuo capiendas assignatis apud Eborum adjudicatæ fuerunt, prodamn' suis quæ habuit occasione cujusdam disseisinæ eidem H. per præfatum E. factæ de tenementis in D. prout per quandam assisam novæ disseisinæ ibi inter eos sum' & captam convictum fuit. T. &c.

Seifina nulla fraude. ¶ Scias quod abbas de K. in K. &c. recuperavit seifinam suam versus H. de L. de uno mesuagio cum pertiis in K. per defaultam ipsius H. nulla collusionione inter eos prælocuta, prout per quandam juratam nuper in eadem curia nostra captam convictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quod eidem abbati de præd' mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seifinam habere facias. T. &c.

¶ Cum

¶ Cùm I. de B. in curia dñi Edwardi nuper Regis Angliæ patris nostri apud W. die Veneris proximo post festum Paschæ, anno, &c. cognovit se debere G. de S. centum solidos, unde ei reddidisse debuit ad festum Natalis Dñi tunc proximè futurum xxv. solidos, & ad festum Paschæ tunc, &c. xxv. solidos, & ad festum, &c. xxv. solidos, & ad festum &c. xxv. solidos: Præd' Johannes præfato Guilhelmo in vita sua prædictos denarios non reddidit, prout ex insinuatione N. fil' G. & Sampsonis le Pynder executorum testamenti ejusdem G. accepimus. Et quia volumus ea quæ in curia prædicti patris nostri rite acta sunt, debitæ executioni demandari: Tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo, scire facias prædicto I. quòd sit coram justitiariis, &c. ostensurus si quid pro se habeat vel dicere sciat quare prædicti denarii de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & prædictis executoribus reddi non debeant, si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Scire facias super cognitione.

¶ Summoneas per bonos summonitores I. de W. quòd sit coram justitiariis nostris ad assisas in com' tuo capiendas assignatis, apud E. tali die, ad warrantizandum G. de P. unum mesuagium cum pertiñ in D. unde Alicia de L. in curia nostra coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, arrainavit quandam assisam mortis antecessoris versus eum, unde idem G. in eadem curia vocavit prædictum Johannem ad warrantum versus eam. Et habeas ibi sum'. Et hoc breve. T. &c.

Summons in assisa ad warrantum.

¶ Cùm nuper tibi præceperimus quòd ceperes Henricum de Linc' si inventus fuerit in balliva tua, & eum salvò custodiri faceres, ita quòd eum haberes coram justitiariis ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis apud H. tali die, ad satisfaciendum nobis de eo quare vi & armis disseisivit Johannem de R. de tenemento in G. prout per quandam assisam novæ disseisinæ ibi inter eos summonitam & captam convictum fuit: Idem Henricus postea venit coram justitiariis nostris, & fecit finem nobiscum de transgressione præd'. Et ideo tibi præcipimus quòd de eodem Henrico ulterius capiendo, occasione præd' superfedear omnino. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, scire facias præfatis justitiariis nostris apud Westm' in octavis S. Hillarii. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Superfedear in assisa.

¶ Cùm nuper tibi præceperimus, quòd corpus I. de K. si laicus esset caperes, & in prisona nra salvò custodiri faceres, donec D. de D. de quadraginta libris plenè satisfacisset, quas idem I. tali die & anno tali coram G. B. &c. & Johanne de C. tunc clerico ad recognitiones debitorum apud E. accipiend' deputatis, recognovit se debere præfato G. & quas ei, &c. & illas nondum, &c. ut dicitur, & qualiter hoc præceptum nrm fueris executus, scire facias justitiariis nris apud Westm' in quindena S. Hillarii proximè præterita: Idem Johannes ad diem illum venit in eadem curia nostra, & placitavit inde cum prædicto Guilhelmo, & posuit se inde in juratam patriæ, & habet diem coram justitiariis nostris

Superfedear de statuto.

nostris apud Westmonasterium à die Paschæ in quindecim dies. Et ideo tibi præcipimus quòd de executione super cognitione præd' præfati Wilhelmo ulterius facienda, donec aliud à nobis habueris in mandato, superfedeas omnino. Et qualiter, &c. ad præfatam quindenam Paschæ. Et habeas, &c. T. &c.

Elegit.

¶ Cùm nuper tibi præcepimus, quòd omnia bona & catalla G. de K. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum in balliva tua, Thomæ de P. sine dilatione liberari faceres per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum juxta formam statuti nostri inde provisum, quousq; undecim marcas & tres solidos, quos idem Thomas in eadem curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' p considerationem, &c. recuperavit versus eum, & etiam quadraginta solidos qui eidem Thomæ in eadem curia nostra adjudicati fuerunt pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis debiti prædicti, inde levasset, & qualiter illud præceptum nrm fuisses executus, scire faceres justitiariis nris tali die proximo: Tu præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad diem illum mandasti, quòd præd' Guilhelm' non habet bona seu terras nec tenita in balliva tua, sed quicquid habuit alienavit. Et quia testatum est in eadem curia nra, quòd prædictus Guilhelm' die Mercurii proximo post festum, &c. anno, &c. quando jurata inter eos coram dilecto & fideli nostro Henr' de A. apud E. capta fuit, habuit terras & tenementa in balliva tua, quæ præd' Thomæ juxta formam statuti nostri prædicti liberari possunt: Tibi præcipimus quòd medietatē terrarum & tenitorum quæ idē Guilhelmus habuit in balliva tua prædictis die & anno, ad quorumcunq; manus devenerunt, eidem Thomæ sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenementum suum in forma prædicta, quousq; prædictas xi. marcas & tres solidos & etiā damna sua prædicta inde levaverit. Et qualiter, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliàs de vasto. ¶ Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præcepimus, quòd in propria psona tua accedas ad tenita vastata in B. quæ Johannes de K. dimisit Henrico de G. ad vitam ipsius Henrici. Et ibidem coram te, &c. duodecim, &c. de visinetu præd', p quos rei veritas meliùs sciri poterit, & qui nec præd' Johannem nec præd' Henricum aliqua affinitate attingunt. Et p eorum sacramentum diligenter inquiras, quòd vastum quam venditionem, destructionem, & exilium præd' Henricus fecerit in prædictis tenementis, videlicet fodendo in una acra terræ, & puteos inde faciundo, & marliam & argillam inde vendendo pretii centum solid', & exulando quosdam Henr' & Harmannum, &c. nativos ipsius Johaū quorum quilibet tenet unum mesuagium & unum virgatam terræ in villenagio in præd' villa de E. per graves & intolerabiles districtiones, ad exhæredationem ipsius Johannis. Et inquisitionem, quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris, &c. à die, &c. Et tu ipse, &c. nec breve, &c. Teste, &c.

¶ Rex

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm H. de F. & M. uxor ejus in curia nra coram H. de B. & sociis suis, &c. apud N. p. quendam assisam no. dis. recuperasset versus Rob' de H. & Johannem uxorem ejus seisinam suam de octo solidis redditus cum pertinentiis in N. ac tibi præcepimus quod eidem Henrico de F. & M. de præd' redditu cum pertinentiis p. visum recognitorum sine dilatione plenariam seisinam habere faceres: Tu inde nihil fecisti, prout ex gravi quærela ipsorum Henrici & Margarete accepimus. Et ideo tibi præcipimus sicut aliàs tibi præceperimus, quòd eidem Henrico de F. & M. de præd' redditu cum pertinentiis, p. visum recognitorum assisæ præd' sine dilatione plenariam seisinam habere facias, vel causam ob quã id non feceris scire facias præfatis justitiariis, &c. tali die, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliàs seisina.

¶ Rex, justitiariis suis ad assisas in comitatu tali capiendas assignatis salutem. Cùm nuper N. de B. vicecomiti nro comitatus præd' præceperimus, quòd distringeret Johannem de W. per omnes terras, &c. & quòd haberet corpus coram justitiariis, &c. tali die, ad respondend' A. de C. de placito debiti: Idem vicecomes ad diem illum de sex solidis & octo denariis, de exitibus terrarum & catallorum præd' Johannis nobis respondit, quòd cùm testatum est in eadem curia nostra quòd idem vicecomes de centum solidis de exitibus terrarum & catallorum præd' Johannis ad diem illum nobis respondisse potuit. Et ideo vobis mandamus quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu præd', in præsentia ipsius vicecomitis si interesse voluerit, diligenter inquiretur de quibus & quantis exitibus terrarum & catallorum præd' Johannis, idem vicecomes à tempore quo breve nostrum de præd' districtione sibi inde venit, usque ad quindenam Paschæ nobis respondisse potuit. Et inquisitionem, quam inde feceritis, constare faciatis justitiariis, &c. tali die per literas vestras patentes. Et habeatis, &c. T. &c.

Justitiariis ad assisas de inquirendo de exitibus.

¶ Rex, venerabili in Christo patri H. eadem gratia Lincolni episcopo salutem. Sciatis quòd cùm Johannes de Noting' clericus, in curia nostra, &c. arrainasset quendam assisam mortis antecessoris versus H. de Ditton', de uno mesuagio in D. de morte Guilhelmi patris præd' Johannis cujus hæres idem Johannes se esse asserbat, idem Henricus venit in eadem curia nostra, &c. & dixit quòd præd' I. nullus hæres esse potest, pro eo quòd bastardus est, & quia hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mandaverimus quòd convocatis coram vobis convocandis, rei veritatem super hoc diligenter inquireretis, & quid inde inquisissetis constare faceretis justitiariis nostris, &c. per literas vestras patentes: Vos nihil inde fecistis. Et ideo vobis mandamus sicut aliàs, &c. convocatis coram vobis convocandis, Rei veritatem super hujusmodi diligenter inquiretis. Et quid inde inquisieritis, constare faciatis justitiariis nostris, &c. p. literas vestras patentes. Et habeatis ibi hoc breve. Teste, &c.

Breve episcopo ad inquirendum de bastardia.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Facias habere visum abbati de M. de uno molendino prioris de Watton' & quadraginta acris terræ ejusdem ab-

Facias visum.

batis in eadem villa, unde idem prior in curia, &c. apud Westm' exigit sectam ad molendinum suum præd', de omnibus bladis crescentibus in eadem terra. Facias etiam habere Johanni de K. visum de præd' molendino & decem bovatis terræ ejusdem Johannis in eadem villa, unde idem prior in eadem curia nostra exigit sectam ad molendinum suum præd' & de omnibus bladis crescentibus in eadem terra, & sic de singulis. Et dic', &c. Et habeas, &c.

Fieri facias.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis Galfridi de Lucy tenentis terrarum & tenementorum quæ fuerunt Arnolphi de Lucy à die Paschæ in quindecim dies anno regni dñi Edwardi nuper regis Angliæ decimoquarto in balliva tua, fieri facias sex libras, & illas habeas coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, ad reddendum priori sanctæ Trinitatis Londoñ de arreragijs cujusdam annui redditus decem solidorum, quem idem prior in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' per considerationem ejusdem curiæ n'ræ recuperavit versus eum, singulis annis in festo sancti Michaelis solvend'. Et unde ei reddidisse debuit termino sancti Michaelis anno regni nostri Angliæ quinto decem solidos, & termino sancti Michaelis anno regni, &c. sexto decem solidos, & termino sancti Michaelis anno regni, &c. septimo decem solidos, & illos nondum reddidit. Et habeas ibi hoc breve. Teste. &c.

Distringas episcopum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut pluriès, &c. quòd distringas custodem spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante, per omnes terras, &c. & quòd de exitibus, &c. ita quòd habeas coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis sancti Hillarii Guilhelmum de Derb' clericum suum, ad respondendum Johanni de K. de placito quòd reddat ei triginta libras, quas ei injustè detinet ut dicit, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaultis. Et habeas ibi hoc breve. Teste. &c.

Fieri facias ad episcopum.

¶ Rex venerabili in Christo patri Arnulpho eadem gratia episcopo Winton' salutem. Mandamus vobis quòd de bonis ecclesiasticis L. de K. nuper personæ ecclesiæ de Derb' clerici vestri, in dioc' vestra fieri faciatis viginti quatuor libras, & illas habeatis coram justitiariis nostris apud Westmonasterium à die sancti Michaelis in quindecim dies, ad reddendum Bernardo De M. quas idem Barnardus in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' per considerationem ejusdem curiæ n'ræ recuperavit versus eum. Mandamus etiam vobis quòd de bonis ecclesiasticis præd' Laurentii in dioc' vestra fieri faciatis decem solidos, & illos habeatis coram præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad præfatū terminum, ad reddend' præd' B. de 12. marcis quæ ei in eadem curia nostra adjudicatæ fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis debiti præd'. Et habeas, &c. T. &c.

Seisina de vasto in dote.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Sciatis quòd compertum est in curia n'râ coram justitiariis nostris apud Westm', p quandam inquisitionem quam nuper per te fieri fecimus, quòd C. quæ fuit uxor Johannis de B. fecit vastum, venditionem, & destructionē, de domibus, boscis, & gardinis cum

cum pertinentiis in F. quæ tenet ad vitam suam de hæreditate Johannis de D. videlicet prosternendo unam aulam, & succidendo & vendendo 20. pomeria, &c. ad exhæredationem ipsius Iohannis. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem Johanni de præd' tenementis vastatis per visum juratorum inquisitionis præd' sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

¶ Præcipimus tibi sicut pluriès, &c. quòd distringas M. quæ fuit uxor Guilhelmi de Dacre p omnes terras, ita quòd, &c. & quòd de exitibus &c. & quòd habeas, &c. apud Westm' in octavis s. Hillarij, ad respondend' I. de M. de placito quòd acquietet ipsum de servitio quod Hugò H. de C. ab eo exigit de libero tenemento quod de præfata M. in A. tenet, unde eadem A. quæ media est inter eos eum acquietare debet ut dicit. Præcipimus etiam tibi quod in duobus plenis comitatibus tuis publicè proclamari facias, quòd præd' Margareta veniat coram præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad præfatum terminum, præfato I. inde responsur' si voluerit. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum nuper tibi præceperimus, qd' distringeres Henr' de F. per omnes terras, &c. & quòd de exitibus, &c. Et quòd haberes corpus ejus, &c. tali die proximè præterito, ad respondendum Henrico de C. de placito quare cum de communi consilio regni nri Angliæ provisum sit quòd non liceat alicui vastum, venditionem, seu destructionem facere de terris, domibus, boscis, seu gardinis sibi dimissis ad terminum vitæ vel annorum: Idem Henricus de F. de domibus & gardinis in C. quæ præd' Henricus de C. ei dimisit ad vitam, &c. fecit vastum, &c. ad exhæredationem, &c. contra formam provisionis præd' ut dicitur. Ad quem diem præd' Henricus de F. fêcit defaultam, per qd' consideratum fuit in eadem curia nostra quòd in propria persona tua accederes ad præd' tenementa vastata, & ibidem inquirereres de vasto facto in eisdem. Et ideo tibi præcipimus quòd in propria persona tua accedas ad præd' tenementa vastata, & ibidem coram te venire facias duodecim liberos & legales homines de visinetu præd', per quos &c. & qui præd' H. de C. nulla affinitate attingunt. Et per eorum sacramenta diligenter inquiras, quod vastum, quam venditionem & destructionem præd' Henricus de F. fecit in tenementis præd', videlicet prosternendo unam aulam & maeremium inde capiendo & vendendo pretii centum solid', unum pistrinam pretii centum solid', unum stabulum pretii quadraginta solid', in gardinis, videlicet succidendo & vendendo duodecim fraxinos pretii cujuslibet, 12.d.12. pomeria pretii, &c. ad exhæredationem & contra formam statuti præd'. Et inquisitionem, quâ inde feceris, &c. scire facias, &c. in crastino Animarum sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris, & hoc breve. Teste, &c.

¶ Scias quòd compertum fuit in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm', quòd Thomas de B. injustè cepit averia, videlicet duos porcos R. de G. in separali solo Johannis de Coupelond' damnum facientes, prout ipse ut ballivus ipsius Johannis de Coupelond' cogno-

vit, prout per quandam juratam in curia nostra coram justitiariis nris in comitatu ad assisas capiendas assignatis apud A. nuper inde inter eos summonitam & captam, per quod consideratum fuit in eadem curia nra, quod idem R. nihil caperet per breve suum, sed esset in misericordia pro falso clamore suo, & quod prae'd' T. iret inde sine die, & haberet retornum prae'd' porcorum irreplegiabile. Et ideo tibi praecipimus quod eidem T. retornum porcorum prae'd' irreplegiabile sine dilatione habere facias in forma prae'd' T. &c.

Statutum de laboribus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Praecipimus tibi quod capias Joh. de W. & Nicholaum de S. Si inventi fuerint in balliva tua, & eos salvo custodias, ita quod habeas corpora eorum coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sanctae Trinitatis, ad respondendum tam nobis quam Thomae de G. de placito quare cum per nos & consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri ordinatum sit, quod quilibet homo & foemina regni nostri cujuscunq; conditionis fuerint, liberae vel servil', potens in corpore & infra aetatem quadraginta annorum, non vivens de mercatura, nec certum exercens artificium, non habens de suo proprio unde vivat, vel terram propriam circa hujus culturam se occupare poterit, & alteri non serviens, si de serviendo in servitio pro statu suo congruo fuerit requisitus vel requisita, servire teneatur illi qui sic eum vel eam duxerit requirend', & percipiat duntaxat vadia, liberationes, mercedes, seu salaria quae in locis ubi servire debeat anno, &c. vicesimo vel annis communibus quinq; vel sex proximè praecedentibus solita sunt praestari, & si talis vir vel mulier de sic serviendo requisitus vel requisita hoc facere noluerit, statim capiatur & mittatur proximae gaolae, & ibidem sub arcta moretur custodia, quousq; securitatem invenerit de serviendo in forma prae'd': Iidem Johannes & Nicholaus potentes in corpore & infra aetatem sexaginta annorum, non viventes de mercatura, nec certum exercentes artificium, non habentes de suo proprio unde viverent vel terram propriam circa cujus culturam se potuerint occupare, & alteri non servientes, de serviendo in servitio congruo considerato statu suo à prae'd' Thoma requisiti, percipiendo vadia juxta formam ordinationis prae'd' se recusaverunt, in nostri contemptum & ipsius Thomae grave damnum, & contra formam ordinationis prae'd', & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westmonasterium à die Paschae in quindecim dies, quod prae'd' Johannes & Nicholaus non sunt inventi in balliva tua. Et habeas, &c. T. &c.

Contra magistrum & servientem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Praecipimus tibi quod distringas I. de A. p. omnes terras, &c. & quod de exitibus, &c. & quod habeas corpus ejus coram justitiariis nris apud Westm' in octavis sanctae Trinitatis, ad respondend' tam nobis quàm W. de G. de placito quare cum per nos & consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri ordinatum sit, quod si aliquis serviens cujuscunq; status seu conditionis fuerit in servitio aliqujus retentus, ante finem termini concordati à dicto servitio sine causa rationabili vel licentia recesserit, poenam imprisonmenti subeat, & nullus sub eadem poena talem in servitio suo recipere vel retinere praesumat: prae'd'

præd' I. de A. I. de L. nuper servientem præd' W. in servitio suo apud A. retentum, qui ad eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius W. recessit, in servitium ipsius I. de A. quanquam ipse de præfato I. de L. eidem W. restituendo requisitus fuerit, admisit & retinuit, in nostri contemptum, & ipsius W. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Præcipimus etiam tibi quod capias prædictum I. de L. si, &c. & salvo, &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris ad præfatum terminum, ad respondendum tam nobis quàm præfato W. de G. quare à servitio ejusdem W. de G. absque causa rationabili & licentia sua ut prædictum est recessit, in nostri contemptum & ipsius W. de G. grave damnum, & contra ordinationem prædictam, & unde, &c. quòd prædictus I. de L. non est inventus in balliva tua. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd capias D. de D. si &c. & eum, &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud W. in octavis sanctæ Trinitatis, ad respondendum tam nobis quam H. de H. de placito quare cùm per nos & consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri ordinatum sit, quod si aliquis serviens cujuscunq; status seu conditionis fuerit, in servitio alicujus retentus ante finem termini concordati à dicto servitio sine causa rationabili, vel licentia recesserit, pœnam imprisonmenti subeat: Prædictus R. nuper serviens ipsius H. in servitio suo apud C. retentus, ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius G. recessit, in nostri contemptum & ipsius D. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ, & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud W. in octavis sancti Michaelis, quòd prædictus D. non est inventus in balliva tua. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis s. Michaelis, vel coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo per formam statuti nostri inde provisum capiend' assignatis, si prius die Lunæ proximo ante festum sancti Laurentii apud Appulby venerint, 12. tam milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu de Overtoñ, quorum quilibet habeat centum solidatas terræ, tenementorum vel redditus per annum ad minus per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui nec Guilhelmum de M. nec A. de Warenes de Wakefeld' aliqua affinitate attingunt, ad recognoscendum super sacramentum suum si præd' Adam die Lunæ proximo antefestum sancti Martini anno regni nostri 35. vi & armis, scil. gladiis, baculis, arcibus & sagittis, bona & catalla sua videlicet 4. saccos lanæ ad valentiam 20. marcarum apud Overtoñ inventos cepit & asportavit sicut præd' Guilielmus dicit, vel non sicut præd' Adam dicit, quia tam præd' Adam quam præd' Guilielmus, inter quos contentio inde est, posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina jus & hoc breve. T. &c.

Nisi prius.

Post exigendas. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm I. &c. in curia, &c. implacitasset W. de S. de eo quòd redderet, &c. idem W. pro eo quòd non venit in curia, &c. præfato I. inde responsurus, secundum legem & consuetudinem regni nostri positus fuisset in exigendis ad utlagandum, & ea occasione postmodum utlagatus, & occasione utlagariæ illius se prisonæ nostræ de Flete reddiderit: Nos utlagariam illius ei perdonavimus, ita tamen quòd stet recto in eadem curia nostra secundum formam statuti inde provisi, si prædictus I. versus eum loqui voluerit, &c.

Habere facias visum. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione facias C. &c. visum, &c. facias etiam habere A. &c. visum, &c. quæ Johān quæ, &c. in curia nostra, &c. clamat ut jus suum separatim versus eos. Et dicas, &c. Et habeas ibi, &c. Teste, &c.

Seisina. ¶ Rex, vicecomiti Berk' salutem. Scias quòd Johanna quæ fuit uxor T. de A. in curia nostra, &c. recuperavit seisinam suam versus C. & L. de una acra terræ cum pertinentiis in C. per defaultam ipsorum C. & L. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem Johannæ de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias, T. &c.

De hærede raptò. ¶ Rex, vicecomiti Sufflex salutem. Præcipimus tibi quòd distringas S. de L. per omnes terras, &c. ita quòd nec, &c. & quòd habeas, &c. corpus ejus, &c. apud W. &c. ad respondend' Johanni duci Lancastri de placito quare vi & armis I. filium & hæredem Johannis S. infra ætatem existentem, cujus maritagium ad ipsum ducem pertinet, apud Westm' inventum rapuit & abduxit, contra voluntatem ipsius ducis & contra pacem nostram, & ad, &c. Et interim diligenter inquiras ubi hæres ille sit in balliva tua, & ubicunq; inventus fuerit capias & salvò & securè custodias, ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nris apud Westm' ad præfatum terminum, ad reddendum cui præd' ducis & Simonis reddi debeat. Et habeas ibi, &c. Teste, &c.

Superfedeas de exigendis. ¶ Rex, vicecomitibus London' salutem. Cùm nuper vobis præceperimus quòd exigi faceretis Johannem de C. de Husting' in Husting', quousq; secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ utlagaretur si non comparuisset, & si comparuisset tunc eum caperetis & salvò custodiri faceretis, ita quòd haberetis corpus ejus coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis s. Hillarii proximè futuris, ad respondend' Rogero S. de A. de placito quòd reddat ei viginti libras quas ei debet & injustè detinet ut dicit: Idem I. postea venit in eadem curia nostra, & invenit nobis sufficientem manucaptionem essend' coram præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad præfatum terminum, ad respondendum præfato Rogero de præd' placito. Et ideo vobis præcipimus quòd de præd' Johanne ulterius exigend', utlagand', capiend', seu in aliquo molestand', occasione præmissa supersed' omnino. Et interim eidem Johanni firmam pacem nostram habere permittatis. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueritis executi, scire fac' justitiariis nostris apud Westmonasterium, &c. Et habeatis, &c. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex vic' salutem. Capias, &c. unum mesuag', &c. qd' B. simul cum E. sorore ipsius in curia, &c. clamat ut jus ipsorum B. & C. versus A. & D. pro defectu ipsius D. Et diem, &c. Et sum' præd' C. quod sit coram justitiariis nostris ad præfatum terminum, ad sequendum jus suū simul cum præd' B. versus præd' A. & D. de placito præd' si voluerit. Et habeas, &c. T. &c.

Cape qñ unus petentum venit & alius non.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quod venire fac', &c. A. B. C. D. &c. milites electos in curia, &c. ad faciendum recogn' magnæ assisæ nostræ inter A. petentem & B. tenentem, de uno mesuagio, &c. & ad faciend' assisam illam. Et habeas, &c.

Ad faciend' venire 12. electos magnæ assisæ.

☞ Eodem modo summeas iij, homines ad eligendum xii. &c. ad faciend' juratam loco magnæ assisæ.

Regula.

☞ Et in forma præd' fiat breve de faciend' venire xii. &c. muratis mutandis, &c.

Regula.

¶ Rex vic' Eborum salutem. Præcipimus tibi qd' habeas, &c. in octavis sancti Michaelis illos 60. s. de 20. li. quos de terris & catallis I. de G. in balliva tua fieri fecisti & penes te detines, prout ipse justitiariis nostris apud Westm' mandasti, ad respondendum P. de C. qui ei adjudicati fuerunt pro damnis suis quæ habuit, occasione quod præd' I. eum injustè impedivit ad præsentandum idoneam personam ad ecclesiam de D. unde convictus est. Præcipimus tibi quod de terris præd' I. in balliva tua fieri fac' residuum præd' denar', & illos habeas coram, &c. ad præfatum terminum, ad reddend' præd' P. pro damnis suis præd'. Et habeas, &c.

Ad habend' denarios levatos.

¶ Rex vic' salutem. Præcipe T. quod juste, &c. reddat I. &c. unum mesuag', &c. in quod idem T. non habet ingressum nisi tanquam dñs feodi illius ratione utlagariæ quondam promulgatæ in præd' I. in com' Kanc' unde rectatus fuit quæ quidem utlagaria postmodum in curia nostra per ejusdem curiæ considerationem revocata fuit & adnihilata ut dicitur. Et nisi, &c. Et præd', &c.

Breve de ingressu ubi dñs sefivit ratione utlagariæ jam revocatæ & adnihilatæ.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi, &c. quod habeas, &c. corpora G. C. & D. &c. jur' sum' in curia, &c. inter P. & D. quærentes & G. de L. de placito trñs, ac faciendum juratam illam. Et habeas, &c. T. &c.

Habeas corpora juratorum.

¶ Rex vic' salutem. Distringas D. C. & B. &c. jur' summonitos in curia nostra, &c. inter Richardum de M. quærentem & M. de G. de placito transgressionis, per omnes terras, &c. in octavis Hillarii, ad faciendū juratam illam, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaultis. Et habeas, &c. T. &c.

Distringas juratores.

¶ Rex vic' salutem. Monstravit nobis R. de C. quod cum I. de B. averia præd' R. cepisset & injustè detinisset, & tu ad quarimoniam ipsius R. prout moris est averia illa ei replegiasses, & ei dedisses diem ad proximū com' tuum, & præd' I. attachiasses, ad respondendum super hoc præfato R. & postmodum tibi præceperimus quod haberes recordum loquelæ prædictæ coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in 15. sancti Johannis Baptistæ anno regni nostri 38. tunc proximè sequenti: Idem Johannes pendente placito coram justitiariis nostris præd', averia prædicti R. interim cepit ea occasione qua prius ea ceperat, &

Withernamium.

sicut prius detinet, & in contemptum præceptorum nostrorū se iustitiariis non permittit. Et quia hoc injustum est & manifestè contra pacem nram: Tibi præcipimus qd' capta securitate à præfato R. de clamore suo prosequendo, poneres p vadium & salvos plegios præfatū I. quòd esset coram iustitiariis nostris apud Westm' in crastino Animarum proxime præterito, ad respondend' nobis de contemptu præd' & præfato R. de transgressione præd', & qd' interim averia illa eidem R. replegiari faceres: Tu præfatis iustitiariis nris apud Westm' ad diem illū mandasti, quòd averia præd' R. quæ præd' I. cepit fuerunt elongata ad loca ignota, ita quòd visum de eisdem averiis seu deliberationem inde habere non posses. Et ideo tibi præcipimus qd' averia præd' I. in balliva tua in Withernamium capias, & ea solvò & securè custodire fac', donec averia præd' R. repleg' possis, juxta tenorem brevis nri prius inde tibi directi. Et qualiter, &c. scire, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De exitibus re-
habendis.

W. I. cap. 44.

¶ Rex vic' salutem. Scias quòd A. quæ fuit, &c. quæ districta fuit ad respondendum B. de placito computi p magnam dist' quam ei p præceptum nrum prius inde tibi directum fecisti in curia nostra comparuit. Et ideo, &c. quòd dist' illam omnino relaxes, & omnimodos exitus de terris & catallis præd' A. in balliva tua quos ea occasione fieri fecisti, eidem A. sine dilatione rehabere facias. T. &c.

Ad acquietan-
dum mediam.

¶ Rex vic' salutem. Scias qd' cum A. in curia, &c. sum' esset ad respondendum B. de placito quòd acquietet eum de homagio suo & servitio trium solidorum per annum, quod C. ab eo exigit de uno mesuagio cum pertinentiis in M. quod idem B. tenet de præfato A. in M. per servitium unius denarii per annum p omni servitio: Idem A. venit in eadē curia nostra, & cogn' quòd præd' B. per præd' servitium versus quoscunq; acquietare debet. Et ideo tibi præcipimus quòd distringas præd' A. ad prædictum B. versus præd' C. per præd' servitium acquietand' T. &c.

Breve episcopo
ad inquirendum
si mulier sit legi-
time matrimonii
copulata.

¶ Rex venerabili in Christo patri R. eadem gratia Lincoln' episcopo salutem. Sciatis quòd cum B. quæ fuit uxor C. in curia, &c. peteret versus A. tertiam partem unius mesuagii cum pertinentiis in M. ut dotē suam: Idem A. venit in eadem curia nostra & dixit quòd eadem B. non debet inde dotem habere, eo quòd nunquam fuit præd' C. legitimo matrimonio copulata. Et quia hujusmodi causæ cognitio ad forum ecclesiasticum spectat: Vobis mandamus quòd convocatis coram vobis, &c. rei veritatem super hoc diligenter inquiretis, & quid inde inquiretis, &c. T. &c.

Summoneas ad
sequend' simul.

¶ Rex vicecom' salutem. Præcipimus tibi quòd capias A. &c. ita qd' &c. ad respondendum T. de K. executori testamenti R. de S. & T. de S. & M. uxor executor' prædicti T. de K. testamenti prædicti, de placito quòd reddat eis & quibusdam I. de C. & W. de B. coexecutoribus prædictorum T. de K. & M. testamenti prædicti, sex libras quas, &c. Et unde, &c. Præcipimus etiam tibi quòd summoneas per bonos summonitores prædictos I. & W. quod sint coram præfatis iustitiariis nostris, &c. ad præfatum terminum, ad sequendum simul cum prædictis T. de

T. de K. T. de S. & M. versus præd' A. placitum suum præd' si voluerint. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Johannes de Cavendishe & Johannes Holte justitiaril dñi regis ad assisas in comitatu Buk' capiendas assignati, vic' ejusdem com' salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud E. die tali, omnia brevia assisarum, juratarum, & certificationū, de præd' comitatu Buk' unà cum panellis, reattachiamentis, attach', sum', & resum', & omnibus aliis adminiculis assisas, juratas, & certificationes præd' qualitercunq; tangentibus. Provisò semper quòd attachiamenta, reattach', sum' & resum', inde fiant per xv. dies ante præd' diem. Et habeas ibi omnia hujusmodi brevia assisarum, juratarum & certificationum, secundum formam & naturam eorundem modo debito arraiatarum, breve dñi regis clausum de intendendo quod tibi inde venit & hoc mandatum. Datum apud Westm', &c.

Præcept' justitiarior' ad assisas

¶ Iohan' de C. & I. de H. justitiaril dñi regis ad gaolas ipsius dñi regis de sancto Edwardo in comitatu Suff' & castri Norwic' deliberand' assign', vic' eorundem com' salutem. Ex parte dñi regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud H. die tali, omnes prisiones in præd' gaola de sancto E. existentes, & apud T. H. in præd' comitatu N. die tali omnes prisiones in præd' castro Norwic' existē, cum eorum attachiamentis & omnibus aliis adminiculis prisiones illos qualitercunq; tangentibus. Et de visinetu cujuslibet villæ & loco in quibus felon' unde prisiones præd' fuerunt arretrati factæ fuerunt, 24. tam milites & unà cum 4. hominibus & præposito, ad faciend' tunc ibidem ea quæ eis ex parte domini regis injungentur. Publicè etiam proclamaf' facias per totam ballivam tuam, quòd omnes illi qui sequi voluerint versus prisiones præd', tunc sint ibidem versus eos prout justum fuerit profecuturi. Scire etiam facias omnibus coronatoribus, justitiariis de pace, & ballivis libertatum com' tuæ, quòd tunc sint ibidem cum rotulis & aliis memorandis suis, ad faciendum ea quæ ad officium suum pertinent. Et habeas tunc nomina jurator', coronatorum, justitiaror' de pace & ballivorum, & eorum per quos eis scire feceris, & hoc mandatum. Datum apud Westm', &c.

Præcept' justitiarior' directum vic' ad gaolam deliberandam.

¶ Rex vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd si Thomas de G. clericus, fecisset te securum de clamore suo prosequendo, & etiã de averiis retornandis vel de pretio eorundem, quæ A. S. & I. in curia nostra, &c. adjudicata fuerunt ob defaltam ipsius T. si retornum inde adjudicaretur, tunc averia illa eidem T. sine dilatione liberari faceres, & quòd poneres per vadium, &c. prædictos A. S. & I. quòd essent coram justitiariis nostris, &c. in octavis sancti Hillarii proximè præteritis, ad respondendum eidem Thomæ de captione eorundem averiorum: Tu præfatis justitiariis nostris apud W. ad diem illum mandasti, quòd averia illa, quæ præfatis A. S. & I. in eadem curia nra adjudicata fuerunt ob defaltam ipsius T. diu ante adventum brevis nri prius inde tibi directi extra ballivã tuã per ipsos A. S. & I. elongata fuerunt, ita quòd averia illa eidem Thomæ deliberare non potuisti.

Withernamium.

Et

Et ideo tibi præcipimus quòd de averiis prædictorum A. & I. in balliva tua in Whiteſ capias, & ſalvo & ſecurè custodiri facias, donec averia prædicti T. ipſis A. S. & I. ob defaultam ipſius T. prius in eadem curia noſtra adjudicata, eidem T. deliberare poſſis. Et qualiter, &c. xv. Trinitatis. Præcipimus etiam tibi quòd diſtringas prædictos A. & I. &c. ad reſpondendum eidem T. de captione averiorum prædictorum, &c.

Habeas corpora
ſuper Quale jus.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd habeas coram juſtitiariis noſtris, &c. tali die, corpora R.S.T.& W. &c. juſ' ſumm' in curia nra &c. coram, &c. ad recogn' ſuper ſacramentum ſuum quale jus prioriffa beatæ Mariæ de C. habet in uno meſuagio cum pertinentiis in parochia ſancti Sepulchri extra barram de Weſt Smithfield London, unde eadē prioriffa in eadem curia noſtra recuperavit ſeiſinam ſuam verſus Johannem Thame ut de jure eccleſiæ ſuæ præd', per defaultam ipſius Johannis per breve noſtrum quare ceſſavit per biennium, & quæ prædeceſſar' ſuæ fuit in ſeiſina de ſervitiò inde exeunte ut de jure eccleſiæ ſuæ præd', & habeas ibi hoc breve. T. &c.

Decem tales.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd habeas corā juſtitiariis noſtris tali die corpora A.B.C.D. &c. juſ' ſumm' in curia noſtra coram juſtitiariis noſtris apud Weſtm', inter R. quærentem & T. & W. executores teſtamenti F. de placito debiti, ad faciendum juratam illam. Præcipimus etiam tibi quòd decem tales milites quam alios liberos & legales homines de viſinetu præd' in juratam illam ponas, & illos habeas corā præſatis juſtitiariis noſtris apud Weſtm' ad præſatum terminum ad faciendum juratam illam, ita quòd jurata illa ad diem illum non remaneat capiend' pro defectu juſ'. Et habeas ibi nomina eorum quos de novo appoſueſ. Et habeas ibi, &c. T. &c.

Capias ad com-
putandum.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd capias B. ſi, &c. & eum ſalvo, &c. ita quod habeas, &c. tali die ad computandum cum M. de tempore quo fuit receptor denariorum ipſius M. prout per quandam juratam coram juſtitiariis noſtris ad aſſiſas in comitatu tuo capiendas aſſignatis apud H. inde inter eos ſummonitam & captam, convictum fuit. Et habeas ibi hoc breve. T. Rege. Bealknappe, &c.

Venire facias.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram juſtitiariis, &c. 12. &c. per quos, &c. Et qui nec R. nec I. executorem teſtamenti W. aliqua, &c. ad recognoscendum, &c. ſi præd' I. adminiſtravit diverſa bona & catalla quæ fuere præd' W. tempore mortis ſuæ, aut executor teſtamenti ipſius W. poſt mortem ejuſdem W. apud K. & W. per quod idem I. de 20. li. virtute cujuſdam ſcripti obligatorii quòd præd' R. in curia, &c. protulit, verſus eum ſub nomine præd' W. onerari debeat ſicut idem R. dicit, vel non ſicut præd' I. dicit: quia tam prædictus I. quam prædictus R. inter quos, &c. Et habeas ibi nomina juſ'. T. &c.

Venire fac' ſu-
per ſtatut' de la-
boſ contra ma-
giſtrum & ſer-
vientem.

¶ Et qui nec I. nec R. & H. aliqua, &c. ad recognoscendum, &c. ſi prædictus I. requiſivit prædictum R. apud F. in feſto tali de prædicto H. ſerviente ipſius I. reſtituendo, per qd' idem I. actionem verſus ipſum R. de

R. de eo quare ipsum H. servientem ipsius I. in servitium suum admisit & retinuit contra ordinationem inde aditam, habere debet, sicut idē I. dicit, vel non sicut præd' R. dicit, & etiam si præd' H. injuria sua propria à servitio præd' I. ante finem termini inter eos concordati, sine causa rationabili & licentia recessit, contra formam ordinationis prædictæ sicut idem I. dicit, vel non sicut prædictus H. dicit: Quia tam prædicti R. & H. quam prædictus I. inter quos, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, venerabili in Christo patri T. eadem grā episcopo Elien salutem. Breve episcopo ad inquirendū si mulier sit legitimo matrimonio copulata. Cūm Guilhelmus C. & Elizabetha uxor ejus, in curia, &c. peterent versus Johannem de Hilton clericum tertiam partem unius mesuagii cum pertinentiis in Waddon, ut dotem ipsius Elizabethæ ex donatione Johannis de Elefworth quondam viri sui: Idem Johannes de Hilton venit in eadem curia nostra, & dixit quòd præd' G. & Elizabetha dotem ipsius E. ex donatione præd' Johannis de Elefworth habere non debent dixit enim quòd ipsa Elizabetha nunquam fuit præfato Johanni legitimo matrimonio copulata, & hoc verificare prætendebat. Ad quod iidem Guilhelmus & Elizabetha in eadem curia nostra replicando dixerunt, quòd ipsa Elizabetha fuit præfato Johanni legitimo matrimonio copulata, videlicet ad ostium ecclesiæ de Conyngtoñ in comitatu Cantef & in dioc' vestra, hoc verificare prætendendo. Et quia hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum: Vobis mandamus qd' convocatis coram vobis in hac parte convocand', rei veritatem super præmissis diligenter inquiretis. Et quid inde inquisieritis, constare faciatis justitiariis nris apud Westm' tali die per literas vestras patentes & clausas. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd capias I. de C. & eum salvò &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, ad satisfaciend' G. de K. tam de viginti solidis quos idem G. in curia nostra, &c. recuperavit versus eum, qū de viginti solidis qui ei in eadem curia nostra adjudicati fuerunt pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis debiti præd'. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd non omittas propter aliquā libertatem comitatus tui, quin capias T. de H. si, &c. & eum salvò, &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris, &c. tali die, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua pro quadam transgressione Wilhelmo de Thorp militi vi & armis & contra pacem nostrā facta prout p quendam juratam coram R. de K. uno justitior' nostro de communi banco apud Quappladde die Martis proximo post festum Eph' dñi inde inter eos sum' & captam convictum fuit. Et habeas, &c.

¶ Rex vic' salutem. Cūm R. & M. uxor ejus in curia nostra coram justitiariis nostris apud W. peterent versus K. medietatem manerii de F. cum pertiñ ut jus ipsius M. eadem K. venit in eadem curia nostra & dixit quòd ipsa tenuit prædictam medietatem cum pertiñ ad terminum vitæ suæ tantum, reversione inde post mortem ejusdem K. ad I. Aliter pro Rege.

Venire fac' ut per aspectum corporis, &c. filium

filium & hæred' T. spectante sine quo non potuit præfato R. & M. inde respondere & petiit auxilium de ipso I. Et pro eo quòd idem I. fuit infra ætatē, petiit quòd loquela illa inde remaneret usq; ad ætatē ejusdē I. qd' iidē Richardus & M. in eadem curia nostra replicand' dixerunt, qd' idē I. fuit plenæ ætatis. Et ideo tibi præcipimus qd' venire facias coram justitiariis nostris apud Westm' tali die præd' Johannem, ut per aspectum corporis sui constare possit præfatis justitiariis nostris, si idem I. sit plenæ ætatis necne. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Refomons.

¶ Rex vic' salutē. Summoneas per bonos sum' G. quòd sit, &c. octavis I. auditur juratam patriæ in quam se posuit, de loquela quæ fuit in curia nra, &c. inter N. petentem & ipsum G. tenentem, de 2. mesuagiis cum pertiñ in K. quæ idem N. in curia nostra, &c. clamat ut jus suum versus eum, ita qd' loquela illa tunc sit ibi in eodem statu quo fuit in eadem curia nostra in octavis sancti Michaelis anno xlii, ad quem diem loquela illa remansit sine die, eo quòd idem N. ad tunc fuit infra ætatē & modo plenæ ætatis est ut dicitur. Præcipimus etiam tibi qd' venire facias coram justitiariis nostris apud Westm' ad præfatum terminum, 12. &c. de visinetu de K. per quos, &c. & qui nec, &c. ad recogn' super sacramentum suum si satis descend' præfato N. apud K. de quodam I. avunculo ipsius N. cujus hæres ipse est in feodo simplici, ad valentiam tenitorum præd' cum pertiñ, per qd' ipse virtute cujusdam scripti quietæ clamantiæ & war' in eodem contentæ, sub nomine ejusd' I. in eadem curia nra prolata, ab actione de ten' præd' versus eum habenda excludi debeat, sicut idem G. dicit, vel non sicut præd' N. dicit, quia tam, &c. Et habeas ibi sum' nomina jurator' & hoc breve. T. &c.

Breve de venire
faciendo vic' ad
respond' de falso
retorno.

¶ Rex custodibus placito' coronæ suæ in com' Somers. salutē. Cùm nuper H. D. vic' nostro com' præd' per breve nostrum præceperimus, quòd distringeret I. de K. & alios juratores sum' in curia nostra coram, &c. inter T. de O. & O. de C. de placito transg', & qd' haberet corpora eorū coram justitiariis nris apud W. in octavis sanctæ Trinitatis proximò præteritis, ac fac' juratam illam: Idem vic' præfatis justitiariis nostris apud W. &c. ad diem illum mand', quòd breve nrm præd' adeò tardè sibi liberatū fuit, qd' illud exequi non potuit, super quo præfatus M. quoddam biletum sigillo præfati vic' signatum in eadē curia nra protulit, testificans qd' idē vic' breve nrm præd' apud Y. in vigilia sancti Dunstani proximè præterita p executione inde faciend' recepit, petend' sibi per nos in ea parte de remedio congruo provideri. Et quia retornum præd' in forma præd' factum, tam in nri & in curiæ nra contemptum, quam præfati T. damnū non modicum & gravamen cedit & redundat manifestè, ac volentes præfatum vic' juxta sui demeritum ea occasione in exemplū aliorum castigari, & præfato T. similiter in ea parte quòd est justum & consonum rationi adhiberi: Vobis præcipimus qd' venire faciatis coram præfatis justitiariis nostris apud Westm' in crastino Johannis præd' vic', super præmissis tam nobis quam præfato T. responsurum, & ulterius factur' & receptur' quòd curia nostra de eo consideraverit in hac parte. Et habeatis ibi hoc breve. &c.

¶ Rex

¶ Rex, custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Eborum salutem. Ostenſum eſt nobis ex parte plurimorum hominum, tam diverſa negotia quàm brevia originalia & judicialia in curia noſtra coram juſtitiariis noſtris apud Weſtm', tam terras & teñta quàm alias actiones perſonales in comitatu tuo præd' tangentia proſequentium, & coram præfatis juſtitiariis noſtris apud W. in octavis ſanctæ Trinitatis proximè præteritis retornabilia, ut cum ipſi hujusmodi ad eaſdem octavas retornabilia Rich. de Haſtynges vicecomiti comitatus præd' tempore congruo liberaffent. Idem tamen vic' executionem inde facere, ſeu brevia illa, ſeu diverſa brevia noſtra pro nobis & nomine noſtro proſecuta, coram eiſdem juſtitiariis noſtris ad eaſdem octavas ſanctæ Trinitatis retornabilia ſuppreſſit & elongavit, in noſtri ac curiæ noſtræ contemptum & præjudicium, partiumq; diverſa hujusmodi brevia in eadem curia nra à non modico tempore proſequentium damnum & exhæredationem manifeſtam, & contra ſacramentum ipſius vicecomitis in ea parte præſtitum. Et ideo vobis præcipimus quòd venire facias coram juſtitiariis noſtris apud Weſtm' in octavis ſancti Johannis præſatum vic', ſuper præmiſſis reſponſurum & ulterius facturum & recepturum quod curia noſtra de eo conſideraverit in præmiſſis, &c.

Breve ad venire faciendum vicecomitem ad reſpondendum quare non retornat breve.

¶ Rex vicecomiti ſalutem. Scias quod decanus & capitulum eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Ciceſtr' in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nri, apud W. ſcilicet tali die anno regni ſui l. coram R. B. & ſociis ſuiſ tunc juſtitiariis ejuſdem avi noſtri in banco recuperavit ſeiſinā ſuam verſus R. de I. de manerio de C. cum pertinentiis in B. ut de jure eccleſiæ ſuæ, &c. per defaultam ipſius R. per breve præd' avi noſtri quare ceſſavit per bienium, prout per recordum de tempore præd' avi noſtri coram juſtitiariis noſtris apud W. inde habitum pleniùs apparet. Sed pro eo quòd dubitatur de fraude in ea parte prælocuta contra formam ſtatuti, quo cavetur ne terræ ſeu teñta ad manum mortuā devenirent quoquomodo: Conſideratum fuit in curia præd' avi noſtri quòd executio judicij prædicti ceſſaret quouſq; rei veritas inde inquireretur, ſecundum formā ſtatuti ejuſdem. Ac jam ex inſinuatione præd' decani & capituli accepimus, quòd pendente inquisitione inter præd' avum noſtrum & ipſos decanum & capitulum in curia præd' avi noſtri pro jure ſuo in manerio præd' juxta formam ſtatuti præd' declarand': Idem avus noſter diē ſuū clauſit extremum, petendo ſibi per nos reſtitutionem & executionē de meſuagio præd' fieri jubere. Ac nos volentes ea quā in curia præd' avi nri rite acta ſunt, debitæ executioni demandari prout de jure & ſecund' legem & conſuetudinem regni nri Angliæ, ac formam ſtatuti præd' fuerit faciendum, tibi præcipimus quod venire facias coram juſtitiariis, &c. craſtino Martini 12. &c. tam milites, &c. p quos, &c. Et qui præd' decanum & capitulum nulla, &c. ad recognoſcendum, &c. quale jus iidē decanus & capitulum habent in manerio præd', & quis prædeceſſorum ſuorum fuit in ſeiſina de ſervitiis inde exeuntibus ut de jure eccleſiæ ſuæ prædictæ. Et interim meſuagium prædictum in manum nram capias, & ſalvo, &c. Ita quòd neuter eorū ad illud, &c. donec, &c. Et

Reſomons ſuper Quale jus.

de exitibus ejusdem ad scaccarium nostrum nobis respond'. Et illud per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo extendi & apprec' fac'. Et scire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis & immediatis, quod tunc sint ibi audituri juratam præd' si voluerint. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum extantam & appreciationem illam feceris, juratorum dominorum, & eorum per quos eis scire feceris, & hoc breve, Teste, &c.

Scire facias.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm prior de R. in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nostri, apud W. scilicet in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui 5. coram, &c. per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus T. de Deterff. quendam annuum redditum 10. marcaꝝ singulis annis ad festa Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones apud R. solvend' & etiam viginti & quinque marcas de arreragiis annui redditus præd' necnon 60. s. pro damnis suis occasione detentionis annui redditus illius prout per quandam juratam curiam coram præfatis justitiariis præd' avi nostri apud Westm', ad præfatas octavas sanctæ Trinitatis inde eos sum' & captum convictum fuit: 5. tamen marcaꝝ de arreragiis annui redditus præd' post præd' judicium redditum, videlicet de termino sancti Michaelis proximè præterito, ac etiam præd' 25. marcaꝝ de arreragiis ejusdem annui redditus ante prædictum judicium redditum, necnon damna præd' eidem priori à retro existunt, prout ex insinuatione ipsius prioris accepimus. Et quia, &c. tibi præcipimus quod per bonos, &c. scire facias præfato Thomæ, quod sit coram, &c. in crastino sancti Martini, ostensurus si quid, &c. quare tam prædictæ 5. marcæ de arreragiis annui redditus prædicti post prædictum judicium redditum, quàm præd' 25. marcæ de arreragiis ejusdem ante idem judicium redditum, necnon præd' 60. s. qui eidem priori pro damnis suis prædictis in ea parte adjudicati fuerunt, de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & eidem priori reddi non debeant si sibi viderit, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Breve de mittendo recordum utlagariæ.

¶ Rex, I. de R. nuper vic' regis Angl' avi nostri comitatus Devon', ac T. & S. nuper custodibus placitorum coronæ ejusdem avi nri in comitatu præd' salutem. Cùm nuper p breve avi nostri sub testimonio R. B. tunc capitalis justitiarum ipsius avi nri de banco de dato 10. diei Novēbris anno regni sui 50. tibi præfato nuper vic' ad sectam R. de D. præceptum fuisset, quod exigi fac' A. de B. de com', &c. quousq; secundū legē & consuetudinē regni nri Angl' utlagaretur si non, &c. & si, &c. & salvò, &c. ita quod haberes corpus ejus coram justitiariis præd' avi nri apud Westm' in octavis s. Johannis Baptistæ tunc proximè sequentibus, ad respond' præfato R. de D. de placito quod reddat ei 20. li. quas, &c. ut dicit, & licet præd' avus noster ante diem retorni brevis præd' diem suum clausit extremum: Prædictus tamen A. de B. virtute brevis præd' in vita ejusdem avi nostri in comitatu præd' utlagatus fuit ut accepimus, quæ quidem utlagari penes vos remanet ut dicitur in curia avi nostri prædicti, sive in curia nostra nondum retornata. Et ideo vobis mandamus firmiter injungendo, quod si aliqua hujusmodi utlagari in com' prædicto prædicti

præd' avi nostri in præfatum A. de B. promulgatarum, penes vos remaneat: Tunc recordum inde unà cum recordis omnium aliarum utlagariarum virtute omnium brevium præd' avi nostri sub sigillo præd' R. Bealknap nuper capitalis justitiarum ejusdem avi nostri de banco, inter quascunq; personas in comitatu præd' promulgatarum, & coram præfatis justitiariis præd' avi nostri non retorñ, quæ penes vos vel aliquem vestrum remanent, habeatis coram justitiariis nostris apud Westm' in octavis sancti Hillarii, unà cum brevibus de exigendis inde tibi præfato nuper vicecomiti prius dilectis, ut ulterius inde facere valeamus prout de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti Londoñ salutem. Ostensum est nobis ex parte Wilhelmi Hilderwelle Eborum, ut cum I. More de Londoñ mercer nuper in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westm', implacitasset eum de eo quod redderet ei 18. li. quas ei debet & injustè detinet, super quo processus in eadem curia præd' avi nostri continuatus fuisset, quousq; idem W. ea de causa utlagatus fuisset, qui quidem W. postmodum occasione utlagariæ illius se prisonæ præd' prædicti avi nostri de Flete reddiderit, & idem avus noster utlagariam illam ei perdonaverit, ita tamen quod statet recto secundum formam statuti in hujusmodi casu provisæ, super quo idem W. breve præd' avi nostri secundum formam statuti præd' de præmonendo præfatum Jo. essendi coram justitiariis ipsius avi nostri tali die proximo præterito habuit, & licet ante eundem diem idem avus noster obiit, præd' tamen W. pro die suo conservando, & vim & effectum cartæ suæ præd' obtinend', usq; curiam nostram apud Westm' ad præfatas octavas sancti Michaelis accessit, & breve nostrum de præmonendo præd' Johannem essendi coram justitiariis nostris apud W. in octavis sancti Hillarii proximè futuris, ad sequendum versus eum placitum præd' si voluisset imperavit, & ad expectand' eundem diem manucaptos invenit, prout per recordum inde habitum plenius apparet, vos tamen eundem W. ad sectam præd' Johannis machinantem ipsum vigorem cartæ suæ præd' amittet, ac manucaptos suos ea de causa damnum incurrere & perditionem, eundem W. cepistis & in prisona nra de Newgate detinetis ut dicitur. Et ideo tibi præcipimus quod si idem W. in prisona nostra prædicta in custodia vestra existat: Tunc corpus ejusdem W. habeatis coram justitiariis nostris apud Westmonasterium die sabbati proximè futuro, ad diem suum prædictum conservandum, & ulterius faciendum & recipiendum quod curia nostra in ea parte consideraverit. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

Breve de habendo corpus imprisonati occasione cujusdam utlagariæ.

¶ Rex, vicecomiti Essex salutem. Cum N. quæ fuit uxor I. in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westm', scilicet in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui 5. coram R. B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco, per considerationem ejusdem curiæ recuperasset seisinam suam versus R. N. & R. de tertia parte unius me-tuagii, CC. acris terræ, & quatuor marcatis redditus cum pertinentiis in

Scire facias

P. ut de dote ipsius M. ex donatione præfati Johannis quondam viri sui, prout per inspectionem rotulorum & recordorum de tempore præd' avi nostri nobis constat: Executio tamen judicii prædicti adhuc restat facienda, prout ex insinuatione ipsius M. accepimus. Et quia volumus ea quæ, &c. tibi præcipimus quòd per probos & legales homines, &c. scire facias prædictis R. N. & R. quòd sint coram justitiariis nostris apud Westm' à die, &c. ostensuri si quid pro se habeant vel dicere sciant quare executio judicii præd' fieri non deberet, si, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Breve de estre-
pamento.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm Guilielmus & Johanna uxor ejus in curia nostra, &c. per considerationem ejusdem curiæ n'æ recuperassent feisinam suam versus Aliciam Swerd' de B. de uno mesuagio & duabus bovatis terræ cum pertinentiis in B. ut de jure ipsius Johannæ per defaltam ejusdem Aliciæ, ac nos diu ante per considerationem curiæ nostræ præd', pendente inter eos in eadem curia nostra placito præd', per breve nostrum recitando cùm in statuto nostro apud Glouc' nuper ædito inter alia contineatur, quòd cùm placitum motum fuerit in curia nostra per breve nostrum, tenens non faciet vastum vel estre-pamentum de tenementis quæ sunt in demanda pendente placito inde inter eos in eadem curia nostra indiscusso, eidem A. prohibuerimus ne quicquam contra formam statuti præd', quod in nostri præjudicium five præd' G. & I. damnum cedere valeret quovismodo, attentare præsumerent pendente placito inde inter eos in eadem curia n'ra indiscusso: eadem tamen Alicia & quidam G. de R. quem ipsa Alicia cepit in viru' pendente in eadem curia nostra placito præd', domos & ædificia in tenementis præd' existentia extirpaverunt, & arbores similiter in eisdem tenementis crescentes succiderunt, & arbores illas ac mæremium ad valentiam 40. li. ceperunt & asportaverunt, in nostri ac mandati nostri præd' contemptum manifestum, & præd' Guilhelmi Wylde & Johannæ damnum non modicum & gravamen ac contra formam statuti præd', prout ex insinuatione ipsorum Guilhelmi W. & Johannæ accepimus. Et quia eisdem Guilhelmo Wylde & Johannæ in hac parte subvenire volumus ut tenemur: Tibi præcipimus quòd capta securitate de præfato Guilhelmo & Johanna de clamore suo prosequendo, venire facias coram justitiariis nostris, &c. 15. Paschæ præd' Guilielmum de R. & Aliciam, ad respondendum tam nobis quàm præfato Guilhelmo & Wylde Johannæ de contemptu & transgressione præd', & ulterius factu' & receptu' quod curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Rege Bealknap.

Venditioni ex-
penas, & sisam.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd illa bona & catalla Joh. personæ ecclesiæ de C. ad valentiam 7. li. 6. s. 8. d. quæ per præceptum nostrum in manum nostram cepisti, & penes te pro defectu emptorum detines, prout tu ipse mandasti justitiariis nostris apud W. 15. Paschæ, ad G. præbenda' de 25. marc' de arre' cujusdam annui redditus 10. marc' unde idem præbenda' in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm' recuperavit executionem versus eum singulis annis ad

ad festa Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones solvend', virtute cujusdam judicii nuper in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nostri inter R. de S. nuper præbendarium præbendæ præd' & Galfridum Trench' tunc personam ecclesiæ præd' super quodam brevi de annuo redditu præd' redditu. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis ejusdem Johannis in balliva tua fieri facias quatuordecim marcas residuas de præd' 25. marc. & illas habeas coram præfatis justitiariis nostris apud W. ad præfatum terminum ad reddend' præd' G. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis ejusdem Johannis in balliva tua fieri facias 5. marcas de arreragiis annui redditus præd', & illas habeas coram præfatis, &c. ad reddend' præfato Guilhelmo de arreragiis annui redditus præd', & quas quidem quinq; marcas ei solvisse debuit ad festum sancti Michaelis proximè præteritum, & illas ei nondum solvit ut dicit. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Robertus Belknappe & Rog' de Fulthorp justitarii dñi regis ad recordum & processum loquelæ, quæ fuit coram nuper majore & vicecomitibus dñi regis Londoñ in Hustengo dñi regis Londoñ, inter priorem hospitalis sancti Johannis, &c. & Adam Huntoñ episcopum Meneñe de triginta solidis & quatuor denariis cum pertinentiis in suburbio Londoñ, in præsentia nunc majoris & vicecomitum civitatis præd' supervidend' & examinand', & errorem, si quem in recordo & processu præd', aut in redditione judicii loquelæ præd' inveniri contigerit, corrigendum, & plenam & celerem justitiam præfato nunc episcopo & nunc priori hospitalis præd' inde secundum legem & consuetudinem civitatis præd' faciend' assignati, nunc majori & vicecomitibus Londoñ salutem. Ex parte domini regis vobis mandamus sicut aliàs vobis mandavimus, quòd habeatis coram nobis apud ecclesiam sancti Martini magni Londoñ die tali proximo futuro, recordum & processum loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus. Et vos præfati vicecomites scire faciatis priori hospitalis sancti Johannis, &c. qui nunc est, quòd sit coram nobis præfato die & loco, auditurus errorem si quem in recordo & processu præd', aut in redditione judicii loquelæ præd' inveniri contigerit si voluerit, & ulterius facturus & recepturus quod curia domini regis consideraverit in præmissis. Et vos ipsi tam major quàm vicecomites sitis coram nobis præfato die & loco in propriis personis vestris, ad faciendum ea quæ ad vos & ad officium vestrum pertinent in hac parte. Et unde vos ipsi tam major quàm vicecomites mandastis coram nobis apud ecclesiam sancti Martini magni Londoñ præd' die Jovis in prima septimana quadragesimæ proximè præterita, quod tam breve domini regis clausum inde, quàm mandatum per nos ex parte domini regis virtute literarum domini regis patentium nobis directarum, vobis inde directa & liberata, adeo tardè venerunt quòd executionem inde facere non potuistis. Et vos præfati vicecomites habeatis tunc ibidem coram nobis nomina eorum per quos præfato nunc priori scire feceritis, & hoc mandatum. Datum apud Westm' vicesimo die Februarii, anno quinto, &c.

Mandatum justitiariorum assignatorum ad errorem corrigendum.

Mandatum sup
breve de errore.

¶ Rob. Bealknap & alii justitiiarii dñi regis ad recordum & processum loquelæ, quæ fuit in Hustengo dñi E. nuper regis Angliæ avi dñi regis nunc Londoni, coram tunc majore & vicecomitibus Londoni per breve ipsius avi dñi regis nunc, inter H. de Woston de Londoni goldsmith & D. uxorem ejus & T. de Frandoni, de uno mesuagio cum pertinentiis in suburbio Londoni, & in præsentia nunc majoris & vicecomitū civitatis præd' apud ecclesiam s. Martini magni Londoni, supervidend' & examinand', & errorem, si quem in recordo & processu præd' aut redditione judicii loquelæ præd' inveniri contigerit, corrigendum, & ad plenā & celerem justitiam inde partibus præd' secundum legem & consuetud' civitatis præd' faciend', nunc' majore & vicecomitib' Londoni salutem. Ex parte dñi regis vobis mandamus, quòd venire faciatis coram nobis tribus vel duobus nostrum apud Ecclesiam s. Martini Londoni die tali proximo futuro, recordum & processum loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus quæ penes vos resident ut dicitur. Et vos præfati nunc vicecomites scire faciatis præfato Thomæ, quòd sit coram nobis tribus vel duobus nrum ad præfatum diem & locum, auditurus errorem si quem in recordo & processu præd', aut in redditione judicii loquelæ præd' inveniri contigerit, & ulterius factur' & receptur' quod curia regis consideraverit in præmissis & vos ipsi tam nunc major quàm nunc vicecomites sitis coram nobis tribus vel duobus nostrum præd' die & loco, ad faciend' ea quæ ad vos & officium vestrum pertinent in hac parte. Et vos nunc vicecomites habeatis tunc ibidem nomina eorum per quos præfato T. scire feceritis, breve domini regis clausum vobis & præfato nunc majori inde directum in omnibus secundum vim & effectum ejusdem executum, & hoc mandatum. Datum, &c.

Breve ad inquirendum de plenitudine ecclesiæ.

¶ Rex, vic' Norf. salutem. Scias quòd Henricum comes Arundell & Surf aliàs in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westm', scilicet termino Paschæ anno regni sui quinto, per diversa brevi recuperasset præsentationem suam versus Henricum episcopum Norwich' & Edmundum de Arundell' chivaler, ad ecclesiam de Bescon vacantē & ad dotationem suam spectantem, prout per recordum & processum inde coram justitiariis nris apud Westm' remanentem, plenius apparet. Et quia nescitur quæ damna idem comes sustinuit occasione quòd iidē episcopus & Edmundus ad præsentand' ad ecclesiam præd' ipsum comitem impediverunt: Tibi præcipimus quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo diligenter inquiras, quantum ecclesia præd' valet per annum secundū verum valorem ejusdē, & quantum temporis elabitur à tempore mortis ultimæ personæ impersonatæ in eadem, & si ecclesia illa plena sit necne, & si sit plena, tunc ad cujus vel ad quorum præsentationem ecclesia illa plena existat. Et inquisitionem, quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm' in 15. Hillarii sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris & hoc breve T. &c.

Summoneas in
auxilium.

¶ Rex, vicicomiū Surf salutem. Cum Johannes Hamelyn chivaler in curia

curia nostra coram, &c. summonitus esset ad respondend' Johān at lote, de eo quare cepit averia ipsius Johān at lote & ea injustè detinuit contra vad' & pleg': Item Johān H. venit in eadem curia nostra, & dixit quòd ipse est dominus trium partium manerii de H. inseparalitate per se, & Nicholaus abbas Westmonasterii est dominus quartæ partis ejusdem manerii inseparalitate per se, & quòd quidam locus vocatus Noore in quo præd' averia capta fuerunt, est quædam magna pastura quam idem Johān H. & præd' abbas tenent pro indiviso, quæ quidem pastura est separalis ipsorum Johannis & abbatis pro indiviso quolibet anno à festo Purificationis, &c. usq; festum sancti Patri ad vincula. Et quia ipse invenit averia præd' in pastura illa damnum facientia, & herbam suā ibidem depascentia: Idem Johān H. pro semetipso & ut ballivus ipsius abbatis advocat captionem averiorum illorum. Ad qd' præfatus Johān at lote in eadem curia nostra replicando dixit, quòd idem Johān H. captionem averiorum præd' pro seipso sive ut ballivus præd' abbatis justam cognoscere non potest, dixit enim qd' ipse habet & tenet in eadem villa de H. unum mesuag' & 30. acras terræ cum pertinentiis ut de jure Aliciæ uxoris suæ ratione, quorum ipse habet comuniam in loco præd' quolibet anno à præd' festo Purificationis usq; præd' festum sancti Petri ad vincula, cum aliquibus averiis suis tanquam pertenentem ad tenita sua prædicta, & hoc per patriam verificare prætendebat. Ad quod idem Johannes H. in eadem curia nostra dixit, quòd locus prædictus tempore captionis prædictæ exitit separale ipsius Johannis H. & prædicti abbatis prout ipse præallegavit, & non communia prædictorum Johān at lote & Aliciæ uxoris ejus tanquam pertinens ad tenementa sua prædicta prout idem Johannes at lote asseruit, hoc per patriam verificare prætendendo, quam quidem verificationem prædictus Johannes H. dixit absq; præfato abbate expectare non posse, & petiit auxilium de ipso abbate. Et ideo tibi præcipimus quòd summeas per bonos sum' prædictum abbatem, qd' sit corā justitiariis, &c. in octavis sancti Hillarii ad manutenendam verificationem simul cum præd' Johanne H. si voluerit. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' Essex salutem. Præcipimus tibi qd' reattachias Alexandrū & Johannem ballivos suos si ipsi inventi non fuerint, quòd sint coram H. de B. & H. A. justitiariis nostris ad omnes assisas, juratas, & certificationes coram quibuscunq; justitiariis tam domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nostri quàm nostris in comitatu tuo arraiñ & arrainand' capiend' assignatis apud Stratford' Langthorū, die Jovis, &c. audiendum recordum & judicium suum cujusdam assisæ novæ disseisinæ, quam talis aliàs in curia prædicti avi nostri apud S. L. coram præfato Roberto & Henrico tunc justitiariis ejusdem avi nostri ad assisas in eodem comitatu arrainatas capiendas assignatis, arraiñ versus eos de tenementis in tali villa, ita qd' assisa illa tunc sit ibi in eodē statu in quo fuit coram præfatis justitiariis præd' avi nostri apud W. die Sabbati proximo, &c. quā adjornata fuit coram eisdē justitiariis ipsius

Reattachiamen-
tum ip' assisa.

avi nostri apud Westm', ad diē Martis in vigilia nativitatē sancti Johān Baptistæ tunc proximè sequenti, ante quem diem assisa illa p mortem ejusdem avi nri sine die remansit. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Mandatum justitiariorum ad assisas.

¶ Robertus Bealknappe & Henricus Astye justitii domini regis ad omnes assisas, juratas, & certificationes coram quibuscunq; justitiariis, tam dñi E. nuper Regis Angliæ avi domini regis, quam ipsius domini regis nunc in comitatu Essex arraiñ & arrainand', capiend' assigñ, vic' Essex salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud S. tali die, omnia brevīa assisarum, juratarum & certificationum tam de tempore præd' avi dñi regis nunc, quam tempore ejusdem domini regis nunc de comitatu tuo unà cum panellis, attachiamentis, reattachiamentis, summonitionibus, resum', & omnibus aliis adminiculis assisas, juratas, & certificationes præd' qualitercunq; tangentibus. Proviso semper ut attachiamenta, reattachiamenta, summonitiones, & resummonitiones, inde fiant per quindecim dies ante præd' diem, &c. Et in qualibet hujusmodi assisa, jurata, & certificatione ponas 24. tam milites quàm, &c. ita qd' assisæ, juratæ, & certificationes præd' pro defectu recognitorum non remaneant capiend'. Et habeas ibi omnia hujusmodi brevīa assisarum, juratarum, & certificationum, secund' formam & naturam eorundem modo debito arraiatarum, breve dñi regis clausum de intendendo, & hoc mandatū Datum apud Westm', &c.

Scire fac' de quo jam debito recuperato per mortem regis.

¶ Rex vic' Eborum salutem. Cùm E. episcopus D. in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westmōñ, coram H. de B. & sociis suis justitiariis, &c. recuperavit versus Wilhelmum de F. quoddam debitum ducentarum librarum, per quod avus noster vic' suo ejusdem comitatus præceperat, quòd omnia bona & catalla prædicta præter boves & affros de carucā sua, &c. & qualiter illud præceptum suum fuisset executus, scire faceret præfatis justitiariis suis apud Westm' à die Paschæ in quindecim dies proximo præterito, ac idem vicecomes coram eisdem justitiariis prædicti avi nostri apud Westm' ad diem illum mandasset quandam extentam coram eo factam apud Dancastr', die Lunæ proximo ante festum sancti Martini anno regni avi nostri quinto per sacramentum proborum & legalium hominum de balliva tua, per quam compertum est quòd præd' Wilhelmus de F. habuit prædicto die præd' extentæ captæ in prædicto com' Eborum apud E. tantā terrā & sic, totam extentam, prout p recordū & extentam præd' penes justitiarios nros apud Westm' remanentia plenius apparet, idem tamen episcopus executionem sive liberationem præd' medietatis terrarū & tenitorum prædictorum sic extentorum juxta formam statuti nondum est assecutus, prout ex insinuatione ipsius episcopi accepimus. Et quia volumus ea quæ, &c. tibi præcipimus quòd per bonos, &c. scire fac' præd' Wilhelmo, quòd sit, &c. in octavis sancti Hillarii, ostensur', &c. quare medietas omnium terrarū & tenitorum præd' in extenta præd' contenta, eidem episcopo liberari non debeat, tenend' per extentam præd' prius inde factam ut liberum tenitū sibi & assignatis suis, quousq; prædictas ducentas

ducentas marcas inde levaverit si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina eorum, &c. T. &c.

¶ Et qui nec I. & M. nec T. & A. in aliqua, &c. si quidam Johān de W. vel aliquis antecessorum suorum unquam aliquid habuit in dominico vel in servitio in uno mesuagio cum pertiā in R. quæ iidem Johannes de S. & M. in curia nostra, &c. clamant ut jus ipsius M. versus præd' T. & A. ita quod ipsos T. & A. vel aliquem antecessorum suorum inde feoffasse potuit, per quod iidem T. & A. advocare inde ad warrant' eundem I. de W. admitti debeant, sicut iidem I. de S. & M. dicunt, vel non, &c. quia tam, &c. Et habeas, &c.

Venire fac' super quoddam vocare ad iuram.

¶ Rex vic' Suffex salutem. Præcipimustibi qd' per probos & legales homines de com' tuo, scire facias Edmundo Herbert chivaler consanguineo & hæredi Ande' Panell' chivaler, quod sit coram, &c. in quindena Paschæ ad respondendum Thomæ Camoys filio & hæredi Joh' fratris Thomæ filii Radulphi de C. simul cum Johān Many, de placito unius molendini, 20. acrarū terræ, & 16. acrarū bosci in N. quæ sunt parcella manerii de A. unde Thomas Camoys filius & hæres Johān, in curia nostra, &c. petit executionem versus eum virtute cujusdam finis nuper levati in curia domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nostri apud Eborum in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui quintodecimo, coram Welhelmo de B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco, inter Radulphum de B. querentem, & Petrum de G. personam ecclesiæ de B. & Johannem de H. personam ecclesiæ & Petworth' deforciantes de præd' manerio de A. ac de maneriis de E. B. & D. cum pertinentiis, & de advocacionibus ecclesiarum de B. E. & R. & cantariæ de B. & unde idem Johannes M. placitando in eadem curia nostra dixit, quod ipse tenuit præd' tenementa cum pertinentiis unde executio secuta est versus eum ad terminum vitæ suæ tantum, ex dimissione præd' Andree qui jam obiit, reversione inde post mortem ejusdem Johannis Many ad præfatum Edwardum consanguineum & hæredem ejusdem Andree spectante, sine quo quidem Edmundo idem Johannes Many non potuit præfato T. Camoys fil' & hæredi I. inde respondere, & petiit auxilium inde de eodem Johanne occasione præmissa. Et habeas ibi nomina eorum, &c.

Scire fac' petito in auxilium.

¶ Rex venerabili in Christo patri Wil' eadem gratia episcopo Sarum salutē. Sciatis qd' Henr' persona ecclesiæ de C. fuit in curia nostra, &c. tali die ad respondend' Gerardo de T. de placito debiti, per sequestrum qd' ei inde per mandatum nostrum fecistis. Et ideo vobis mandamus, qd' sequestrum illud ea occasione factum, omnino relaxetis T. &c.

De sequestro habendo.

¶ Rex vic' salutem. Summoneas per summonitores M. de B. quod sit &c. tali die, ad warrantizandum W. custodiam unius mesuagii & sex bovatarum terræ cum pertinentiis in N. quam R. de F. in curia nostra &c. clamat ad se pertinere, eo quod I. de W. tenementa præd' de eo tenuit per servitium militare ut dicit, & unde idem W. in eadem curia nostra vocavit præd' M. ad warrantum versus eum. Et habeas ibi sum' & hoc breve. T. &c.

Warrantia: custodia.

¶ Rex

Summoneas ad acquietandum in alio comitatu. ¶ Rex, vic' salutem. Summoneas per bonos summonitores H. quod sit &c. tali die ad respondend' T. de placito quod acquietet ipsum de servitio, quod C. ab eo exigit de libero tenemento suo quod de præfato H. tenet in B. unde idem H. qui medius est inter eos eum acquietare debet ut dicit, & unde vicecomes noster Suth' mandavit justitiariis nris apud Westm' tali die qd' præd' H. non habet terras nec teñta in balliva sua ubi potest sum'. Et testatum est in eadem curia quod idem H. habet terras & tenementa in balliva tua ad sufficientiam ubi, &c. Et habeas ibi, &c.

De exitibus de liberandis. ¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quod disstringeres fratrem Nicholaum quondam custodem hospitalis sancti Johannis Oxon', quod esset coram justitiariis nostris, &c. tali die proxime præterito ad respondendum Henrico de B. de placito debiti: Idem Nicholaus ad diem illum fecit defaultam, & quidam Robertus de T. clericus venit in eadem curia nostra, & dixit quod ipse habet custodiam præd' domus ex commissione nostra. Et quia nolumus quod defaulta præd' Nicholai quondam custodis, præd' Roberto in hac parte esset præjudicial': Tibi præcipimus quod districtionem illam omnino relaxes, & omnes exitus, quos de terris & catallis præd' Nicholai quondam custodis ea occasione in balliva tua sic fecisti, præd' R. sine dilatione liberari facias. T. &c.

Breve ad cognoscendum quid juris clamat. ¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram justitiariis nostris, &c. tali die G. & A. uxorem ejus, ad cognoscendum quid juris clamant in uno mesuagio & decem bovatis terræ cum pertinentiis in B. quæ tenementa cum pertinentiis M. quæ fuit uxor G. in curia nra, &c. concessit A. de B. p. finem ibi inde inter eos factum. Et hab', &c.

Admensuratio dotis. ¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum quatuor discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad teñta in C. quæ H. fil' I. de T. in curia nostra, &c. clamat ad mensurari versus H. de W. & Helenam uxorem ejus, & ibidem coram te venire facias xii. tam milites, &c. de visnetu præd' per quos, &c. Et quinec præd' H. nec præd' H. & Helenam aliqua, &c. Et per eorum sacramentum extendi & appreciari facias prædicta tenementa, & similiter omnia tenementa quæ prædicti H. & Helena tenent in dote ipsius H. de hæreditate prædicti H. in prædicta villa, habito respectu ad verum valorem eorundem tenementorum de tempore quo ipsa H. inde dotata fuerit. Et extentam & appreciationem, &c. Et habeas, &c.

De superoneratione pasturæ. ¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus, &c. qd' ponas coram justitiariis nostris, &c. tali die loquelam quæ est in com' tuo per breve nrm inter I. de K. & G. de B. de eo qd' idem G. injustè superoneravit pasturam suam in L. Et summoneas per bonos summonitores præd' G. quod sit coram justitiariis nris apud Westm' tali die, &c. ad præfatum terminum, præfato Johanni inde responsurus. Et tu ipse tunc sis, &c. Et habeas ibi, &c.

De habendo liberam chaccã. ¶ Rex vic', &c. Scias quod I. de S. & M. uxor ejus in curia nostra, &c. recupe-

recuperaverunt liberam chaceam versus E. de M. in bosco ipsorū I. & M. tanquam pertinentem ad manerium ipsorū I. & C. per quandā juratam ibi inter eos captam. Et ideo tibi præcipimus qd' eisdem I. & C. præd' liberā chaceā suā in præd' bosco sicut dñi præd' manerii de S. habere consueverunt temporibus retroactis, sine dilatione habere fac'. T. &c.

¶ Rex vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I. de A. qd' cum nuper tibi præceperimus quòd corpora P. de T. & P. de B. & ipsius I. de W. si laici essent, &c. caperes, & in prisona nostra salvo custodiri faceres quousq; I. de Abbyngton plene satisfecissent de 24. li. quas iidem P. & P. & I. de W. & quilibet ipsorū in solid' tali die, &c. coram I. de B. nuper majore civitatis nostræ Londoñ, & I. de N. tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Londoñ accipiend' deputatis, recognoverunt se debere eidem I. de A. & quas ei solvisse debuerunt ad festum tale proximè sequens, & eas ei nondum solverunt ut dicit, & si iidem P. P. & I. de W. in balliva tua inventi non fuissent, vel clerici essent, tunc omnia bona & catalla terras & teñta ipsorū P. P. & Johannis de W. quæ &c. ac tu per illud præceptum nostrum eidem Johanni de A. omnia bona & catalla terras & tenementa ipsius Johannis de W. liberasses pro præd' debito, de quibus bonis & catallis terris & tenementis idem I. de A. partem debiti illius levasset, & residuum ejusdem debiti per manus ipsius I. de W. recepisset, ita quòd eidem Johanni de A. de debito prædicto plenariè fuisset satisfactum: Idem tamen Johanñ de A. falsò & in deceptionem curiæ nostræ secutus fuit aliud breve nostrum vic' nostris Londoñ de corpore ipsius Johanñ de W. capiend' pro prædicto debito, prætextu cujus brevis iidem vicecom' corpus prædicti I. de W. ceperunt, & in prisona nostra detinuerunt, in ipsius I. de W. dispendium non modicum & gravamen. Et quia tantam maliciam si excogitata fuerit transire nolumus impunitam: Tibi præcipimus quòd venire facias, &c. tali die prædictum I. de A. ad respondendum tam nobis quàm prædicto Johanni de W. de falsitate & deceptione prædictis. Et habeas, &c.

D: deceptione
in brevi de sta-
tuto mercato-
rum.

¶ Rex vicecom' salutem. Ex parte Hermanni de L. nobis est ostensum, quòd cum idem Hermannus tali die coram Richardo de S. nuper majore, &c. & R. tunc clerico, &c. recognovit se debere Johanni de L. decem marcas certis terminis in recognitione illa contentas solvend', ac idem Hermannus postea quædam tenementa sua in Bokerell' in comitatu tuo præfato Johanni dimisisset, tenend' ad terminum vitæ ipsius Johannis in allocatione prædicti debiti, de quibus tenementis idem Johannes adhuc est seifitus in forma prædicta: Præfatus Johannes licet ei de prædicto debito per prædictum Hermannum plenariè fuerit satisfactum ut prædictum est, nihilominus breve nostrum de capiend' prædictum Hermannum tibi directum secundū formam statuti de hujusmodi recognitionibus factis æditi, falsò & in deceptionem ejusdem curiæ nostræ impetravit, cujus brevis prætextu præfatu Hermannum cepisti & in prisona nostra de tali loco detines pro debito præd' & etiam terras & tenementa ipsius Hermanni in balliva tua eidem

Aliter.

Johanni

Johanni liberaſti, tenend' ut liberum teñtum per idem ſtatutũ, quouſque præd' debitum inde levaverint, in ipſius Hermanni diſpendium, & curiæ noſtræ circumventionem manifeſtam. Et quia præfato Hermanno fieri volumus juſtitiaẽ complementum in hac parte: Tibi præcipimus quòd capta ſecuritate ab ipſo H. de clamore ſuo proſequendo, & etiam bona & ſufficienti manucaptione periculo tuo de præd' denariis præfato Johañ ſolvend' tali die proximo futuro, niſi præd' Hermannus convincere poſſit ſe præd' I. de præd' denariis priùs ſatiſfeciffe, tunc præd' Hermannum à præd' priſona noſtra liberari facias. Et venire facias coram juſtitiariis noſtris apud G. ad præfatum terminum præd' I. ad respondend' tam nobis quã præfato Hermanno de falſitate & deceptione ſupradictis, & ad faciendum & recipiend' quod curia noſtra in hac parte, &c. Et habeas, &c.

Breve vic' ad
acquietandum
de damnis & ad
deliberandum
averia.

¶ Rex vic' ſalutem. Oſtenſum eſt nobis ex parte P. de L. quòd cum B. de S. in curia noſtra, &c. ſum' eſſet ad respondend' eidem P. de placito quare cepit unum equum ipſius Petri in ſeparali ipſius Petri, & eum injuſtè detinuit contra vadium & pleg', & idem B. veniſſet in eadem curia & dixiſſet quòd ipſe cepit averia illa in damno ſuo paſcentia ſeparalem paſturam ipſius Bernardi, & partes hinc inde poſuiſſent ſe in juratam patriæ, per quam poſtea in eadem curia noſtra convictum fuit quòd præd' Bernardus averia cepit in damno ſuo in ſeparali paſtura ipſius Bernardi, ita quòd idem Bernardus per conſiderationem curiæ noſtræ haberet retornum averiorum prædictorum: Præfatus Bernardus licèt prædictus Petrus rationabiles & ſufficientes emend' pro damnis & tranſgreſſione prædictis ſæpius ei obtulerit, prædicta averia detinet imparcata, contra legem & conſuetudinem regni noſtri, ad damnum ipſius Petri non modicum & gravamen. Et quia nolumus quòd prædictus Petrus injurietur in hac parte, tibi præcipimus quòd in præſentia eorundem Petri & Bernardi ad hoc præmonitorum ſi intereſſe voluerint, per ſacramentum proboñ & legalium hominum de viſinetu illo neutri parti ſuſpectoñ, diligenter inquiras quæ damna prædictus Bernardus habuit occasione tranſgreſſionis prædictæ. Et quàm citiùs dictus Petrus eidem P. ſatiſfecerit de damno illius juxta taxationem eorundem juratorum, prædicta averia eidem Petro ſine dilatione liberari facias, juxta eundem valorem & precium cujus fuerunt tempore quo fuerunt eidem Bernardo retornata. Et qualiter, &c. Et habeas, &c.

Superſedeas ſu-
per cognitione
cujuſdã debiti.

¶ Rex vic' ſalutem. Monſtravit nobis Richardus, quòd cùm ipſe ſolviſſet Hermanno de W. viginti libras quas idem Richardus coram, &c. cognovit ſe debere eidem Hermanno, & literas de acquietantia de ipſo Hermanno inde habeat ſuffic': Idem Hermannus falſò & in deceptionem curiæ noſtræ ſecutus eſt per breve noſtrum de judicio, ad levandam prædictam ſummam de terris & catallis ipſius R. ac ſi ei nihil inde reddiſſet, in ipſius R. diſpendiũ non modicũ, & nri contèptũ manifeſtũ. Et quia nolumus tantã malitiã prætermittere impunitã ſi commiſſa fuit, ac præd' R. ſec' juſtitiarios noſtros apud Weſtm' ſecuros de cla-
more

more suo prosequendo per I. & D. de comitatu tali: Tibi præcipimus quòd attachias præd' H. per corpus suum, ita quòd eum habeas coram iustitiariis nris apud Westm' tali die, ad respondendum tam nobis quàm præd' R. de præd' falsitate & deceptione. Et de præd' viginti libris de terris & catallis ipsius R. occasione præd' levand' omnino supersedeas donec aliud, &c. Et si quid de terris & catallis ipsius Richardi hac occasione in balliva tua fieri fecerit, id ei sine dilatione rehabere facias. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd associatis tibi custodibus placitorum coronæ nostræ in com' tuo, per sacramentum proborum & legalium hominū ejusdem comitatus, extendi & appreciari facias unum mesuagium cum pertiñ in K. unde A. quæ fuit uxor G. in cur' nra, &c. clamat tertiam partem in dotem versus Hermannum de Upton, & idem Hermannus in eadem cur' nra vocat I. fil' & hæredem G. de T. in custodia nra existentem ad warrantum versuseum. Et extentam & appreciationem quam, &c. scire facias, &c. sub sigillo tuo & sigillis præd' coronatorum, & similiter eorum p quorum sacramentum, &c. Et si quid in curia nostra convinci poterit, quòd in præd' extenta adeo favorabilis sis petenti, quòd in aliquo sumus p'dentes, tam graviter ad te capiemus, quòd aliis cedit in exemplum consimiliter delinquendi. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum, &c. Teste rege B. &c.

Ad faciendum extentam qñ hæres est infra ætatem & in custodia regis.

¶ Rex, vic' salutem. Monstravit nobis Daniel de B. quòd cum S. persona ecclesiæ de C. & G. vicarius ejusdem ecclesiæ, in cur' nra, &c. attach essent ad respondend' eidem D. de placito quare secuti fuerunt placitū in curia Christianitatis de catallis & debitis ipsius D. de xl. s. quæ non sunt de testamento, &c. ut dicit, ac iidem S. & G. tali die proximè præterito dixissent quòd ipsi nunquam secuti fuerunt aliquod placitum in præd' curia Christianitatis, de laic' catallis præd' Danielis de B. & vadiassent inde eidem D. legem suam, & habuissent diem coram præfatis iustitiariis, &c. tali die proximè futuro, ad easdem leges suas eidem Danieli inde faciend': Iidem S. & G. pendente inter eos in præfata curia nostra placito, præd', iterato traxerunt ipsum Danielem in curiam Christianitatis coram offic' episcopi London', ea occasione qua prius eum traxerunt, in ipsius D. præjudicium & nostri contemptum manifestum, & læsionem dignitatis & coronæ nræ. Et quia hujus maliciæ si commissæ fuerit, volumus obviare: Tibi præcipimus quòd si præd' D. fecerit te securum, &c. tunc pone, &c. præd' S. & G. quòd sint, &c. ad respondend' tam nobis quam præd' D. de transgressione & contemptu præd'. Et habeas, &c. T. &c.

Qñ aliquis trahitur in curiam christianitatis pendente placito in curia regis de eodem.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cum nu p tibi præceperimus quòd in propria persona tua accederes ad communiam pasturæ in W. unde I. & M. uxor ejus questi fuerunt, quòd G. de C. & A. uxor ejus pasturam illam superoneraverint, & per sacramentum proborū & legalium hominum de com' tuo pasturam illam admensurari faceres, ita quòd iidē G. & A. non haberēt plura animalia in ea vel pecora quam habere debent & ad illos ptinerent habend', secundū liberum tēntum suū quòd habent in eadem villa,

Ad mensuratiōem pasturæ.

villa, & admesurationem, quam inde fecisses, scire faceres justitiariis nostris, &c. ac tu ad diem illum præfatis justitiariis nris, &c. admesurationem inde factam misisses, qui dicit qd' præd' communia pasturæ continet septies viginti & quatuordecim acras moræ & brueri, & præd' I. & M. habent in dominico in præd' villa quadraginta & quinquies viginti acras terræ arabilis, secundum quæ teñta ad ipsos pertinet habere in præd' pastura, duodecim boves viginti & octo vaccas, cum exitibus unius anni, viginti & octo boviculos & juvenculas, unum taurum, octies xxviii. porcos cum uno apro, mille quadraginta bidentes & quadraginta multones, & quòd præd' G. & A. habent in dñico in præd' villa quater viginti & duas acras terræ arabilis, secundum quæ teñta habere debent in pastura illa, tres equos, duos boves, quater viginti vaccas cum exitibus unius anni, quatuor boviculos & juvenculas, &c. iidem G. & A. venerunt in eadem curia nra & concesserunt hinc inde admesuratione præd'. Et ideo tibi præcipimus quòd præd' communiam pasturæ exoneret, ita quòd præd' I. & M. habeant in communia illa tot animalia & pecora quot ad ipsos pertinet habend' ut præd' est, Et præd' G. & A. plura animalia & pecora quàm ad ipsos pertinet habend' ut præd' est, in eadem communia pasturæ habere non permittas. T. &c.

Quando tenens erit intendens capitali domino.

¶ Rex vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, quòd distringeres G. per omnes terras, &c. ad respondendum tali die placito qd' acquiesceret ipsum de servitio quod R. ab eo exigit de libero teñto, &c. & quòd in duobus plenis comitatibus proclamari faceres quòd præd' G. veniret corà præfatis justitiariis, &c. ad præfatū terminum, ad acquiescendū, &c. de præfato servitio: Tu ad diem illū mandasti, quòd distrinxisti præd' G. & in duobus plenis comitatibus publice proclamari fecisti in forma præd', idem G. ad diem illum non venit, ita quòd per formam statuti inde æditi consideratum fuit, quòd præd' G. amitteret de cætero servitium præd' Aliciæ tenentis sui de præd' tenemento, & quòd præd' A. esset intendens de cætero præd' R. capitali domino feodi illius, de eisdem servitiis & consuetudinibus quæ præd' G. de eodem tenemento ei facere consuevit. Et ideo tibi præcipimus quòd non permittas præd' G. distringere præd' Aliciam ad aliquod servitium ei pro prædicto tenemento facere, nec prædictum R. exigere à præfata A. alias consuetudines & servitia de teñtis præd' quàm præd' G. ei facere consuevit T. &c.

De terris & catallis teñtis ultra debitum levatum.

¶ Rex, vic' salutem. Ostenfū est nobis ex parte I. qd' cùm nuper tibi præceperimus qd' omnia bona & catalla, terras & teñta ipsius I. quæ habuit in balliva tua die quo diē I. corà I. de C. &c. recognovit sedebere H. de S. xl. li. certis terminis in recognō illa contentis solvend', vel unquā postea ad quorumcunq; manus devenerūt, nisi, &c. eidē H. liberari faceres p' rationale, &c. tenend' ut liberū teñtū, &c. juxta formā statuti &c. quousq; de terris & catallis præd' & quibusdā teñtis & catallis per vic' nrm Suff. eadem occasione eidem H. p' præceptum nrm quædam tenementa & catalla ipsius I. in balliva tua p' rationale precii, &c. eidē H. libe-

H. liberasses in forma præd', & idē H. de catallis & teñtis præd' prædictū debitum plenè levavit, & licèt præd' tenementa post præd' debitum inde levatum, præd' I. reverti debeant per formam statuti præd': Prædictus H. ipsū I. præd' tenementa in balliva tua ingredi non permittit, immò tenementa illa ulteriùs tenet contra tenorem ejusdem statuti in ipsius Johannis dispendium non modicum put ex gravi querela ipsius Johannis accepimus. Et quia præd' Johanni si ita sit subvenire volumus per idem statutum ut tenemur. Tibi præcipimus quòd venire facias coram justitiariis n̄ris, &c. tali die præd' Harmannum, ad ostendendum quare præd' tenementa unde & de aliis bonis & catallis per manus præd' Johannis eidem Hermanno occasione præd' debiti, post præd' recognitionem plenariè satisfactum est ut dicitur, præd' A. restitui non debeant, & ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas, &c. Teste, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm S. de B. traxisset in placitum Hugonem de B. in curia Christianitatis coram N. &c. de catallis & debitis quæ non sunt, &c. de matrimonio, & idem Hugo literas nostras de prohibitione præfato N. porrexisset, ne placitum illud ulteriùs teneret in eadem curia præd', per quod ipsum N. postea per breve nostrum ad prosecutionem præd' H. tibi directum prout moris est in regno nostro attachiari præcepissemus, quòd esset coram justitiariis nostris tali die proximè præterito, ostensurus quare tenuit præd' placitum in curia Christianitatis contra prohibitionem nostram, ac idem N. occasione præd' brevis nostri de attachiamento præd' coram præfatis justitiariis, &c. ad præd' quindenam Paschæ retornati, præfatum Hugonem tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ contemnentem, per breve nostrum ad denunciationem venerabilis in Christo patris R. Cantuar' archiepiscopi super hoc impetratum, per te capi & in prisona nostra de N. detineri malitiosè procurasset, ut sic eum impedire posset quòd minùs placitum attachiamenti præd' coram præfatis justitiariis nostris secundum legem, &c. prosequi posset, in ipsius Hugonis dispendium non modicum, & nostri contemptum manifestum, & ideo iteratò præceperimus quòd ipsum Hugonem si ea occasione & non alia detentus fuisset in prisona præd', sine dilatione liberari faceres, quousq; placitum attachiamenti præd' inter eos terminatum fuerit secundum legem & consuetudinem regni n̄ri, & qualiter, &c. scire faceres, &c. tali die proximè præterito, tu in executione præcepti n̄ri quod tibi inde venit negligenter te gerens, præfatis justitiariis, &c. ad diem illum mandasti, quòd præd' H. detinetur in prisona n̄ra præd' p̄ offensa commissa in caula matrimoniali, eo quòd noluit uxorem suam maritali affectu ptractare. Et quia ex parte ipsius H. conquerendo graviter nobis est ostensum, quòd, &c. tibi præcipimus quòd eundem H. captum & imprisonatū si ea occasione & non alia detentus fuerit in prisona n̄ra præd', sine dilatione deliberari fac', quousq; placitum attach' præd' inde inter eos terminetur secundum legem, &c. Et qualiter, &c. Et habeas, &c.

Deliberatio imprisonmenti capti causa excommunicationis.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I. de B. qd' cūm A. quæ fuit

Quando vicecomes levavit plus quàm levare debet

fuit uxor E. nuper in curia nra recuperasset versus eum sexcentas & quadraginta libras pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis dotis suæ de maneriis de B. in com' Eborum & T. in com' Lincoln, per quandam juratam ibi inter eos captam, ac idem I. duas partes maneriorum de B. & C. in com' Suff. cum pertiis, postea per quoddam scriptum chyrographatum inde inter eos confectum, unde quædam pars sigillo ipsius A. signata nobis ostensa fuit, tenend' per duos annos in allocationem trecentarum quater viginti & quinq, librarû, &c. unde se tenuit, tenend' ut dicitur eisdem assignasset, & ad residuum de terris & catallis ipsius I. fieri fac' tibi sicut & aliis vicecomitibus nostris de comitatibus N. Bed', & Lincoln, in quorum ballivis idem Johannes terras habuit & tenementa, præceptum fuisset quod de terris & catallis ejusdã I. in balliva tua quandam partem illius residui ad opus præd' A. fieri faceres: Eadem A. erga te sicut & erga alios vicecomites nros præd' in tantum est profecuta, quòd tu & alii vicecom' nri de comitatibus præd', quandam summam pecuniæ præd' residuum in multo excedentem, prout literæ acquietantiæ sub nominibus ipsorum vicecomitum nobis inde prælatæ testantur, & de terris & catallis ipsius I. balliva tua fieri fecisti, & ad hoc de die indiem facere non desistis, in ipsius I. dispendium manifestum, sicut ex gravi querela ipsius I. accepimus. Et quia volumus eorum utriq; justitiam in hac parte plenius exhiberi: Tibi præcipimus quod si præd' I. &c. & etiam de residuo dictæ pecuniæ si quid defuerit eidem A. satisfaciendo, tunc venire facias coram, &c. tali die præd' A. facturam & recepturâ quod justitia requirit in hac parte. Et tu ipse vel subvicecomes tuus tunc sis ibi, eosdem justitarios nostros super præmissis inde de contingentibus certificaturus. Et interim prædicto I. pacem habere permittas, ita quòd de terris & catallis ejusdem per nullum breve nostrum hucusq; impetratum, aliquid levare præsumas. Et habeas, &c.

Distringas ad
acquierandum
de servitiis.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cum in curia nra, &c. p. quandã juratã inter priorem de H. & Hugonem de C. captã convictũ fuit, quòd præd' Hugo præd' priorem de cætero acquietare debeat de homagio, quod G. de T. P. de N. &c. à præfato priore exigunt, de uno mesuagio cum pertinentiis in A. quod de præfato H. tenet per servitium feodi unius militis & unius paris calcarium deauratorum per annum pro omnibus servitiis. Et ideo tibi præcipimus quòd distringas præd' H. ad acquietandum prædictum priorem versus prædictos G. & P. de prædictis servitiis. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis prædicti H. si tibi constiterit quòd idem Hugo non sit profectus ad partes Valcoñ in obsequio nro, aut aliud præceptum nrm inde receperit speciale: In balliva tua fieri fac' decem libras, & illas præd' priori reddas pro servitiis præd' versus præfatum P. & G. non acquietatis, prout per præd' juratam ibi inter eos summonitam & captam convictum fuit. Et qualiter, &c. Et habeas, &c.

¶ Rex.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm H. de S. in curia nra, &c. sum' esset ad respondendum priori, de placito qd' acquietet ipsum de homagio quod, &c. de libero

de libero tenemento quod de eo tenet in A. idem H. venit in eadem curia nra, & cognovit quod prædictum priorem acquietare debet versus quoscunq; de prædicto homagio, ita quod consideratum fuit in eadem curia nra, quod idem H. præfatū priorem versus præd' W. & P. de prædicto homagio acquietaret. Et ideo tibi præcipimus quod distr' præd' Hugonem ad acquietandum præfatum priorem versus prædictos W. & P. de prædicto homagio, & unde vicecomes noster Suff. aliàs mandavit justitiariis, &c. quod prædictus Hugo non habet terras nec tenementa in balliva sua per quæ potest distringi, & testatum est in eadem curia nostra, quod idem Hugo habet terras tenementa ad sufficientiam in balliva tua per quæ potest distringi. Et qualiter, &c. Et habeas, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ in com' tuo, venire facias coram te duodecim tam milites quam, &c. p quos, &c. & qui nec E. de P. nec I. & I. uxorem ejus, aliqua, &c. & per eorum sacramentum in præsentia partium ad hoc sufficienter præmonitarum si, &c. extendi & apprec' facias xl. acras bosci, quæ præd' E. tenet de hæreditate R. de P. quondam viri præd' I. Et etiam extendi & apprec' facias omnes terras & tenementa quæ præd' I. & I. tenent in dotem ipsius I. de hæreditate præd' E. in B. secundum statum & valorem in quo fuere tempore quo præd' R. ea tenuit, quam quidem dotem præd' E. in curia nostra, &c. clamat admensurari versus eos. Et extentam & apprec' quas inde feceris, &c. tali die sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum, &c. Et habeas ibi, &c. Teste rege, Bealknap, &c.

Admensuratio
dotis.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I. quod cum T. in curia nostra tali die summonitus esset ad respondendum præd' I. de placito quare cepit averia ipsius I. & ea injustè. &c. ut dicitur & habuisset diem hinc inde coram justitiariis nostris, &c. tali die proximo futuro: Idem T. pendente inter eos in præfata curia coram, &c. præd' placito, iterato cepit averia præd' I. occasione qua prius ceperat. Et quia hoc maximè est contra legem & consuetudinem regni nostri & contra pacem nostram tibi præcipimus quod si præd' I. fecerit te securum de clamore, &c. tunc pone, &c. præd' T. quod sit, &c. ad præfatum terminum ad respondendum tam nobis quàm præd' I. de præd' transgressione & contemptu. Et interim præd' I. prædicta averia sine dilatione deliberari facias, & deliberata teneri quousq; præd' placitum inde inter eos in præfata curia motum plenar' terminetur. Et habeas, &c.

Deliberatio
veriorum.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte P. custodis corporis & terrarum T. fil' & Hæredis H. de C. quod cum R. quæ fuit uxor A. in curia nra, &c. peteret versus R. de F. tertiã partē xii. acrarū terræ, &c. ut dotē suã, idem R. venisset in eadem curia nra, &c. & vocavit inde ad warrantū præd' hæred' in custodia ipsius P. existē, qui quidē P. nomine ejusdem hæred' & reddidisset præd' R. præd' dotem suam cum pertiñ, ita quod consideratum fuisset in eadem curia nra quod præd'

Scire facias.

R. teneret in pace, & quòd præd' R. haberet de terris præd' hæredis in custodia prædicti P. existentis ad valentiam prædictæ tertie partis &c. per quod tibi præceperimus quòd eidem R. de terra præd' hæred' in custodia præd' P. existentis, ad valentiam præd' tertie partis versus præd' R. petite in loco competenti habere & assignari faceres: Tu eidem R. per illud præceptum nrm in favorem ipsius R. de terris præd' hæredis in custodia prædicti P. existentibus, in duplum valorem præd' tertie partis habere & assignari fecisti, in ipsius P. dispendium non modicum & gravamen, prout ex gravi querela ipsius P. accepimus. Et volentes partibus hinc inde justitiæ complementum fieri in hac parte: Tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo scire facias A. viro ipsius R. & ipsi R. quòd sint, &c. tali die, ostensuri si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare id quod ipsi A. & R. tenent de hæreditate præd' T. per valorem prædictæ tertie partis versus prædictum R. petite ultra verum valorem ejusdem, prætextu assignationis præd' eidem custod' restitui non debeat si sibi viderit, &c. Et habeas, &c.

Quando vicecomes liberavit plus de terra hæredis quàm liberari debet.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm D. quæ fuit uxor A. nuper in curia nostra, &c. peteret versus D. de F. tertiam partem xii. acrarum terræ, &c. ut in brevi pximo præcedente recitando illud breve in forma recitationis usq; prout ex insinuatione ipsius P. accepimus, & tibi præceperimus quòd p. probos, &c. scire faceres, &c. ostensuri, &c. tu præfatis justitiar' nris ad diem illum mandasti, quòd scire fecisti præd' D. & A. quòd essent coram justitiariis nris apud E. ad præfatū terminū ostensuri in forma præd', qui quidem A. & D. venire noluerunt. Et ideo tibi præcipimus quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo neutri parti suspectorum, in præsentia partium ad hoc sufficienter præmonitarum si interesse voluerint, de novo extendi & apprec' facias præd' tertiam partem & similiter præd' tenementa præd' D. per valorem præd' tertie partis assignatæ, secundum verum valorem eorundem. Et id quod de terra præd' hæredis in custodia præd' P. existentis præd' R. habere & assignari fecisti ultra verum valorem tertie partis, eidem P. sine dilatione habere facias. Et qualiter, &c. Et habeas, &c.

Attincta.

¶ Rex, vic' salutem. Si N. fecerit, &c. tunc summoneas xxiiii. legales milites de visinetu de B. quòd sint, &c. tali die, parati sacramento recognoscere si præd' N. injustè & sine, &c. disseis. E. de libero tenemento suo in B. post primam, &c. in Vascoñ, unde idem N. quæritur quòd jurata assisæ novæ disseisinæ quæ inde inter ipsum E. & præfatum N. coram dilectis & fidelibus nris I. & W. nuper justitiariis nostris ad assisas in com' tuo capiendas assignatis apud G. per breve nostrum summ' fuit & capta, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt juratores illius assisæ, & eos tunc habeas coram præfatis justitiariis nostris. Et summ', &c. præd' E. quòd tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas ibi summ' nomina militum & hoc breve. T. &c.

¶ Rex

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs, &c. quòd summonneas per bonos summonitores xxiiii. legales milites de visinetu de B. qd' sint &c. tali die, parati sacramento recognoscere si N. injustè, &c. Et totū breve proximè præcedens usque, falsum fecerunt sacramentum, &c. Et scias quod amerciatus es ad xx.s. eò quòd retornaisti coram, &c. tali die nomina xxiiii. leg' militum de visinetu præd', nullam mentionem in retorno illo faciendo, quòd iidem xxiiii. milites summ' fuerunt, nec de nominibus aliquorum summonitorum eorandem xxiiii. militum prout tibi præceptum fuit. Et gravius amerciaberis nisi hoc mandatum nostrum plenius exequaris. Et habeas ibi sum' & hoc breve T. Rege B. apud Westm'.

Aliter quando vicecomes non returnat nomina summonitorum xxiiii. militum.

¶ Rex, vic' London' salutem. Cùm R. in curia dñi E. nuper, &c. apud Westm' scilicet termino sanctæ Trinitatis proximè præterito, coram R. B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nri de Banco, per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus G. quoddam debitum C. li. ac etiam xx.s. occasione detentionis debiti illius, prout per recordum de tempore præd' avi nri coram justitiariis nris apud Westm' inde habitum plenius apparet, & idem G. prisonæ præd' avi nri de Flete per considerationem curiæ suæ præd' commissus fuisset, in eadem moratur' quousq; præfato R. de debito & damnis præd' plenariè satisfecisset: Idem G. postea venit in curia nra coram, &c. apud Westm', & dixit quòd ipse præfato R. de debito & damnis præd' plenariè satisfecit, proferendo ibidem quoddam scriptum acquietantiæ sub nomine præd' R. receptionem eorundem debiti & damnorum testificans, & petiit se à prisona præd' deliberari. Et quia nescitur si scriptum præd' sit factum præd' R. necne: Vobis præcipimus quòd per probos, &c. scire faciatis eidem R. quòd sit, &c. in crastino Ascensionis domini, ad cognoscendum vel dedicendum scriptum præd', & ulterius ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeatis, &c. nomina eorum, &c. T. &c.

Scire facias de quodam debito recuperato.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quod comes, &c. in curia nra, &c. recuperavit seisinā suā versus abbatem de Burgo, &c. de advocacione quartæ partis ecclesiæ de Estyngton cum pertiñ, tenenda eidem comiti & hæredibus suis quietè de præd' abbate & successoribus suis & ecclesia sua sancti Petri præd' imperpetuum, per defaultam ipsius abbatis. Et ideo, &c. quòd idem comiti de præd' advocacione quartæ partis ecclesiæ præd' cum pertinentiis tenenda in forma præd', sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

Seisina de advocacione quartæ partis ecclesiæ.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm quidam nuper prior de Hartford' in curia dñi E. &c. scilicet tali die anno regni sui tertio, coram Wilhelmo de H. & sociis suis tunc justitiariis, &c. per considerationem ejusdem curiæ ipsius avi nostri recuperasset versus quendam R. tunc personam ecclesiæ de S. quendam annum redditum duarum marcarum, singulis annis eidem nunc priori & successoribus suis ad duos anni terminos, videlicet in octavis sancti Michaelis unam marc', & in octavis Paschæ unam marc' imperpetuū solvend', prout per rec' & pcessum loquelæ præd'

Scire facias de annuo redditu.

coram justitiariis nris apud Westm' de mandato nostro ad prosecutione I. nunc prioris de H. succ' p'afati nunc prioris loci p'ad' missa liquet manifestè, xii. marc' de arreragiis annui redditus p'ad' post p'ad' judicium redditum, videlicet de sex annis proximè p'æteritis p'afato Johani nunc priori de H. à retro existunt, ut ex insinuatione ipsius nunc prioris accepimus. Et quia volumus, &c. tibi p'æcipimus quòd p' bonos, &c. scire facias Guilhelmo Newehawe clerico nunc personæ ecclesiæ p'ad', successori p'afati Roberti tunc personæ ejusdem ecclesiæ, quòd sit, &c. xv. Trinitatis, ostensurus si quid, &c. quare p'ad' xii. marcæ de arreragiis annui redditus de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & p'afato nunc priori reddi non debeant, si, &c. Et habeas, &c.

Scire facias petito in auxilium.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I. nunc prior de Hartford in curia nra cora &c. peteret executionem versus W. N. clericum nunc personæ ecclesiæ de S. de xii. marc' de arreragiis cujusdam annui redditus duarum marcarum, quem quidam prior de H. p'ædecessor ipsius nunc prioris in curia domini E. nuper regis Angl' avi nostri, coram W. de H. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco apud Eborum, recuperavit versus quendam R. de Beverley tunc personam ecclesiæ p'ad' de S. p'ædecessorem p'ad' Wilhelmi nunc personæ ejusdem ecclesiæ, singulis annis eidem nuper priori & successoribus suis ad duos anni terminos, videlicet in octavis sancti Michaelis unam marc' & in octavis Paschæ unam marc' imperpetuum solvend', prout per recordum & processum loquelæ p'ad' coram justitiariis nostris apud Westm' de mandato nostro ad prosecutionem p'ad' nunc prioris missa liquet manifestè: Idem Wilhelmus venit in eadem curia nostra, & dixit quòd ipse non potuit ecclesiam illam sine Roberto Coventr' & Lich' episcopo loci illius ordinario, & I. Trussell' & Alicia uxore ejus ejusdem ecclesiæ patronis onerari, & petiit auxilium de ipsis episcopo & patronis. Et ideò tibi p'æcipimus quòd per probos, &c. scire facias p'afato episcopo, Johanni Trussell' & Aliciæ, quòd, &c. xv. Trinitatis, ad respondendum p'afato nunc priori simul cum p'adicto Wilhelmo, de p'adicto placito si voluerint. Et habeas ibi nomina, &c.

Mandatum justitiariorum assignatorum ad audiendum & terminandum.

¶ Robertus Bealknap & focii sui justitarii domini regis ad quandam transgressionem A. de C. in com' Canc' illatam audiendum & terminandum assigni, vic' ejusdem comitatus salutem. Ex parte dñi regis tibi p'æcipimus, quod capta securitate à p'afato Adam de clamore suo prosequendo: Tunc venire facias coram nobis apud M, tali die Johannem, Wilhelmum, & Robertum, ad respondendum p'afato Adæ de placito quare ipsi simul cum, &c. ut in commissione. Venire etiam facias coram nobis apud M. p'ad' die & anno, xxiiii. probos & legales homines de visinetu de R. per quos, &c. ad inquirendum qui malefactores & pacis domini regis perturbatores unà cùm p'afatis I. W. & R. p'afato Adæ transgressionem p'ad' perpetraverint. Et habeas ibi nomina pleg' jur quos sic venire feceris, breve domini regis clausum de intendendo qd' tibi inde venit, & hoc mandatum. Datum, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia Linc' Episcopo salutē. Breve episcopo ad admittere- dum personam idoneam.
 Cūm Prior de Landa in curia nra apud Leycest' coram dilecto & fideli nro Rogero de K. uno justitiariorū nostrorū de communi banco, scilicet die Martis proximo post festum sanctæ Trinitatis proximè præterito, recuperasset versus R. Basset de Drayton chivaler præsentationem suam ad ecclesiam de A. vestræ dioc' vacantē, & ad suam donationē spectantē, prout p̄ quandā juratā ibi inde inter eos virtute cujusdā brevis nri nisi prius summonitā & captam convictū fuit, ac vobis mandaverimus qd' non obstante reclamatione præd' R. ad prosecutionem præd' prioris ad ecclesiam præd', idoneā personam admitteretis: Vostamen virtute mandati nostri præd' nihil fecistis nec facere curastis, prout ex insinuatione præd' prioris accepimus. Et ideo vobis mandamus sicut aliās vobis mandavimus, quod non obstante reclamatione præd' R. ad prosecutionem ejusdem prioris ad eandem ecclesiam idoneam personam admittatis, vel causam ob quam id non feceritis scire faciatis justitiariis nostris apud W. tali die, hoc breve coram eisdem justitiariis nostris ad eundem terminum remittentes, Teste, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cūm nos nuper in cur' nra coram justitiariis nostris apud W. videlicet in octavis sanctæ Trinitatis proximè præteritis, recuperassemus præsentationem nram versus Johannem clericū, ad ecclesiam de N. vacantem & ad nostrā donationē spectantē p̄ defaultam ipsius Johannis, per quod W. episcopo London' loci illius dioc' mandaverimus, qd' non obstante reclamatione præd' Johannis ad præsentationem nram ad ecclesiam præd' idoneam personam admitteret. Idem tamen episcopus W. de G. clericum per nos virtute judicii præd' ad ecclesiam præd' præsentatum admittere recusavit ut accepimus, in nostri ac mandatorum nostrorum contemptum, & judicii præd' in curia nostra præd' redditu enervationem manifestam, Et ideo tibi præcipimus quod ponas p̄ vadium & salvos plegios præd' episcopum, quod sit coram justitiariis nostris apud W. tali die, ad respondendum nobis de contemptu in hac parte facto, & ulterius factur' & receptur' quod curia nra consideraverit in hac parte. Et habeas, &c; T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cūm Cecilia Ferror de Granthm', p̄ eo quod non venit in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nri coram justitiariis suis de banco, ad satisfaciendum Bernardo fil' Phil' de Haryngton de G. tam de quodam debito xlii. quod idem B. in curia ejusdem avi nostri per considerationem ejusdem curiæ recuperavit versus eam, quā de xviii. marc' vi. s. viii. d. de viginti marc' eidem B. adjudicatis pro damnis suis occasione detentionis debiti prædicti in exigendis posita fuisset, & postea ea occasione in comitatu tuo waiviata & occasione waiviarix illius se postmodum prisonæ nostræ de Flete reddiderit, ac nos waiviariam illam eidem C. postea perdonaverimus, ita tamen quod satisfaceret eidem B. de debito & damnis prædictis, eademq; Cecilia postea venit coram justitiariis nostris apud Westmonasterium, & allegando quod præfatus Bernardus mortuus fuit dixit quod quædam Elizabetha quæ fuit uxor ejusdem Bernardi executrix ipsius Bernardi, post

Breve de contemptu versus episcopum qm non admittit præsentatum Regis.

Scire facias post exigendas.

post mortem ejusdem B. p quoddam scriptum suū qd' in cur' nra ptulit, sub dato primi diei Maii anno regni nri primo, remisit & relaxavit eidem C. omnimodas actiones debiti, vel alterius rei cujuscunq; ac omnes demandas quas versus eam quovismodo habere potuit, petendo se à prisona nra deliberari, & quia nescitur si præfatus Bernardus mortuus sit necne, sive si scriptum præd' factum præfatæ Elizabethæ existat: Tibi præcipimus quòd si tibi constare possit quod præfatus B. mortuus sit, tunc per bonos & legales, &c. scire facias præfatæ Elizabethæ quòd sit, &c. tali die ad cogn, vel dedicend' scriptum præd', & ad ostendendum si quid p se habeat vel dicere sciat, quare præfata Cicilia à prisona nostra præd' deliberari non debeat, & ulterius ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi. T. &c.

Scire facias in
breve de statuto
mercatorum.

¶ Rex, vic' salutem. Cū H. in curia, &c. per considerationē, &c. recuperasset versus I. xx. s. p triplo damnorū suorū, quæ habuit occasione qd' idem I. fecit vastū, venditionē, &c. de tēntis in T. quæ idē I. tenet p legē Angliæ de hæred' præd' H. ad exhæredationem ipsius H. prout p quandam juratam, quam nuper per te fieri fecimus, convictum fuit: Idē H. venit in eadem cur' nra, & per statutum nrm in hujusmodi casu provisum, elegit sibi liberari omnia bona & catalla præd' I. præter, &c. & similiter medietatem, &c. quousq; præd' xx. s. inde levaverit. Et ideo tibi præcipimus quod omnia bona & catalla præd' I. præter, &c. & similiter medietatem, &c. in balliva tua eidem H. sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tēntium in forma præd', quousq; xx. s. inde levaverit. Et qualiter, &c.

Aliter de damnis recuperatis in brevi de tēntis per legem Angliæ.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi qd' non omittas, &c. quin p sacramentum

Ad inquirendū
quæ bona & ca-
talla I. habuit
die utlagatio-
nis, & ad exten-
denda & seisi-
enda illa in ma-
num regis, quia
utlagatus lati-
tat, & ad capi-
endum ipsum
non obstante
aliqua libertate.

Districcio in
breui de chā-
partia.

Scire fac' versus
terræ tenentes
virtute cuiusdā
recogni debiti
ubi vicecomes
returnat in bre-
vi de Scire faci-
as versus ipsum
qui fecit recog-
nitionem quod
mortuus fuit.

Quid juris cla-
mat in uno me-
suagio cum per-
tinentiis.

mentum, &c. diligenter inquiras, quæ bona & catalla, terras & tenēta I. habuit in balliva tua tali die vel unquam postea, quod die idē I. utlagatus fuit ad sectam G. pro computo eidē G. non reddito de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius G. prout vicecomes noster justitiariis nostris &c. tali die tunc proximē sequenti mandavit, & illa per eorundē sacramentum extendi & appreciari facias juxta verum valorem eorundē, & ea quæ per inquisitionem illam inveneris, in manū nram capias, & salvo custodiri facias, & extentam & appreciationem, in quam inde feceris, scire facias justitiariis nris, &c. tali die distinctē & apertē sub sigillo tuo, & sigillis eorum p quorum inquisitionem, extentam & appreciationē illā feceris. Ac p eo quod idē I. vagatur & latitat in balliva tua, in nri & coronæ nre præjudicium ut accepimus: Tibi præcipimus qd' præd' I. ubicunq; in balliva tua tam infra libertatem quàm extra invenire contigerit, capias, & eum salvò custodiri facias, ita quod, &c. ad præfatū terminum, ad faciendum & recipiendum quod curia nra de eo consideraverit in hac parte. Et habeas, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod distingas A. per omnes terras & catalla sua, &c. & quod habeas, &c. ad respondendum nobis de placito, quare cū inter cæteros articulos, quos dñs E. nup rex Angl' pater noster in emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quod nullus minister nec aliquis alius pro parte rei quæ est in placito habenda, negotia, quæ sunt in placito, sibi assumat manutenēda, nec aliquis jus suum sub hujusmodi conditione alteri dimittat: Præd' A. placitum loquelæ quæ est in curia nra, &c. inter B. & A. uxorem ejus petentes, & M. tenentē, de uno mesuagio cum ptiā in S. p parte ejusdē terræ habend', jam assumpsit manutenend' contra formam ordinationis præd', & ulterius factus & receptus qd' curia nra consideraverit in hac parte, & ad audiend' judicium suum de pluribus defaltis, &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cū I. in curia nra, &c. recognoverit se debere L. x. li. unde ei solvisse debuit ad festum Paschæ tunc proximē sequens tantum, & deinceps præd' I. præd' decem libras præd' L. nondū reddidit, prout ex insinuatione ipsius L. accepimus, & quia volumus ea quæ in curia nra rite acta sunt, debitæ executioni demandari, tibi præceperimus quod per probos, &c. de com' tuo scire faceres præfato Johān, quod esset coram, &c. tali die præterito, ostensurus si quid p se haberet vel dicere sciret, quare præd' denarii de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & præd' Laurentio reddi non deberent si sibi vidisset expedire: Tu præfatis justitiariis nris, &c. ad diem illum mandasti quod præd' Johannes mortuus est. Et ideo tibi præcipimus, quod, &c. scire faceres tenentibus terrarum & tenitorum, quæ fuerunt præd' Johannis die recognitionis præd', quod sint coram, &c. tali die, ostensuri si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare præd' denarii de terris & tenementis præd' fieri, & prædicto Laurentio reddi non debeant, si sibi viderint expedire, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod distingas Henricum & Johannam uxorem ejus per omnes terras, &c. ad cognoscend' quid juris clamant

clamant in uno mesuagio cum pertinentiis quòd A. in curia, &c. concessit E. quæ uxor fuit Johannis & præfatæ I. per finem ibi inde inter eos factum, &c. Et habeas, &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm abbas de A. nuper in curia, &c. per considerationem curiæ n̄ræ recuperavit versus Edmundū episcopū Linc' præsentationem ad vicariam de S. per quòd eidem episcopo mandavimus, qd' non obstante reclamatione sua, ad præsentationē præd' abbatis ad vicariā præd' idoneam personam admitteret: Idem episcopus H. de L. clericum per præd' abbatem ad vicariam præd' præsentatum admittere recusavit, in n̄ra ac mandatorum n̄rorum prædictorum contemptum, ac executionis curiæ n̄ræ præd' retardationem manifestum, & prædicti abbatis damnum non modicum & gravamen. Et ideo tibi præcipimus, quòd si præd' abbas fecerit, &c. tunc summeas, &c. quòd sit, &c. ad respondendum tam nobis de contemptu, quàm præd' abbati de placito præd', &c.

Summeas episcopum ad respondendum regi de contemptu & parti de placito, ubi pars recuperavit præsentationem versus episcopum, & episcopus recusat admittere clericum.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis I. & E. & K. manucaptorum ejusdem I. in balliva tua fieri facias viginti solidos, & illos habeas, &c. ad reddendum T. pro damnis suis quæ habuit tali die & anno, usq; ad talem proximè præteritum, ad quem diem præd' I. petiit se admitti ad defensionem juris sui versus præd' Thomam de uno mesuagio cum pertinentiis, quod idem Thomas in curia, &c. recuperaverit versus M. per defaultam ipsius M. occasione petitionis præd'. Et habeas, &c.

Fieri facias versus ipsum qui petiit se admitti & ejus manucaptos, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis G. tenētis terrarū, & tenētorum quæ fuerunt I. tali, &c. in balliva tua fieri facias centum solidos, & illos habeas, &c. tali die, ad reddendum P. de arreragiis cujusdam annui redditus decem solid', quem idem P. in cur' n̄ra, &c. per considerationem ejusdem curiæ n̄ræ recuperavit versus eum singulis annis in festo tali solvend', & unde ei reddidisse debuit termino Michaelis anno tali tantum, & termino tali anno, &c. & deinceps, &c. & illos ei nondum reddidit, &c. Et habeas, &c. T. &c.

Fieri facias de arreragiis cujusdam annui redditus recuperati.

¶ Rex, vic' salutē. Cape in manū n̄ram, &c. de terra I. de S. p' defectu ipsius I. ad valentiā unius acræ terræ cum pertiñ in S. quā S. in curia, &c. clamat ut jus suum versus E. unde idem E. in eadē cur', &c. vocavit præd' I. ad war' versus eum. Et diē, &c. & sum', &c. octavis Trinitat', inde responsur' & ostensur' quare non servavit diem sibi datum per effonium suum coram, &c. tali die, &c. Et habeas, &c.

Cape magnum ad valentiam.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi qd' capias A. & A. jur' cujusdā primæ inquisitionis inter B. petentem & T. tenentem de uno mesuag' si, &c. & salvo, &c. ita qd', &c. ad satisfaciend' nobis de redemptione sua de eo quare fecerunt falsum sacram' inter partes præd' de præd' testis, prout per quandā juratam xxiiii. militum coram justitiariis nostris apud W. nuper inde captam convicti fuerunt. Et habeas, &c.

Cape juratores ad satisfaciend' regi de redemptione, eò quòd ipsi convicti sint de falso sacramento.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire fac', &c. A. & B. testes nominatos in quodam scripto quietæ clamantiæ, quod R. in curia nostra, &c. protulit sub nomine T. de manerio de S. unde idem T. in eadem

Venire facias testes nominatos in quodam scripto quietæ

claman^{tiæ} de-
ducto in affisa
novæ disseisinæ.
eadem curi nra, &c. arrainaverit quandam affisam novæ disseisinæ ver-
sus eum, & præter illos xii. tam milites, &c. ad recognoscendum simul
&c. si præd' scriptum sit factum præd' T. sicut præd' T. filius R. dicit,
vel non, &c. quia, &c.

Replegiari de
averiis, faciens
mentionem de
iudicio.

¶ Rex, vic' E. salutem. Si A. fecerit te, &c. & etiam de catallis retorā
quæ B. in curia nra, &c. adjudicata fuerunt ob defaultā ipsius A. si retorā
inde adjudicetur: Tunc eidem A. averia & catalla præd' sine dilatione
liberari facias. Et pone, &c. præd' B. quòd, &c. ad respondendū præd'
A. de captione averiorum & catallorum præd'. Et habeas, &c.

Adinquirendum
de valore custo-
diæ, & si hæres
maritetur & cu-
jus ætatis est, &
ad quam sum-
mam damna
extendunt.

¶ Rex, vic' salutē. Scias qd' consideratum est, &c. qd' A. recuperet ver-
sus B. custodiā I. filii & hærediſ F. quæ ad ipsum A. p'tinet, eò qd' præ-
dictus F. terrā suā de eo tenuit, &c. & qd' idē B. recuperet versus C. ad
valentiam custodiæ præd'. Et quia nescitur quantum custodia illa valet
per annū, vel si præd' hæres maritetur necne, nec cuius ætatis idē hæ-
res existit, nec ad quā summā damna se extendunt occasione detentionis
custodiæ præd': Tibi præcipimus quòd p' sacramentum, &c. diligenter
inquiras, quantum custodia præd' valet per annum secundum verum
valorem ejusdem, & si præd' hæres maritetur necne, & cuius ætatis
idem hæres existit, & etiam ad quam summam damna se extendunt quæ
idem A. sustinuit occasione detentionis præd'. Et inquisitionem quam
inde feceris, &c.

Breve de extir-
patione ante
iudicium.

¶ Rex, vic' salutem. Cūm A. in curia nra, &c. recuperasset seisinā suā
versus B. de uno mesuagio in A. p' quandā juratam coram dilecto & fi-
deli I. de W. apud A. inter eos summonitam & captam: Antequam ju-
diciū fuit inde redditum, & præd' A. seisinam de præd' mesuagio con-
sequi possit, præd' B. unam aulam precii x. s. in præd' mesuagio situa-
tam extirpavit, in nri & coronæ nra contemptum manifestum, & ipsius
A. dispendium non modicum & gravamen, prout ex gravi querela ip-
sius A. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd si A. fecerit te, &c.
tunc venire facias coram, &c. tali die præd' B. ad respond' tam nobis
quam præd' A. de transgressione & contemptu præd', & ulterius factur'
& receptur' quòd curia nostra consideraverit in hac parte. Et ha-
beas, &c.

Scire facias pro
executoribus
de debito.

¶ Rex, vic' salutem. Cūm W. in curia, &c. tali die cognovit se debere
G. C. s. unde ei solviffe debuit ad festum sancti Michaelis proximè futu-
rum l. s. & ad talem diem tunc proximè sequentem l. s. præd' W. præfato
G. in vita sua præd' denarios nondum reddidit, prout ex insinuatione
A. executoris testamenti ejusdem G. accepimus. Et quia, &c. tibi
præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' W. quod sit, &c.
tali die, ostensurus si quid, &c. quare præd' denarii de terris & catal-
lis in balliva tua fieri, & prædicto G. reddi non debeant, si, &c. Et
habeas, &c.

Justitiariis ad
affisas ad inqui-
rendum de exi-
tibus.

¶ Rex, justitiariis ad affisas, &c. salutem. Cūm nu p' vic' nro comitatus
præd' præceperimus, quòd distringeret C. p' omnes terras, &c. ad respon-
dendum D. de tali placito: Idē vicecomes ad diē illū de exitibus terrarū
& catallorum præd' C. in balliva sua de x. d. tantum nobis respondebat,
cūm

cùm tamen testatum sit in eadem curia nostra, quòd idem vicecomes ad diem illum postquam breve n̄rum de præd' districtione sibi inde venit, de exitibus terrarum & catallorum præd' C. in balliva tua de x. li. nobis respondisse potuit. Et ideo vobis mandamus quòd per sacramentū, &c. in præsentia ipsius vicecomitis si interesse voluerit, diligenter inquiras de quibus & quantis exitibus idem vicecomes de exitibus terrarum & catallorum præd' C. in balliva sua à tempore, quo breve nostrum de districtione sibi inde venit usq; ad præfatum diem nobis respondisse potuit. Et inquisitionē, quam inde feceritis, scire faciatis, &c. tali die per literas vestras patentes. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, episcopo Eborū salutē. Sciatis quòd A. & T. in curia, &c. sum- Breve episcopo ad inquirendum de plenitudine ecclesiæ. moniti essent ad respond' C. de placito quòd ipsi simul cum decano & capitulo, &c. pmittat ipsum præsentare idoneā personā ad ecclesiā de E.

quæ vacat & ad suam spectat donationem, qui dixerunt quòd ipsi non debeant eidem B. ad hoc breve respondere, dixerunt enim quòd ecclesia illa est plena & consultata de advocacione sua ppria ut parcella præbendæ de G. unde præd' A. est præbend', & parcella præbend' de W. unde præd' W. est præbend' in ecclesia beati Petri Eborum. Et quia hujusmodi causæ &c. vobis mandamus quòd convocatis coram vobis, &c. diligenter inquiratis si ecclesia præd' sit vacans necne, & si non sit vacans, tunc de quo tempore & ad cujus præsentationem illa plena fuerit. Et quid, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm A. &c. arrainaverit quandā assisam novæ disseisinæ versus I. de una acra terræ cum p̄t̄n: Idem I. venit in eadem curia n̄ra, & dixit quòd ipse tenuit tenementa illa conjunctim feoffatus cum E. uxore ipsius I. quæ non nominatur in brevi, & petit judiciū de brevi. Ad quod præd' A. replicando dixit, quòd die impetrationis brevis sui, scilicet, &c. præd' I. fuit solus tenens de præd' terra. Et ideo &c. tibi præcipimus quòd scire facias præd' E. quod sit, &c. ad respondend' præd' A. simul cum præd' I. tam de principali placito quàm de exceptione præd', si, &c. Et habeas, &c. Scire facias uxori ubi tenens dicit se conjunctim tenere ten' cum uxore sua ad respondendum tã de p̄t̄n. principali placito quam de exceptione præd'.

¶ Rex, vic' salutem. Pone, &c. quòd sit, &c. tali die apud N. ad audiendum recordum & judicium suum de loquela quæ fuit in curia, &c. apud E. per quandam assisam novæ disseisinæ inter R. querentem & præd' A. de una acra terræ &c. ita quòd loquela tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit in curia nostra coram, &c. apud N. tali die proximè præterito, quando loquela atterminata fuit coram eisdem justitiar' apud S. tali die ad tunc proximè sequenti, ad quem diem loquela illa remansit sine die per absentiam præd' justitiar' nostrorum alibi per præceptum nostrum existentium. Et habeas, &c. Pone p vadium tenentem quòd sit, &c. ad audiendum judicium suum, ubi justitiarii ad diem præcedentem fuerunt absentes.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I. in curia n̄ra summonita esset ad respond' W. episcopo Linc' de placito quòd reddat ei custodiam W. filii Johannis Edgar, &c. eadem I. venit in eadē curia nostra, & dixit quòd ipsa nihil clamat in custodia hæredis præd', nisi tanquam mater ejusdem hæredis ratione nutritur, & quod T. in eadem curia nostra tulit versus eum breve nostrum de custodia hæred' prædicti, quod idem breve in eadem curia nostra pendens existit, & idem T. in præfata curia nostra exigit Scire facias ad reddendum hæredem infra ætatem existentem. versus

versus eam custodiam præd', & dixit quòd parata fuit ad reddendum hæred' præd' cui præd' W. & T. curia nra consideravisset reddi debere & hæred' præd' tunc obtulit in eadem curia. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' T. quòd sit, &c. tali die, ostensus si quid, &c. quare præd' hæres præd' W. reddi non debeat, si, &c. Et habeas, &c.

Scire facias versus vocatum ad warrantum ad recuperandum ad valentiam, ubi uxor admissa fuit.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nup in curia, &c. termino tali consideratū fuisset, quòd A. recuperaret seisinam suam versus B. uxore C. quæ fuit per defaultam ipsius C. admissa ad defensionē juris sui de uno mesuagio cum pertiñ in S. per defaultā D. quem eadem B. vocavit ad warrantum, & quòd eadem B. haberet de terra præd' D. ad valentiā præd' teñtorum cum pertiñ, ac licet præfatus A. virtute iudicii præd' de præd' teñtis versus præd' B. recuperatis, plenariam seisinam suam à die isto habuerit: Eadem tamen B. de terra præd' D. ad valentiam tenementorum præd' seisinam nondum est assecuta. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' D. quòd sit tali die ostensus si quid, &c. quare eadem B. & præd' vir suus virtute considerationis curiæ nrae præd' de terra ipsius D. ad valentiam tenementorum præd' cum pertiñ habere non debeant, si, &c. Et habeas, &c.

Venire facias in brevi de deceptione primos summonitores per quos, &c. & ipsos per quorum visum teñ ad valentiam capta fuerunt in manum regis, & secundos summonitores.

¶ Rex, vic' salutē. Ostendit nobis L. filius L. quòd cùm I. quæ fuit uxor A. nuper in curia, &c. apud Westm', peteret versus I. & L. uxore ejus tertiam partem unius mesuagii ut dotem suam, & iidem I. & L. venerunt in eadem curia nra, & vocaverunt inde ad warrantum præd' L. filium L. qui postea per defaultam in eadem nostra præd' tertiam partem amisit, ita quòd postmodum in eadem curia nra pro eo quòd testatum fuit ibidem, quòd idem L. fil' L. habuit terras & teñta ad valentiam præd' tertie partis cum pertiñ, quod fuit prædicti L. quondam viri ipsius I. consideratum fuit quòd prædicti I. & L. tenerent in pace, & prædicta I. haberet de terra prædicti L. filii L. ad valentiam prædictæ tertie partis, falsò & in deceptionem ejusdem curiæ nrae eadem I. de terra præd' L. fil' L. ad valentiam prædictæ tertie partis cum pertinentiis per defaultam ipsius L. fil' L. &c. nec iteratò summonitus fuisset essendi in eadem curia nostra, ad respondendum prædictis I. & L. tam de warrantia prædicta quam de prædicta defaulta, prout moris est in regno nostro Angliæ. Et ideo tibi præcipimus, quòd si prædictus L. fil' L. fecerit te, &c. tunc venire facias tali die H. & I. primos summonitores, p quos mandasti præfatis justitiariis nris apud W. quòd sum' præd' L. fil' L. quòd esset coram, &c. tali die & anno, ad war' præd' I. & L. præd' tertiam partem cum pertiñ. Et etiam A. B. C. & D. per quorum visum mandasti, &c. quòd tenementa præd' L. filii L. ad valentiam præd' tertie partis cum pertiñ capta fuerunt in manum nostram. Et similiter H. & E. secundos summonitores, per quos, &c. præd' L. summonitus fuit quòd esset coram, &c. tali die, &c. ad respondend' prædictis I. & L. tam de warrantia prædicta quam de prædicta defaulta. Et tu ipse vel subvicecomes tuus sis ibi in propria persona tua ad certificandos præfatos justitiarios nros simul cū præd' summonitoribus & visoribus.

foribus. Venire facias etiam, &c. ad præfatum terminū, ad respondendum tam nobis quam, &c. de deceptione & falsitate præd'. Præcipimus etiam tibi quòd p̄ sacramentū, &c. extendi, &c. Et interim præd' tertiam partem in manum n̄fam capias, ita quòd neuter, &c. Et qd' de extenta, &c. Præcipimus etiam tibi quòd per bonos, &c. scire facias præd' I. quòd sit, &c. aud' iudicium & suum exam', captionem & summotionem præd'. Et ulterius, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cūm H.W.& P. in curia n̄ra, &c. summoniti essent ad respondendum R. de placito quare ceperunt averia ipsius R. & ea &c. iidem H. & alii venissent in eadem curia n̄ra, & idem H. p̄ se & p̄ aliis cognoverit captionem præd' tanquam ballivus prioris de S. in quodam loco vocato B. in villa de K. pro quibusdam consuetudinibus & servitiis eidem priori debitis. Ac idem R. in eadem curia n̄ra dixisset quòd præd' H. captionem præd' justam in prædicto loco cognoscere non potuit, pro eo quòd præd' locus est extra feodum præd' prioris & hoc verificare prætendebat. Ad quod idem H. allegavit quòd ipse verificationem prædictam absq; prædicto priore expectare non potest, & petit auxilium de ipso priore. Et ideo tibi præcipimus quòd summo-
Summo-
neas in
auxilium in
breve de trans-
gressione.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi qd' distringas A. & B. testes nominatos in quodā scripto quietæ clamantiæ, qd' C. in curia, &c. protulit, sub nomine H. patris N. cujus hæres ipse est, ad excludendum ipsum N. ab actione versus eum habenda de uno mesuagio cum p̄tīn, qd' E. in curia n̄ra clamat ut jus suum versus eum, ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum juratoribus impanellatis, si præd' scriptum sit factum præd' H. sicut, &c. Distringas etiam A. & B. &c. juratores, &c. inter partes præd', &c. ad faciendum simul cum testibus præd' juratam præd', &c.
Distringas testes
nominatos in
quodam &c.
Distringas etiam
juratores inter
partes.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi qd' de terris & catallis W. in balliva tua fieri facias centum solidos, & illos habeas, &c. ad respondendum A. pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis unius mesuagii, quod idem A. &c. recuperavit ut jus suum versus eum per defaltam ipsius W. & unde P. avus prædicti A. obiit inde seifitus, prout per quandam inquisitionem per te nuper captam convictum fuit. Et habeas, &c.
Fieri facias ad
reddendum
parti, ubi ante-
cessor obiit sei-
fitus, prout pa-
tet per quan-
dam inquisitio-
nem.

¶ Rex, vic' Londoni salutem. Cūm I. de W. tali die & anno, coram tunc majore & vicecomitibus Londoni in hustengo n̄ro civitatis prædictæ, per considerationem ejusdem hustengi recuperasset versus A. quæ fuit uxor R. unum mesuagium cum pertinentiis in Londoni per breve nostrum de recto, supponendo per narrationem suam super eodem breve in hustengo nostro præd', quendam P. dedisse tenementa præd' cum p̄tīn cuidam Richardo de W. in liberum maritagium cum I. fil' ejusdem P. & ea post mortem R. & I. &c. & sic totum jus def-
Elegit vel fieri
facias vicecomi-
tibus Lond' de
exitibus recupe-
ratis virtute cu-
jusdam brevis
de errore, ubi
iudicium adnul-
latum fuit ad
ecclesiam sancti
Martini mag-
ni Londoni.

nunc

nunc uxoris ejus asserentium diversos errores in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii loquelæ præd' intervenisse, per literas nostras patentes assignaverimus dilectos & fideles nostros W. R. & R. & duos eorum justitios nostros, ad recordum & processum loquelæ præd' in præsentia nunc majoris civitatis præd' & vestra, per eosdem justitios nostros inde præmonend' si interesse voluerint, apud ecclesiam sancti Martini magni Londoni supervidenda & examinanda, & errorem, si quem in recordo & processu præd', & in redditione judicii loquelæ præd' inveniri contigerit, corrigendum, & ad plenam & celerem justitiam inde partibus præd' faciendam, secundum legem & consuetudinem civitatis præd', ac etiam per alias literas patentes associaverimus dilectum & fidelem nrm R. præfatis justitiis nostris, ad præmissa omnia & singula facienda & explenda in forma præd' postmodumq; in curia nostra coram præfatis justitiis nostris ad præd' ecclesiam, &c. tali die proximè præterito in præsentia partium præd' recitatis, visis, & examinatis recordo & processu præd', auditisq; hinc inde earum rationibus, diversi errores in recordo præd', necnon in redditione judicii loquelæ præd' comperti extitissent, per quod tunc consideratum fuisset in eadem curia coram præfatis justitiis nostris, quòd præd' judicium tanquam erroneum annullaretur & omnino revocaretur imperpetuum, & quòd præd' W. & A. haberent seisinam suam de ten' præd' cum pertiñ aliàs per judicium præd' erroneum amissis, simul cum exitibus eorundem tenementorum post idem judicium erroneum in hustingo nostro præd' redditum, & quia tunc nesciebatur quantum ten' præd' valebant per annum, vobis præceperimus quòd per sacramentum, &c. de civitate præd', per quos rei, &c. diligenter inquireretis quantum ten' præd' valebant per annum in omnibus exitibus secundum verum valorem eorundem, & qualiter præmissa fuissent executi, scire faceretis præfatis justitiis nostris apud ecclesiam præd' tali die, sub sigillo vro & sigillis eorum, per quorum sacramentum inquisitionem illam fecissetis, ad quem diem vos præfatis justitiis nostris mandastis, quòd virtute mandati nostri præd', de valore ten' præd' inquisivistis, per quam quidem inquisitionem coram vobis compertum fuit, quòd tenementa præd' valent per annum in omnibus exitibus eorundem x. s. per quod per recordum & processum præd', necnon per retornum vestrum manifestè liquet, quòd exitus ten' præd' inter judicium præd' per præfatū nuper majorem & vicecomites redditum, & judicium coram præfatis justitiis nostris ad ecclesiam illam præd' redditum, ad summam, &c. attingunt, præd' W. & A. venerunt in eadem curia nostra, &c. Et quia per statutum, &c. ut in com-

Pone per vadiū &c. episcopum, ita quòd habeat clericum, &c. ubi custos spiritualitatis, &c. retornat quòd clericus præmonitus fuit.

¶ Rex, vic' salutem. Pone per vadiū & salvos plegios I. episcopū Linc', ita quòd habeat tali die W. clericum suum, ad respondendum R. de tali placito, & unde custos spiritualitatis episcopatus præd' sede vacante, mandavit justitiis nostris apud W. tali die, quòd præd' W. præmonitus est. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, episcopo Linc' salutē. Sciatis qd' A. in curia, &c. recuperavit præsentationē suā versus B. ad ecclesiā de C. quæ vacat ut dicitur, p defaultā ipsius B. Et ideo vobis mādamus, qd' non obstāte reclam' ipsius B. ad præsentationē præd' A. ad ecclesiā præd' idoneā personā admittatis. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cūm H. & Luxor ejus in curia, &c. peterent versus A. unū mesuagiū cum pertiñ in C. in quòd idem A. non habet ingressum nisi per W. qui illud ei dimisit, qui inde injuste, &c. disseisivit præfatū I. post primā transfretationem dñi H. &c. idem A. venit in eadem curia nostra, & vocavit ad war' W. per cujus defaultam præd' H. & I. postea in eadē curia nostra recuperaverunt seisinam versus præd' A. de præd' mesuagio cum pertiñ. Et quia nescitur quæ damna præd' H. & I. sustinuerunt occasione disseisinæ præd': Tibi præcipimus quòd per sacramentū &c. diligenter inquiras, quantum præd' mesuagium valet per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem ejusdem, & quantum tempus elabitur à tempore disseisinæ præd' præfatæ I. inde factæ, & per quantum tempus uterq; præd' A. & W. separatim seisitus fuit in eodem mesuagio cum pertinentiis post disseisinam præd'. Et inquisitionē, &c. scire facias, &c. tali die sub sigillo, &c. vel sic, idem W. postea in eadem curia nostra fecit defaultam, per qd' consideratum fuit in eadem cur' nostra quòd præd' H. & I. recuperarent inde seisinam suam versus præd' A. per defaultam præd'. Et quia nescitur, &c.

Breve episcopo ad admittendū clericum ubi ipse qui sequitur recuperavit præsentationem per defaultam non obstante reclamatione. Breve ad inquirendum de valore tenementorum, & quantum tempus elabitur à tempore disseisinæ, ubi ten' recuperata fuerunt per defaultam in brevi de ingressu super disseisina.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cūm B. in curia per breve nostrum de recto, peteret versus F. quem G. de I. vocavit ad warrantum & qui ei warrantizavit, unum mesuagium cum pertinentiis ut jus suum: Idem F. postea venit in eadem curia nostra, & fecit defaultam postquam posuit se in magnā assisam nostram, ita quòd consideratum fuit in cur' nostra, quòd præd' B. recuperaret seisinam suam versus prædictum G. de prædicto mesuagio cum pertinentiis, tenend' eidem B. & hæredibus suis quietè de ipso G. & hæredibus suis imperpetuum. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem B. de prædicto mesuagio cum pertinentiis, tenend' sibi & hæred' suis imperpetuum, sine dilatione plenariam seisinam habere, & eidem G. de terra prædicti F. tenend' eidem G. & hæredibus suis imperpetuum, ad valentiam prædicti mesuagii cum pertinentiis in loco competentī sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Habere facias seisinam versus tenentem, & pro tenente ad valentiam versus vocatum ad warrantum, ubi vocatus postquā posuit se in magnā assisam fecit defaultam.

¶ Rex, vic' salutē. Cūm H. in curia, &c. arrainerit quandam juratam, utrūm una acra terræ cū pertiñ in C. esset libera elemosyna pertinens ad ecclesiam de B. unde idem Henricus est persona, an laicum feodum M. eademq; M. vocasset ad warrantum T. qui quidem T. & M. postea in eadem cur' nostra fecerunt defaultam, ita, &c. quòd jurata illa versus eos p defaultā illam caperetur, & quia per juratā illā postea corā dilecto & fideli nostro I. apud S. inde inter eos captam convictum est, quòd præd' terra est elemosyna pertinens ad ecclesiam illā præd', & non laicum feodum præd' M. consideratum fuit in eadem cur' nostra quòd præd' H. recuperaret inde seisinam suam versus eam, & eadem M. haberet de terra prædicti T. ad valentiam terræ prædictæ cum pertinentiis.

Habere facias seisinam de libera elemosyna talis ecclesie pro persona ejusdem ecclesie versus tenentē, & pro tenente versus vocatum ad warrantum ad valentiā ubi jurata illa capta fuit per defaultam tenentis & vocati ad warrantum.

Et

Et ideo tibi præcipimus quòd eidem H. de terra præd' cum pertiñ, per visum iur' præd' sine dilatione plenaf seisinam habere, & eidem M. de terra præd' M. ad valentiam, &c. T. &c.

Habere facias retorum averiorum irreplegibile secundum formam statuti. W. ii. ca. ii.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm G. in cur' &c. sum' esset, ad respondend' A. de placito quare cepit averia ipsius A. &c. ac etiã postea in eadem cur' nra fecisset defaultam, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nra, quòd præd' G. haberet retorum averiorum præd', ac idem G. postea in eadem curia nra attachiatus fuit ad sectam ipsius A. ad respondend' eidem A. de præd' placito per breve nrm de iudicio secundum formam statuti nri inde provisi, qui quidem A. in præfata curia nra iterato fecit defaultam, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nra quòd præd' G. haberet retorum averiorum præd', & quòd præd' averia secundum statutum nrm ad tunc irrepleg' remaneret imperpetuum. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem G. averia præd' sine dilatione returnari facias in forma præd'. T. &c.

Exigi facias de novo vel alloc' tribus comitatibus, & exigi facias de comitatu in comitatum quousq; &c. Scire facias versus ipsum qui fecit statutum mercatorum, ubi defendens profert statutum illud curiæ virtute brevis de detentione, & dicit statutum &c. sibi sub certis conditionibus liberari.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd de novo exigi facias A. &c. vel sic, Præcipimus tibi quòd alloc' tribus com' ad quos A. exactus fuit, & ad nullum eorum comparuit, prout tu ipse tali die mandasti, &c. exigi facias præd' A. de comitatu in comitatum quousq; &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm R. in curia, &c. sum' esset ad respondend' I. de placito quòd reddat ei quoddam scriptum obligatorium, sigillo nro pro recogn' debitorum secundum formam statuti mercatorum apud N. rec' I. deput' & sigillo cuiusdam H. signatum, per qd' idem H. recognovit se debere prædicto I. viginti libras, solvendas eidem I. terminis in præd' scripto contentis, quòd quidem scriptum præd' I. & H. unanimi assensu præd' R. sub certis conditionibus ex parte præd' H. non observatis ut dicitur, nuper tradiderunt custodiend', & præd' I. & præd' H. conditiones illas non observaret liberand': Idem R. venit in eadem cur' nra, & cognovit se scriptum illud in forma præd' recepisse, & separatim esse in curia, &c. scriptum præd' liberare. Sed utrum præd' H. conditiones illas observaverit necne, dicit se penitus ignorare. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' H. quòd, &c. tali die ostensurus, si quid, &c. quare præd' scriptum præd' I. liberari non debeat, si, &c.

Breve episcopo ad admittendum clericum ipsius versus quem breve de quare impedit erat persecutum eò quòd ipse qui sequitur fecit defaultam. Scire facias abbati ad ostendendum, &c. quare xx. li. si

¶ Rex, episcopo salutem. Sciatis quòd cùm D. in cur' &c. sum' esset ad respondend' I. de placito qd' permittat ipsum præsentare idoneã personã ad ecclesiam de N. quæ vacat ut dicitur: Idem I. postea venit in eadem curia nra & fecit defaultam, per quòd consideratum fuit in eadem cur' nra, quòd præd' D. recuperaret præsentationem suã versus eum ad ecclesiam præd'. Et ideo vobis mandamus qd' non obstante reclamatione præd' I. ad præsentationem ipsius D. idoneã personã admittatis, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm Henricus in cur' nra, &c. tali die, p' consideratione ejusdẽ curiæ nre recuperasset versus Guilielmũ tunc abbatẽ de A. quendam annum redditum quinq; marcariũ singulis annis ad tale festũ quousq; præd' abbas & ejusdem loci conventus præd' Henrico de beneficiis ecclesiasticis competenter providissent, solved', & etiã xx. li. de

arrera-

arreragijs ejusdem annui reditus post præd' judicium redditum, videlicet de tali termino tantum, & tali termino, &c. nondum reddidit, put ex gravi querela ipsius Henrici accepimus. Et quia, &c. scire fac' nunc abbati loci prædicti, quòd sit, &c. tali die, ostensurus si quid, &c. quare præd' viginti libræ & etiam quinque marcæ de terris, &c. in balliva tua fieri, & præfato H. reddi non debeant si, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm G. in cur', &c. recuperasset versus T. 20. li. & etiã viginti solidos pro damnis suis quæ habuit occasione debiti præd' : Idẽ T. præd' viginti libras & etiam viginti solidos, &c. eidem G. nondum reddidit, prout ex gravi querela ipsius G. accepimus. Et quia, &c. ut supra.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I. de P. miles nuper coram Andrea Aubrey Scire facias pro majore civitatis nostræ Londoni, & Guihelmo de Carleton clerico ad executoribus recogniciones debitorum apud Londoni accipiend' deputatis, die sab- versus ipsos quod seisti sunt per bati, &c. anno tertio, recognovit se debere G. de monte acuto comiti executionem Sarum mille libras, quas ei solvisse debuit ad tale festum tunc proximè virtute cujusdam statuti mercatorii, ad adn- se quens, & eò quòd idem I. prædictos denarios præfato comiti termino landum execu- statuto non solvit, tu ad prosecutionẽ ejusdem comitis tã in cancellaria tionem eò quod præd' executores nra quàm coram justitiariis nris de banco habitam, postmodum virtute virtute statuti mercatorii de præfati I. ac etiam omnia terras & tenementa sua quæ habuit in balliva anteriori dato seisti fuerunt. tua prædicto die recogni debiti prædicti, eidem G. liberasti per rati- onabile precium & extentã, videlicet quatuor mesuagia, & sex molendina, quinque solidos sterlingorum, quadraginta acras terræ & quatuor li. reditus cum pertiñ in L. tenend' juxta formam statuti nostri apud W. æditi, quousq; prædictas mille libras una cum damnis & custagijs suis necessarijs inde levasset, ac jam ex insinuatione G. de M. Simonis episcopi Lincoln, & D. executorum testamenti præfati comitis accepimus, quòd licet prædictus comes in vita sua, vel præfati executores post mortem prædicti comitis, debitum prædictum de præd' teñ nondũ levaverint: Quidam tamen Adam F. & T. de F. cives & mercenarii Londoni, pro eo quòd præd' I. de P. & quidam M. de T. die Veneris, &c. anno, &c. in eadem civitate per formam statuti nostri præd', recognoverint se & quemlibet eorũ in solid' debere præfatis A. & T. de F. ducentas libras certo termino in eadem recognitione contento solvend', & eis terminis statutis non solverunt, sint prosecuti quòd tu virtute cujusdam brevis nostri de judicio tibi inde directi, deliberares eis omnia terras & tenementa quæ idem Johannes habuit die recognitionis debiti præd' eis factæ, tenend' quousq; ducentas li. & 40. li. inde levassent, & tu eadem terras & tenementa, quæ præfato comiti prius liberata fuerunt in forma supradicta, prædictis Adæ & T. de F. postea liberasti, tenend' per formam statuti nostri prædicti, donec ducentas libras & quadraginta libras unã cum damnis & custagijs suis necessarijs inde levaverint. Et quia præd' recognitio prædictarum mille librarum præfato comiti facta, est de anteriori dato quàm præd' recogni ducentarũ & quadraginta librarum præfatis Adæ & T. de F. facta, & judicium in curia nra ritè redditum,

reddatum, ac executiones eorundem manutenere volumus ut tenemur, tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præfatis Adæ & T. de B. quòd sint, &c. tali die, ostensuri si quid, &c. quare prædicti executores seisinam suam de terris & teñ præd' juxta formam primæ considerationis curiæ nostræ rehabere non debent, si, &c.

Scire facias pro rege ubi rex recuperavit præsentationem suam, & executio adhuc testat faciendâ.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nos in curia, &c. tali die & anno, &c. recuperaverimus versus abbatem de Botto Herelwyñ, præsentationem nostram ad ecclesiam de E. nunc vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium abbatiæ de B. H. tunc vacantis & in manu nostra existentis per defaultam ejusdem abbatis: Executio adhuc inde restat faciendâ ut dicitur. Et quia volumus ea quæ in curia nra rite acta sunt debitæ executioni demandari: Tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' abbati, quòd sit, &c. tali die, ostensurus si quid, &c. quare nos præsentationem nostram ad ecclesiam præd' juxta formam recuperationis præd' habere non debeamus, si, &c. Et habeas, &c.

Venire facias ipsum qui sequitur executionem virtute cujusdam falsi statuti mercatorii, & quòd habeat corpus ejus qui captus est ad festam præd' ad sequendum, &c. & supersedeas interim de executione, &c.

¶ Rex, vicecomitibus Londoni salutem. Ex parte H. filii I. de Londoni nobis est graviter conquerendo monstratum, quòd cùm ipse nuper corâ A. Aubrey tunc majore nro Londoni, & G. C. clerico ad recognitiones debitorum apud Londoni accipiendam deputatis, recognovit se debere Henrico de H. civi Londoni 40. li. ad certum terminum in dicta recognitione contentum jam præteritum solvend', & licet idem H. fil' I. præd' 40. libras præfatis H. de H. jam diu est solverit, idemq; H. de H. literam obligationem de summa præd' confectam, eidem H. fil' I. loco literarum acquitantiæ liberavit: Præd' tamen H. de H. postmodum prætextu literæ confimilis obligationis de summa & nominibus præd' per præfatum H. de H. contrafactæ ut dicitur, quoddam breve nrum de capiendâ corpore prædicti H. filii I. si laicus esset, coram justitiariis nostris de banco ad certum diem jam præteritum retornatum impetravit, quo prætextu per processum inde factum in eadem curia nra coram præfatis, &c. in baco per aliud breve nrm idem H. fil' I. captus & in prisona detentus existit, in ipsius H. fil' I. damnum non modicum, & vitæ suæ periculum manifestum, super quo ex parte præd' H. nobis in cancellaria nra est supplicatum, eide remedio congruo providere. Nos nolentes eidem H. fil' I. injuriari in hac parte, præfatis justitiariis nostris mandaverimus, quòd convocatis coram eis partibus ac aliis in hac parte evocandis, auditisq; hinc inde rationibus, &c. in præmissis facerent, quod de jure & secundum consuetudinem regni nri Angliæ fore viderint faciend'. Et ideo vobis præceperimus quòd venire faceretis, &c. tali die præd' H. de H. super præmissis respon', & ulterius factur' & receptur' quod curia nostra considerasset in hac parte. Et quia vos justitiariis nris apud W. tali die, &c. mandastis, quòd corpus præd' H. fil' I. occasione præmissa cepistis: Vobis præcipimus quòd habeatis corpus præd' H. fil' I. coram præfatis justitiariis &c. ad præfatum terminum, ad sequend' versus præfatum H. de H. placitum suum præd' si voluerit, & ad faciend' & recipiend' qd' curia nra consideraverit in hac parte. Præcipimus etiã vobis quòd interim de executione

tionem terrarum & tenentiarum, bonorum seu catallorum predicti H. filii I. predicti H. de H. ulterius faciendum super sedeat omnino. Et habeas, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum omnia temporalia episcopatus N. nunc cum dominiis, feodis militum, & advocacionibus ecclesiarum & prebendarum ac dignitatibus eidem episcopatu quovismodo spectantibus, per considerationem curie nostre in manum nostram certis de causis sequestrata sint, & jam temporalibus illis in manu nostra sic existentibus, archidiaconatus Suff. qui est de advocacione episcopatus predicti, cujus collatio de jure ad nos dignoscitur pertinere, vacavit & vacans est in presenti, per quod archidiaconatum illum contulerimus dilecto clerico nostro M. de T. regio jure nostro: Nos volentes ea que per iudicium curie nostre rite acta sunt tam pro nobis quam pro aliis, debite executioni demandari, tibi precipimus quod per probos, &c. scire facias H. de L. possessori archidiaconatus predicti injuste incumbenti, quod sit, &c. tali die, ad ostendendum si quid, &c. quare, &c. collatio nostra predicta ad archidiaconatum predictum ad executionem sortiri non debeat & effectum, si sibi viderit expedire, & ad faciendum & ulterius recipiendum, quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum I. de W. comes Surrey, in curia, &c. summonitus esset ad respondendum Henrico nuper comiti Lancie, de placito quod reddat ei Johannem filium & heredem I. de B. cujus custodia ad ipsum comitem Lancie pertineret, eod quod predictus I. de B. terram suam de eo tenuit per servitium militare ut dicitur, & habuissent inde diem coram &c. tali die proxime preterito, pendente inter eos in prefata curia nostra placito predicto, ante diem illum predictus H. obiit, prout ex insinuatione H. nunc comitis Lancie filii & heredis predicti nuper comitis Lancie acceperimus, & quia volumus eidem comiti Lancie filio & heredi predicto nuper comitis Lancie, juxta formam statuti nostri inde provisi subvenire, preceperimus vicecomiti nostro Wigornie quod summoneret, &c. predictum comitem Suff. quod esset tali die proxime preterito, ad respondendum predicto nunc comiti Lancie filio & heredi predicto nuper comiti Lancie de predicto placito: Idem vicecomes prefatis justitiariis, &c. ad prefatum diem mandavit, quod predictus comes Suff. nihil habet in balliva sua ubi potest summoneri, & testatum est in eadem curia nostra, quod predictus comes habet terras & tenementa ad sufficientiam in balliva tua, ubi, &c. Et ideo tibi precipimus quod summonneas, &c. predictum comitem, quod, &c. tali die, ad respondendum predicto nunc comiti Lancie filio & heredi predicto nuper comitis Lancie de predicto placito, &c.

¶ Rex vicecomiti salutem. Precipimus tibi sicut pluries tibi precepimus quod distringas C. & G. per quorum visum & quorundam Johannis E. & G. F. mandasti justitiariis, &c. tali die & anno, quod una virgata terra & dimidia captæ fuerunt cum pertinentiis in H. in manum nostram, quas Thomas de F. falso & in deceptione curie nostre recuperavit versus Johannem filium I. R. & I. L. per defaultam ipsorum

Scire facias possessori cujusdam archidiaconatus, cujus collatio pertinet regi eo quod archidiaconatus vacat tempore quo temporalia episcopatus sequestrata sunt in manu regis.

Summonneas, &c. per testatum est in brevi de recto de custodia ad factum heredis, ubi antecessor moriebatur ante placitum fuit terminatum secundum formam statuti W. 2.

Distringas duos ipsorum per quorum visum terra capta fuit in manum regis virtute brevis de deceptione, & quod vicecomes vel vicecomes sit, &c.

ipforum I. & Johannæ, sicut ex parte prædictorum Johannæ & I. nobis est ostensum, per omnes terras, &c. & quòd de exitibus, &c. ita quòd habeas, &c. tali die, ad certificandum præfatis justitiariis nostris de captione prædicta, & ad audiendum. &c. Et tu ipse vel subvicecomes tuus sis ibi in propria persona ad certificandum præfatis justitiariis nostris simul cum prædictis R. & W. de captione prædicta. Et habeas, &c.

Elegit sicut aliàs per testatum est, ubi ipse versus quem primum breve erat profecutum, plura habuit terras & tenementa post recognitionem factam, de quibus in primo brevi p. vicecomitem non fiebat mentio.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd omnia bona & catalla E. de B. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem omnium terrarum & tenementorum quæ fuerunt ejusdem E. de B. die sabbati, &c. anno, &c. vel unquã postea ad quoruncunq; manus devenissent in balliva tua, Johanni de G. & I. filio ejusdem Johannis executoribus testamenti I. de C. clerici nunc defuncti, sine dilatione liberari faceres per rationabile precium, & extentam, tenend' ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti nostri inde provisum, quousq; centum libras inde levassent, quas idẽ Edmundus de B. in curia prædicti avi nostri coram justitiariis suis apud Westmonasterium prædictis die & anno recognovit se debere eidem Johanni, & unde ei reddidisse debuit ad tale festum proximè sequens viginti libras, & ad tale festum viginti libras: Præd' Edmundus prædictas centum libras eidem Johanni in vita sua, seu præd' executoribus post mortem prædicti Johannis nondum reddidit ut dicunt, & qualiter, &c. tu præfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium ad diem illum mandasti, quòd prædictus Edmundus nulla habuit bona seu catalla, terras seu tenementa prædictis die & anno in balliva tua, sed postea habuit terras in S. M. T. &c. quarum medietas extenditur ad undecim libras, quam quidem medietatem liberasti præd' executoribus per extentam illam, tenend' in forma præd'. Et quia testatum est in eadem curia nostra, quòd præd' Edmundus post recognitionem habuit plures terras & tenementa in B. & P. in comitatu tuo, unde medietatem eisdem executoribus liberasse potuisti: Tibi præcipimus sicut aliàs tibi præceperimus, quòd omnia bona & catalla præd' Edmundi quæ habet præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem omnium aliorum terrarum & tenementorum, quæ fuerint prædicti Edmundi prædictis die & anno vel unquam postea, in prædictis villis de B. & P. & alibi in comitatu tuo, ad quorumcunq; manus devenerunt præd' tenementa, unde medietas præd' liberatur, exceptis, &c. præd' executoribus sine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' una cum præd' medietate eisdem executoribus ut prædictum est liberata in forma præd' quousq; centum libras inde levaverint. Et qualiter, &c. tali die, scire facias præfatis justitiariis nostris, &c. ad præfatum terminum distinctè & apertè, quæ tenementa illa sunt quæ liberantur præd' executoribus, & medietatem præd' terrarum & tenementorum quæ fuerunt præd' Edmundi in S. M. & T. &c. eorundem particularem quantitatem. Et tu ipse tunc sis ibi auditurus, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutem. Cùm T. de R. in curia domini E. &c. tali die & anno, &c. cognovit se debere Isabellæ quæ fuit uxor Georgii Feri quadraginta libras, unde ei reddidisset ad tale festum tunc proximè sequens centum solidos, & sic de anno in annum ad eosdem terminos centum solidos, quousq; quadraginta libræ plenè fuissent solutæ, dictaq; Isabella post præd' terminum completum, venisset in curia nostra coram, &c. asserens præd' T. prædictum debitum ei nondum reddidisse, & per statutum nostrum inde in hujusmodi casu provisum, elegisset sibi liberari omnia bona & catalla præd' T. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum quæ habuit in balliva tua die recognitionis prædictæ, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam ejusdem statuti nostri quousq; prædictum debitum inde levasset, ac tibi præceperimus quòd omnia bona & catalla prædicti T. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum quæ habuit in balliva tua die recognitionis prædictæ ad quorumcunq; manus devenissent, eidem I. sine dilatione liberari faceres per rationabile precium & extentam, tenendum in forma præd', & qualiter, &c. scire faceres, &c. tali die: tu præfatis justitiariis nostris apud Westm' mandasti quòd T. L. ballivus libertatis archiepiscopatus Cantuariensis fecit executionem terrarum & tenementorum quæ fuerunt prædicti T. de R. prædictis die & anno, & inde medietatem, quæ extenditur per annum ad sex libras, prædictæ I. in forma prædicta tenendam liberavit. Et quia ex insinuatione prædicti T. accepimus, quòd licèt prædicta medietas terrarum & tenementorum ejusdem T. præfata I. sic liberata ad sex libras tantum extendebantur: eadem tamen I. de exitibus prædictæ medietatis, cujus verus valor per annum ad maximam summam ultra extentam prædictam se extendit, centum solidos ultra debitum prædictum jam levavit, super quo nobis supplicavit sibi per nos de remedio provideri. Nos eidem T. de R. in hac parte fieri volentes quod est justum: Tibi præcipimus quòd venire facias coram, &c. tali die prædictam I. ad computandum cum prædicto T. de R. de denariis & exitibus prædictæ medietatis, juxta verum valorem ejusdem à tempore liberationis prædictæ perceptis, & ulterius factus & recepturam quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas, &c.

venire facias ad computand' versus ipsum qui habuit executionem virtute cujusdam recognitionis debiti ubi debitum levatum est.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram, &c. A. B. C. & D. juratores summonitos in curia, &c. inter I. querentem & E. de placito computi, ad faciendam juratam illam. Præcipimus etiam tibi quòd capias prædictum E. si, &c. & salvò, &c. ita quòd habeas, &c. ad præfatum terminum auditus juratam prædictam. Præcipimus etiam tibi quòd habeas Richardum, Johannem, Lambertum & Simonem manucaptos prædicti Edwardi, si, &c. & eos, &c. ita quòd &c. ad præfatum terminum, ad satisfaciendum nobis de eo quare non habuerint coram præfatis, &c. tali die prædictum Edwardum sicut eum manuceperunt. Et habeas, &c.

venire facias juratam, & capias ipsum qui manucaptus fuit ad audiendum juratam illam. Ac etiam capias ejus manucaptos, ad faciendum finem eo quod non haberat corpus, &c.

Summoneas ad **¶** Rex, vicecomiti salutem. Cum Patricius & Maria uxor ejus in curia, &c. peterent versus E. uxorem I. quæ per defaultam ipsius I. admissa est ad defensionem juris sui, tertiam partem manerii de W. cum pertinentiis in comitatu B. ut dotem ipsius M. ex dotatione P. quondam viri sui, eadémq; E. venit in eadem curia nra & vocavit inde ad warrantum W. filium & hæredem P. qui infra ætatem est, cujus corpus & quædam pars terræ quæ tenetur per servitium militare est in custodia N. & R. matris ejusdem hæredis, & quædam pars terræ quæ tenetur in socagio est in custodia eorundem N. & R. ratione nutritur summ' in comitatu tuo & tali comitatu, & quædam pars terræ ejusdem hæredis in custodia E. H. summoniti in comitatu Leycest'r, & quædam alia pars terræ ejusdem hæredis in custodia Georgii F. milites, ratione tenuræ per servitium militare summoniti in comitatu prædicto, & quædam alia pars ejusdem hæris in Londoñ in possessione W. comitis Huntynghon ex legatione prædicti I. secundum consuetudinem civitatis nostræ Londoñ, tenendum eidem comiti usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti facta, & liberum tenementum in persona ejusdem hæredis existit summ' in prædictis comitatibus Londoñ existunt versus eum. Et ideo tibi præcipimus sicut pluriès, &c. quòd summoneas prædictum G. &c. & W. com' H. quòd sint, &c. & prædictos N. & R. custodes corporis hæredis prædicti, quòd tunc habeant hæredem prædictum ibi ad warrantizandum prædictæ E. prædictam tertiam partem cum pertinentiis. Et habeas ibi summ' & hoc breve. T. &c.

Summoneas in **¶** Rex, vic' salutem. Cùm I. filius R. in curia nostra peteret versus T. & E. uxorem ejus unum mesuagium cum pertinentiis in N. ut jus & hæreditatem suam iidem T. & E. venerunt in eadem curia nostra, & placitando dixerunt quòd ipsi nihil habent nec tenent in tenementis præd', nisi ad terminum vitæ ipsius E. tantū, ex dimissione A. & R. uxoris ejus, reversione inde post mortē præd' E. ad præfatos A. & R. spectante, & petunt auxiliū de ipsis A. & R. Et ideo tibi præcipimus quòd summoneas, &c. A. & R. quòd sint, &c. tali die, ad respond' simul cum præd' T. & E. si voluerint. Et habeas ibi summ' & hoc breve. Teste, &c.

Districio in **¶** Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd distringas A. quæ fuit uxor T. per omnes terras, &c. & quòd de exitibus, &c. & habeas &c. respondendum T. filio T. & A. uxori ejus de placito ad mensurationis dotis ipsius A. quæ fuit uxor T. de libero tenemento quod fuit prædicti T. quondam viri sui avi prædictæ A. uxoris T. filii G. cujus hæres ipsa est in B. & in C. unde prædicti T. filius G. & A. uxor ejus queruntur quòd prædicta A. quæ fuit uxor T. habet plus quàm habere debet & ad ipsam pertinet habendum. Et interim in duobus plenis comitatibus tuis publicè proclamari facias, quòd prædicta A. quæ fuit uxor T. veniat coram præfatis justitiariis, &c. ad respondendum prædictis T. & A. si voluerit, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaultis. Et habeas ibi, &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm prior de B. in curia, &c. tali die & anno,

anno per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus quendam Scire fac' versus
 N. tunc personam E. de M. quendam annuū reditum viginti solidorum, Personam eccles.
 præfato priori & successoribus suis ut de jure ecclesiæ suæ beatæ Ma- pro priori, ubi
 riæ de B. per manus prædictæ personæ & successorum suorū imperpe- prior recupera-
 tuum solvend': Præd' tamen persona, nec etiā quidam H. nunc psona ec- vit quendam an-
 clesiæ præd', prædictos 40.s. nec etiā 20.s. de eodē annuo reditu à re- nuum reditum
 tro existentes de ultimo anno proximè præterito, præfato priori nõdū versus pdecesso-
 reddidere, sicut ex querela præd' prioris accepimus. Et quia, &c. rem ipsius per-
 sonæ.

¶ Rex, vic' salutem. Cū nuper tibi ad prosecutionem A. jam defun- Capias ipsam
 cti præceperimus qd' corpus E. quæ fuit uxor D. quondā civis Hereford quæ fecit statu-
 de com' tuo si laicus esset caperes, & in prisona nostra salvò custodias tum mercatori-
 &c. donec præfato A. de 20.li. plene satisfecisset, quas eadem E. tali um eo qd' lati-
 die & anno, &c. coram nuper majore villæ B. & I. clerico ad recogni- tat, & salvo, &c.
 tiones debitorum apud B. accipiendas deputatis recognovit se debere
 præd' A. & quas ei solvisse debuit in festo tali, &c. anno tali, &c. &
 eas ei nondum, &c. ita quòd eadem E. per unum quarterium anni à tem-
 pore quo capta fuisset, viveret in prisona nostra de suo proprio, & ha-
 beret omnia bona & catalla, terras & teñ sua eo tempore deliberata,
 ut per se & suos prout sibi vidisset expedire, eid' A. satisfacere posset
 si voluisset, & si eadem E. infra quarterium illud præd' A. de præd' de-
 bito non satisfecisset, tunc omnia bona & catalla, terras & teñ ipsius E.
 quæ habuit in balliva tua die quo præd' A. præd' debitum recogñ ad
 quorumcunq; manus devenissent, nisi alicui hæredi infra ætatē existenti
 per descensum hæf, eidem A. sine dilatione liberari faceres per ratio-
 nabile precium & extentam, tenend' ut liberum teñtum sibi & assign-
 natis suis quousq; præd' debitum inde levasset, & qualiter illud præ-
 ceptum nrm fuisses executus, scire faceres justitiariis nris apud W. tali
 die & anno: Tu præfatis justitiar' nris apud W. mandasti, qd' corpus
 præd' E. postquā breve nrm tibi inde venit, in balliva tua inventū non
 fuit, sed mandasti justitiariis nris, &c. quandā extentam p quam libe-
 rasti præfato A. certa terras & teñ quæ fuerunt præd' E. in balliva tua,
 tenend' ut liberum teñ sibi & assignatis suis juxta formā statuti nri inde
 provisi, quousq; præd' debitum inde levaverit. Et quia ad querimoniā
 quorundā W. & I. uxoris ejus executorū testamenti præd' A. nobis sugge-
 rentium accepimus, quòd præd' E. jam vagatur, latitat, & discurrit in
 balliva tua, & præd' A. in vita sua, nec executores præd' post mortem
 præd' A. præd' debitum nond' levaverunt: Tibi præcipimus qd' corpus
 præd' E. si laica sit & inventa fuerit in balliva tua capias, & in prisona
 nra salvò custodiri fac', donec præd' W. & I. unà cum damnis & custo-
 giis suis necessariis, ut in laboribus, sectis, dilationibus & expensis
 plenè fuerit satisfactum. Et qualiter, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex dil' & fid' escaetori suo in com' Eborū salutē. Cū nupe Johanñ Idempicacē
 de S. per nomen I. de S. in com' Bedf. utlagatus fuit ad sectam B. & bfe nominis,
 nrm ad inquirendum de bonis, catallis, terris & tenementis suis, & ad
 eadem in manum nostrā seifenda tibi deliberatū fuisset: Tu eo prætextu
 diversa bona & catalla, terras ac tenementa cujusdam I. de Schirborne
 de

de Eborum seifisti vel seifire intendis, prout datum est nobis intelligi, cum tamen Johana de S. de Eborum non est illa eadem persona versus quam utlagaria praed' in com' B. praed' promulgata fuit immo quidam Johana de S. de Reding qui in villa de Redingoriebatur, & in eadem per longum tempus morabatur, prout sumus debito modo plenius informati. Et quia nolumus praedictum I. de S. occasione praedicta indebitè praegravari: Tibi praecipimus quod de inquirendo de bonis catallis, terris & tenementis praedicti I. de S. de Eborum occasione praedicta supersedeas omnino. Et si quæ bona seu catalla, terra seu tenita sua ea de causa non alia in manum nostrum seifieris, ea ei relaxari & liberari facias indilatè. Proviso semper qd' ad inquirendum de bonis, catallis, terris & tenementis I. de S. de R. cum effectu ulterius procedatur. T. &c.

Fieri fac' de dānis recuperatis in bñ de Quare impedit.

¶ Rex, vic' salutem. Praecipimus tibi qd' de bonis & catallis, terris & tenementis I. fieri facias tantum, & illos, &c. ad reddendum A. quæ ei in curia, &c. per considerationem curiæ, &c. adjudicata fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione qd' praed' I. ipsum injustè impedit ad presentandum idoneam personam ad ecclesiam de T. prout p' quandam inquisitionem, quam nuper per te fieri fecimus, convictum fuit Et habeas, &c.

Venire fac' in bñ de deceptiōe, & qd' vicecomes sit ibi, &c. ad certificand' de praemonitiōe & qd' venire fac' ipsum qui recuperavit, & ad extendend' & seifendum, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I. quod W. in curia &c. falso & in deceptione curiæ nostræ secutus fuit executionem cujusdam finis in tali curia, &c. tali die & anno, inter praed' W. querentem & A. deforciantem, de manerio de M. cum pertinentiis levati, per quem finem praedictus W. recognovit se debere, &c. usq; ad ultimum verbum finis, & tunc sic, praefata curiæ nostræ suggerendo, quod praedictus B. jam obiit, & praedictos S. & M. uxorem ejus praedictum manerium ingressos fuisse, & illud contra formam finis praedicti tenuisse, breve nostrum de praemonendo ipsos S. & M. quod essent, &c. tali die ostensuri, &c. si quid, &c. quare praed' manerium cum pertinentiis post mortem, &c. praefato W. juxta formam finis praedicti remanere non debet si, &c. dirigendum impetrand', tu, &c. ad diem illum mandasses, quod scire fecisti praefatis S. & M. per A. & B. quod essent ibidem ad diem illum, ostensura in forma praedicta. Ac pro eo quod praedicti S. & M. tunc non venerunt: Executio inde versus eos considerata fuit facienda, praetextu cujus executionis, iidem S. & M. à manerio praedicto expulsi fuerunt minùs juste, cum tamen iidem S. & M. nunquam praemoniti fuerunt essendi ibidem ad praefatum terminum ostensuri in forma praedicta. Et ideo, &c. quod si praedicti S. & M. fecerint, &c. tunc venire facias, &c. tali die praedictos A. & B. & tu ipse vel subvic' tuus tunc sis ibidem in propria persona tua, ad certificand' praefatis justitiar'. &c. simul cū praed' A. & B. de praemon' praed' Praecipimus etiā tibi qd' venire facias corā, &c. ad praefat' terminū praed' W. ad respondend' tam nobis quàm praed' S. & M. de falsitate & deceptione supradictis. Et ulterius, &c. Praecipimus etiam tibi qd' per sacramentum proborum extendi & appraeciari facias manerium praed' secun-

secundum verum valorem ejusdem, & extentam & appreciationem, &c. scire facias præfatis justitiariis &c. ad præfatum terminum. Et interim manerium illud in manum nostram capias, & salvo, &c. ita qd' nullus eorum ad eum manum apponat, &c. & quod de exitibus, &c. Et habeas ibi nomina, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte B. qd' N. in curia, &c. Venire facias primos summ' vic' secundos sum' & ipsum qui recuperavit per defaultam in brevi de deceptione. falsò, &c. recuperavit seisinam suam versus eum de uno mesuagio cum pertinentiis, cum tamen idem B. nunquam summ' fuisset secund' legem Angliæ essendi coram præfatis justitiariis, &c. ad respondend' præd' N. de præd' placito, &c. nec mesuagium illud unquam captam fuisset in manum nostram ob aliquam defaultam ipsius B. nec idem B. iteratò summonitus fuisset essendi coram eisdem justitiariis nostris, &c. ad respondend' præfato N. tam de principali placito quam de præd' defaulta. Et ideo, &c. quod venire fac' tali die, &c. H. & L. primos sum', per quos R. nuper vicecomes noster com' præd' mandavit justitiariis nostris, &c. quod sum' præd' B. quod esset coram, &c. tali die ad respondend' præd' N. de præd' placito, & A. B. C. & D. per quorum visum mandavit præfatis justitiariis, &c. tali die quod cepit præd' mesuagium in manum nostram, & etiam W. & S. secundos sum', per quos mandavit qd' sum' præd' B. qd' esset coram, &c. tali die ad respond' præd' N. tam de principali placito quam de præd' defaulta. Præcipimus etiam tibi qd' venire facias, &c. ad præfatum terminum præd' N. ad respondend' tam nobis quam præd' B. de falsitate & deceptione præd'. Et interim ut supra, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm M. in curia, &c. videlicet tali termino, Scire fac' hæredi, ubi antecessor excogñ debuit acquietare prædecessorem ipsius qui sequitur, &c. eo qd' tenuit in puram elemosynam, &c. novit acquietare quendam priorem de T. de servitio quod E. de eo exigebat de libero ten' suo, videlicet unam acram terræ in A. quam de præfata M. tenebat in liberam, puram, & perpetuam elemosynā, & quidā I. filius & hæres præd' E. quendam nunc priorem pro fidelitate & faciend' sectam ad curiam, &c. in præd' ten'is pro defectu acquietantiæ distringebat, ac præd' M. jam obiit prout ex insinuatione ipsius T. nunc prioris accepimus, & quia, &c. scire facias W. de G. & L. uxori ejus, & A. sorori ejusdem L. quæ quidem L. & A. consanguineæ & hæf præd' M. sunt, quod sint, &c. tali die, ostensuræ si, &c. præd' priorem nunc versus I. filium & hæredem præd' E. de præd' servitiis acquietare non debeant, si, &c.

¶ Rex, vic' London' salutem. Ostensum est nobis ex parte A. ut cùm ipse nuper in curia, &c. manucaptus esset essendi coram eisd' justitiariis nris &c. tali die proximè præterito, ad respondendum T. de tali placito, ac idem A. fuerit in veniendo versus curiam nostrā præd', ad diem præd' præfato T. de præd' placito responsur' : Vos ex malitia & ad procuracionem præd' T. præfatum A. occasione præmissa cepistis, & in prisona nostra penes vos detinuitis minùs justè, quo prætextu idem A. ad diem illum coram justitiariis, &c. venire non potest. Et ideo, &c. qd' corpus præd' A. sine dilatione habeatis coram, &c. tali die, ad respondendum præd' T. de præd' placito, &c. Habeas corpus ipsius qui manucaptus est essendi, &c. & ad veniendum & observandum diem, &c.

¶ Rex,

Capias ipsum qui profecutus fuit executionem contra factum suum virtute cuiusdam statuti mercatorii, &c. & ad satisfaciendum regi.

Venire facias ipsum qui fecit extirpationem pendente placito.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd capias G. si, &c. ad satisfaciendum nobis, de eo quare secutus fuit versus R. quoddam breve de statuto de Acton Burnel' de quinquaginta libris, quas idem R. tali die coram talibus, recognovit se debere præfato G. & quas ei solvisse debuit ad tale festum & illas ei nondum solvit, contra factum suum proprium prout per quandam juratam, &c. coram I. tali die apud N. captam convictum fuit, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm A. in curia nostra, &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ, recuperasset seisinam suam versus B. de manerio de S. cum pertiñ, ac nos diu ante considerationem præd' curiæ nostræ, pendente inter eos placito prædicto, per breve nostrum recitans cùm in statuto nostro apud Glouc' nuper ædito contineatur, quòd cùm placitum motum fuerit in curia nostra per breve nostrum, tenens non faciet vastum vel estrepamentum in tenementis quæ sunt in demanda pendente placito inde indiscusso, eidem B. præceperimus ne quicquam contra formam statuti prædicti, quod in præjudicium seu damnum ipsius A. in ea parte cedere valeret, attentare præsumeret: præd' B. dicto placito pendente indiscusso, domos & ædificia in manerio prædicto existentia extirpavit, & arbores similiter infra idem manerium crescentes succidit, & arbores illas ac macremia de domibus prædictis ad valentiam centum librarum cepit & asportavit, in nrum ac præcepti nostri prædicti contempt' manifestum, & prædicti A. damnum non modicum & gravamen, ac contra formam statuti nostri prædicti, prout ex gravi querela ipsius A. accepimus. Et quia eidem A. subvenire volumus in hac parte, tibi præcipimus quòd si præd' A. fecerit te securum, &c. tunc venire facias, &c. tali die præd' B. ad respondendum tam nobis quàm præd' A. de contemptu & trñs præd' & ulterius, &c.

Bre ad inquirendum si antecessor obiit seisinatus, &c. & quæ damna habuit occasione detentionis, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Scias qd' G. de T. in curia, &c. recuperavit seisinam suam versus A. quæ fuit uxor R. de H. chr', de uno mesuagio cum pertinentiis, de seisina cuiusdam M. proavæ prædicti G. cujus hæres ipse est per defaultam prædicti A. Sed quia nescitur quæ damna prædictus G. sustinuit occasione detentionis tenementorum prædictorum cum pertinentiis, tibi præcipimus qd' per sacramentum proborum, &c. diligenter inquiras, si prædicta M. obiit seisita ad tenementis illis cum pertinentiis in comitatu tuo ut de feodo. Et si per inquisitionem illam inveneris qd' eadem M. obiit seisita in tenementis illis cum pertinentiis in comitatu tuo ut de feodo: Tunc per sacramentum eorum ulterius inquiras, quæ damna prædictus G. sustinuit occasione detentionis eorundem tenentorum post mortem prædictæ M. vel alicujus alterius propinquioris hæredis præfato G. supervenientis, tam videlicet in visis & testibus, &c.

Venire fac' ipm qui habet executionem virtutis statuti mercatorii, & virum & uxorem qui habent statum &c. ad computand' &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus qd' omnia bona & catalla terras & tenita H. de Vennella filii Jordani de Vennella civis & mercatoris de Oxon' defuncti, quæ habuit in balliva tua v. die Maii &c. vel unquam postea ad quorumcunq; manus devenerint, nisi alicui hæredi

hæredi infra ætatem existenti, per descensum hæreditarium descendissent, T. de S. sine dilatione liberari faceres per rationabile pretium & extentam, tenendum ut liberum tenentem sibi & assignatis suis juxta formam statuti nostri inde provisi, donec quadraginta li. quas prædictus Henricus prædictis die & anno coram Johanne Maynard, &c. ad recognitiones debitorum apud Oxon accipiendas deputatis recognovit se debere præd' T. unà cum damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis, inde levasset, & qualiter illud præceptum nostrum, &c. scire faceres justitiarum nostris, &c. tali die & anno, &c. tu præfatis, &c. ad diem illud mandasti, quod extendi fecisti omnia terras & tenenta quæ fuerunt prædicti H. prædictis die & anno vel postea in balliva tua, quæ virtute præcepti nostri prædicti extendi potuerunt, & eadem terras & tenementa quæ extendebantur per annum ad quadraginta solidos, præfato T. per extentam illam in forma præd' tenenda liberaisti. Et quia ex parte I. de B. cui prædictus H. post diem recognitionis prædictæ omnia terras & tenementa sua alienavit ut dicitur, nobis est ostensum, quod licet præd' terræ & tenementa præfato T. ut præd' est liberata, ad quadraginta solidos tantum extendebantur, idem tamen T. & T. de W. & E. uxor ejus assignati ipsius T. de S. quibus idem T. de S. statum suum post liberationem sic ei inde factam ulterius dimisit ut accepimus, de exitibus præd' terrarum & tenentium, eo quod verus valor eorundem per annum ad maximam summam ultra extentam præd' se extendit, decem libras ultra debitum prædictum jam levaverint, super quo nobis est supplicatum præfato Johanni in hac parte de remedio congruo providere. Nos volentes eidem I. in præmissis fieri quod est justum, tibi præcipimus quod venire facias, &c. tali die præd' T. T. & E. uxorem ejus, ad computandum cum præd' Johanne, de denariis de exitibus prædictorum terrarum & tenentium juxta verum valorem eorundem, à tempore liberationis prædictæ prædicto T. de S. factæ perceptis, & ulterius factum & receptum quod curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas, &c.

¶ Rex, custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Lincoln salutem. Venire facias vicecomitem directum coronatori quæ, &c.

Cum nuper vicecomiti comitatus prædicti præceperimus, quod de terris & catallis Radulphi de mortuo mari in balliva tua fieri faceret sex libras, & illas haberet coram, &c. tali die proximè præterito, ad respondendum abbati de C. de septem libris de arreragiis cujusdam annui redditus sex solidorum singulis annis sexto die ante tale festum eidem A. & successoribus suis imperpetuum solvendi, quem idem A. in curia, &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperavit versus eum, & etiam quod haberet coram eisdem justitiariis nostris apud Westm' viginti solidos ad eundem terminum, quos de terris & catallis prædicti R. in balliva sua per præceptum nostrum fieri fecit & penes se detinet prout idem vicecomes præfatis justitiariis, &c. aliàs mandavit de redditu prædicto, de arreragiis prædictis, & etiam quod de terris & catallis prædicti R. in balliva sua fieri faceret viginti solidos

solidos, & illos haberet coram eisdem, &c. ad eundem terminū ad reddendum præd' abbati quæ ei in eadem curia nostra adjudicata fuerunt pro damnis suis quæ habuit occasione detentionis præd' annui redditus, & etiam quòd, &c. ejusdem Richardi fieri faceret viginti solidos, & illos, &c. ad eundem terminum ad respondendum prædicto abbati de arreragiis prædicti annui redditus de termino, &c. anno tertio, &c. idem vicecomes præfatis justitiariis nostris apud Westm' ad diem illum mandavit, quòd præd' viginti solidos, quos de terris & catallis prædicti Richardi in balliva sua, unde residuum denariorum prædictorum levasse potuit, &c. cum non constitit præfatis justitiariis nostris ad diem illum, per cognitionem attornati ipsius abbatis, seu alio modo de solutione prædicti. Et quia ex parte prædicti Anthonii accepimus, quòd prædictus vicecomes de bonis & catallis prædicti Richardi apud Westm' in balliva sua ad sufficiens invenisse potuit, unde residuum prædictorum denariorum, per prædictum præceptum nostrum potuit levasse, quòdque idem vicecomes falso & in prorogatione executionis prædictæ recognovit in forma prædicta, in nostri contemptum manifestum ipsiusque abbatis dispendium non modicum & gravamen: Vobis mandamus quòd venire faciatis, &c. tali die Guilhelmum de L. vicecomitem nostrum prædictum comitatus prædicti ad respondendum tam nobis quàm præd' abbati super præmissis, & ulterius factis & receptis quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeatis ibi, &c. T. &c.

D' string' in bfi
de deceptione
versus ipsos qui
recuperaverunt
occasione cujus-
dam brevis de
attornato reci-
piendo.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut pluriès, &c. quòd distringas K. de B. & K. de R. servientem ipsius K. de B. per omnes terras, &c. & quòd habeas, &c. tali die ad respondendum I. de B. de placito quare cū præfatus K. de B. nuper in curia, &c. implacitasset præd' Johannē per breve nostrum de uno mesuagio cum pertinentiis in B. & placitum prædictum ad captionem inquisitionis patriæ prosecutus fuisset, dièsque partibus prædictis termino Paschæ anno, &c. datus extitisset, ad quem diem prædictus Johannes de B. se fecit essonari, ita quòd placitū adjornatum fuit usque ad quindenam sanctæ Trinitatis tunc proximè sequentem: Prædictus K. & P. attornatus suus collusione inter eos prælocuta, machinantes præfatum Johannem de tenementis prædictis exhæredare, præfatum K. de R. attornatum ipsius Johannis, ipso inde penitus ignorante recordari, & breve de attornato recipiendo in filaciis breviū de quindenam Paschæ anno, &c. in banco prædicto, & quandam calumniam super dicto essonio ponendam fecissent, & essonium prædictum pro eo quòd prædictus Johannes attornatus suus in eodem placito habuit, non jacere asseruissent, per quod ad dictam quindenam Trinitatis, seiscina de tenementis prædictis pro eo quòd attornatus dicti Johannis ad prædictas tres septimanas essoniatus non fuerit, eidem K. de B. per considerationem ejusdem curiæ nostræ extitit adjudicata, in deceptionem curiæ nostræ prædictæ, & ipsius Johanni grave damnum & exhæredationem manifestam, &c. Et habeas ibi, &c. Teste, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm H. le M. per E. de W. in curia, &c. Summoneas patrum & episcopum in auxilium, ubi persona dicit se esse presentatam ad ecclesiam suam exoneratam in brevi de annuitate.

sum' esset ad respondend' priorissæ de B. de placito quòd redderet ei 40.s. qui ei à retro sunt de annuo redivu 5. marcarum quem ei debet ut dicit: Idem H. venit in eadem curia nra, & dixit quòd ipse invenit ecclesiam suam præd' exoneratam de præd' redivu, & quòd ipse non potest præfatæ priorissæ sine P. de H. patrono ejusdem ecclesiæ, & episcopo Lincolni dioc' inde respondere, & petit auxilium de P. episcopo. Et ideo tibi præcipimus quòd summoneas, &c. præd' P. & episcopum, quòd sint, &c. tali die, ad respondend' priorissæ de B. simul cum præd' H. de præd' placito si voluerint. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, quòd corpus T. de S. in comitatu Somersæt si, &c. donec I. de S. quadraginta libras penè satisfecisset, quas idem T. decimo die Junii anno, &c. coram G. de B. & I. clerico, ad recognitiones debitorum apud S. accipiendas deputatis, recognovit se debere eidem Johanni, & quas ei solvisse debuit tali die tunc proximè sequenti, & eas ei nondum reddidit ut dicitur, & qualiter illud præceptum nostrum, &c. tu præfatis justitiariis nris apud Westmonasterium ad diem illum mandasti, quòd præceperas ballivis libertatis civitatis Winton, quòd præd' præceptum nostrum exqueretur, qui tibi responderunt quòd corpus præd' T. ceperunt, & in prisona nostra civitatis nostræ præd' detinent custodiendum juxta formam præcepti nostri præd'. Et ideo tibi præcipimus quòd omnia bona & catalla prædicti T. quæ habuit in balliva tua, ac etiam omnia terras & tenementa sua die quo prædicto Johanni prædictum debitum recognovit, ad quorumcunq; manus devenerunt, nisi alicui hæredi infra ætatem existenti per descensum hæreditarium descenderunt, præd' Johanni sine dilatione liberari facias per rationabile pretium & extantam, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti inde provisum, donec prædictum debitum inde levaverit, qui quidem T. post primum quarterium anni postquam captus fuerit, vivet in prisona nostra in pane & aqua ad custagium ipsius Johannis, ita quòd bene licebit eidem T. terras & tenementa sua præd' vendere, & prædicto Johanni de prædicto debito satisfacere, salvis eidem I. apuramentis suis de eisdem, salvis etiam semper eidem I. damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis. Et qualiter, &c. & scire facias, &c. & habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, quòd corpus G. de H. si, &c. donec G. de W. de viginti libris quas idem G. de H. 10. die Maii anno, &c. coram W. de B. majore villæ Oxon, & Adam B. nuper clerico ad recognitiones debitorum apud Oxon accipiendas deputatis, &c. & quas ad festum Annunciationis beatæ Mariæ virginis anno, &c. & eas ei nondum solvit ut dicitur, & qualiter illud præceptum nostrum, &c. tu præfatis, &c. ad diem illum mandasti, quòd præd' G. de H. postquam breve nrum tibi inde venit, in curia nostra coram, &c. prædictusq; G. de W. tunc ibidem non venit, & idem G. de H. dixit quòd Venire facias ipsum qui sequitur executionem virtute statuti mercatorii, ad cognoscendum vel dedicendum factam, &c. qñ factum ostensum fuit in curia ad excludendum ipsum de executione.

præd' G. de W. licet venisset, executionem præd' debiti virtute recognitionis præd' habere non debet, dixit enim quod præd' G. de W. decimo die Januarii anno, &c. per quoddam scriptum suum indentatum inter ipsum & præd' G. de H. confectum, concessit ipsi G. de H. quod si idem G. de H. sibi vel alicui de suis non faceret damnum seu gravamen nec fieri procuraret, quod à tunc recognitio illa pro nullo & de nullo vigore tenetur, alteram partem præd' indenturæ sub nomine præd' G. de W. ibidem protulit plenius hoc breve testantem, etiam quod ipsemet hucusq; conditiones in præd' indentura contentas in omnibus observavit, super quo nobis supplicavit sibi p nos de, &c. Et quia eidem Georgio de H. si ita sit injuriari nolumus in hac parte: Tibi præcipimus quod venire, &c. tali die præd' G. de W. ad recognoscendum vel deducendum factum suum præd', & ad ostendendum si præd' G. de H. contra conditiones præd' in dicta indentura contentas, in aliquo hucusq; venerit necne, & ulterius factum & receptum quod curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas, &c.

B eve de executione virtute statuti mercatorii, quia testatum est in curia quod haberet plura bona, &c. in aliis comitatibus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum nuper vicecomiti nostro North' præceperimus quod corpus L. de T. si laicus esset, &c. donec T. de H. de trecentis libris plenè satisfecisset, quas idem L. tali die & anno coram tali & tali, &c. & quas, &c. ad tale festum, &c. & eas nondum solvit ut dicitur, & quod omnia bona & catalla terras & tenementa quæ fuerunt præd' L. in balliva sua præd' die & anno, &c. idem T. liberariferet, tenendum juxta formam statuti nostri inde provisi, & qualiter illud præceptum nostrum, &c. 15. Trinitatis proximè præterita: Idem vicecomes præfatis justitiariis nostris, &c. ad diem illum mandavit, quod corpus prædicti L. postquam breve sibi inde venit, in balliva sua inventum non fuit, & quod liberavit eidem T. quædam tenementa quæ fuerunt prædicti L. quæ extenduntur per annum ad quadraginta libras, tenenda in forma prædicta. Et quia testatum est in eadem curia nra quod prædictus Lambertus die & anno recognitionis prædictæ, plura habuit bona & catalla, terras & tenementa in comitatu tuo quæ idem T. liberari possunt in allocatione prædicti debiti, & quod manet in comitatu tuo: Tibi præcipimus quod corpus præd' L. si laicus, &c. donec prædicto T. de prædicto debito plenè satisfecerit, ita quod idem Lambertus per unum quarterium anni à tempore, quo captus fuerit, vivat in prisona nra de suo proprio, & habeat omnia terras & tenementa sua eo tempore deliberata, ut per se & suos, prout sibi viderit expedire, interim prædicto T. de præd' debito satisfacere possit si voluerit competenter. Et si idem Lambertus infra quarterium illud prædicto Thomæ de prædicto debito non satisfecerit: Tunc omnia bona & catalla terras & tenementa ipsius Lamberti, quæ habuit in balliva tua die quo prædicto Thomæ prædictum debitum recognovit, ad quorumcunq; manus devenerint, nisi, &c. eidem T. sine dilatione liberari facias per rationabile pretium & extentam, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam, &c. donec præd' debitum de bonis & catallis, terris & tenementis illis, unà cum quibusdam

quibusdam aliis tenementis in comitatu Bed', quæ extenduntur per annum ad 40. li eidem T. prius liberatis inde levaverit. Qui quidem L. post prædictum quarterium anni postquam captus fuerit, vivat in prisona nostra in pane & aqua ad custagium ipsius T. ita tamen quòd bene licebit eidem L. terras & tenementa sua prædicta vendere, & prædicto T. de præd' debito satisfacere. Salvis etiam inde appruamentis suis de eisdem, salvis etiam inde semper eidem T. damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis. Et si idem L. in balliva tua inventus non fuerit vel clericus sit. Tunc omnia bona & catalla, terras & tenementa ipsius L. quæ habuit in balliva tua præd' die debiti recogni, eidem T. sine dilatione liberari facias per rationabile pretium & extentam, tenend' ut liberu tenitu simul cum aliis tenementis prius eidem T. liberatis in forma præd'. Et qualiter hoc, &c. Et scias, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd distringas R. H. & I. uxorem ejus, per omnes terras, &c. ita, &c. hujusmodi præceptum ad liberandum I. de K. corpus hæred' I. de B. cujus custodiam idem I. de K. in curia, &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperavit versus eos. Teste, &c.

Distingas virum & uxorem ad deliberandum corpus hæredis, qñ corpus antea in curia recuperatur versus eos, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias I. de K. L. de M. &c. testes nominatos in quadam carta, quam H. de C. & G. uxore ejus in curia, &c. protulerunt, sub nomine L. le Bonde, quem iidem H. & G. vocaverunt ad warrantum versus I. de C. de 10. ac' ter' cum pertinentiis in K. I. & B. eidem A. & G. apud K. factam, & etiam L. de M. I. de K. &c. testes nominatos in quadam alia carta, quam L. de P. & A. uxor ejus in eadem curia nostra protulerunt sub nomine prædicti L. le B. quem iidem L. de P. & A. vacaverunt ad war' versus I. filium A. de una acra terræ cum pertinentiis in eisdem villis eidem L. de P. & A. apud K. factam, unde idem I. filius A. in curia nostra apud C. coram Wilhelmo Scot & sociis suis justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, arrainavit quandam assisam mortis antecessoris, & præter illos 12. tam milites quàm alios, &c. Et qui nec prædictos H. G. L. de P. & A. nec prædictum L. le B. aliqua affinitate, &c. si prædictæ cartæ sint facta ipsius L. le B. per quod idem L. le B. prædicta tenementa cum pertinentiis eis war' debeat, sicut prædicti H. C. L. de P. & A. dicunt, vel non sicut prædictus L. le B. dicit, quia tam, &c. & super testibus prædictis. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram præfatis, &c. ad præfatum terminum, 12. tam milites, &c. de visinetu de K. quorum quilibet, &c. Et qui nec prædictum I. fil' A. nec præd' L. le B. quem G. de H. & A. de T. vocaverunt ad warrantum, & qui eis war', aliqua affinitate attingunt, &c. si L. & S. vel aliquis antecessorum suorum unquam aliquid habuerint in una roda terræ cum pertinentiis in eisdem villis, & etiam si A. at W. & M. uxor ejus vel aliquis antecessorum suorum unquam aliquid habuerint in duabus acris terræ cum pertinentiis in eisdem villis, unde prædictus I. filius A. in curia, &c. apud C. coram præfatis L. Scot &

Venire facias testes nominatos in carta per quam tenens vocavit ad warrantum, & ad inquirendum de se ipsa ipse qui vocatus est ad warrantum.

fociis suis iustitiariis nris ad assisam in comitatu tuo capiendam assignatis, arrainavit præd' assisam mortis antecessoris versus prædictos G. & A. in dominico aut in servitio post seisinam præd' Aliciæ matris præd' I. fil' A. cuius hæres ipse est, ita quòd prædictum L. vel aliquem antecessorum suorum inde feoffasse potuerunt, per quod idem L. le B. advocat' prædictos L. & alios inde ad warrantum, admitti debeat sicut idem L. le B. dicit, vel non sicut prædictus I. dicit, quia tam, &c. Et habeas, &c.

Summum ir-
replegabile.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm C. de A. in curia, &c. summonitus esset ad respõdend' A. de B. de placito quare cepit averia ipsius A. & illa injustè detinuit contra vadium & plegios ut dicitur, & idem A. postea in curia nra fecit defaultam, per quòd consideratum fuisset in eadem curia nostra quòd idem C. iret inde sine die, & præd' A. & plegii sui de prosequendo essent in misericordia, & præd' C. haberet retornũ averiorum, ac præd' C. postea attachiatus fuisset per breve nostrũ de iudicio, ad respondend' præd' A. de captione præd' averiorum: Idem A. in eadem curia nra coram eisdem iustitiariis nostris apud Westm' iteratò sec' defaultam, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nostra quòd præd' C. iret inde sine die, & præd' A. & plegii sui de proc' essent in misericordia, & quòd præd' C. haberet retornum averiorum irrepleg' imperpetuum. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem C. præd' averia sine dilatione retornari facias in forma præd'. T. &c.

Breve de recup-
tione de advoca-
tione ecclesiæ.

¶ Rex, vic' salutē. Scias quòd episcopus Linc' in curia, &c. recuperavit præsentationem suam de ecclesia de S. versus R. de A. p defaultã ipsius R. Et quia dubitatur ut in brevi suprã, quale jus idem episcopus habet in advoc' ecclesiæ præd', & quis prædec' suorum fuit inde in seisina ut de iure ecclesiæ suæ beatæ Mariæ Linc', & quantum illa valet per annum secundum verum valorem eiusdem, & à quo tempore cepit vac' &c. & interim advocationem illam in manum nostram capias, ita quòd neuter eorum ad ea, &c. ut in alio, &c.

Venire facias
ipfos qui fece-
runt vastum in-
ter iudicium &
seisinam, ad re-
spondendum,
&c.

¶ Rex, vic' salutem. Cum R. de S. in curia, &c. recuperavit seisinam suã versus I. de R. & R. fratrem ejus, de duabus partibus unius mesuagii, excepta una plac' super quam una grangia edific' est in N. versus R. quæ fuit uxor C. de tertia parte unius mesuagii, per quandam juratam coram di. & si nro I. de S. apud C. inde inter eos captam: Iidem I. R. & R. post juratam prædictam inde inter eos captam, antequam prædictus S. seisinam suam inde consequi potuit, domos ac edificia in præd' mesuagio existentes prostraverunt, ac arbores similiter in præd' tenementis crescenti succiderunt, & arbores illas ac macremium de domibus præd' ceperunt, in nostri ac curiæ nostræ contemptum manifestum, & præd' S. dispendium non modicum & gravamen, prout, ex gravi querela ipsius S. accepimus. Et quia volumus eidem S. in hac parte subvenire: Tibi præcipimus quòd si prædictus S. fecerit te securum, &c. tunc venire facias, &c. tali die præd', Johannem Robertum & Roesiã, ad respondendum tam nobis quàm præd' S. de præd' transgressione & contemptu. Et habeas ibi, &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte G. de C. quod cum T. de B. in curia, &c. sum' esset ad respondend' præd' G. de placito quare cepit averia præd' G. & ea injustè detinuit contra vadium & pleg', &c. & habeant hinc inde diem in eadem curia nra, &c. prædictus T. pendente placito præd' inde inter eos in eadem curia nra, iteratò cepit averia ipsius G. occasione qua priùs averia sua ceperat. Et quia hoc est manifestè contra legem & consuetudinem regni nri, & contra pacem nostram: Tibi præcipimus quod capta securitate à præfato G. de clamore suo prosequendo, ponas per vadium & salvos plegios præd' T. quòd sit, &c. talidie, ad respondend' tam nobis quam præd' G. de præd' transgressione & contemptu. Et interim averia præd' eidem G. sine dilatione deliberari facias, & deliberata teneri quòd usq; præd' placitum inde inter eos in præfata curia nostra motum, plenarie terminetur. Et habeas ibi nomina plegiorum, &c.

Breve de averiis de novo replegiandis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm A. quæ fuit uxor Johanni de B. in curia &c. sum' esset ad respondend' H. de C. de placito quare cepit quater viginti oves ipsius H. & eas, &c. ut dicitur: Eadem A. venit in eadem curia nostra, & advocavit captionem præd' ovium in villa de B. in quodam loco qui vocatur G. ut in separali solo ipsius A. damnum facientium. Ad quod præd' H. in eadem curia nostra replicando dixit, quòd præd' locus est communia pasturæ ipsius H. & non separale solum ipsius A. & hoc præd' Aliciam dixit quòd tenet manerium de B. cum pertinentiis unde præd' locus est parcella, ad terminum vitæ suæ, cujus reversio ad Henricum de C. spectat, sine quo ipsa A. verificationem præd' expectare non potest. Et ideo tibi præcipimus quòd summonneas, &c. præd' Henricum, quòd sit, &c. tali die, ad respondend' præd' Henrico de C. simul cum præd' Aliciam de præd' placito si voluerit. Et habeas, &c.

Summonneas in auxilium ipsum in reversione quæ unus clamat communiam pasturæ in separali solo tenentis ad terminum vitæ.

¶ Rex, vic' salutem. Summonneas, &c. H. de W. quòd sit, &c. ad sequendum simul cum Henrico de T. versus Richardum de le T. de placito quare idem Henricus de T. cepit averia ipsius Richardi, & ea, &c. & unde idem H. de T. in eadem curia nostra ut ballivus præd' Hermannii de W. domini trium partium villæ de T. advocavit captionem præd' justam in quodam loco qui vocatur H. in præd' villa de T. ut in separali solo ipsius Hermannii de W. & dixit quòd ipse verificationem præd' expectare sine præd' H. domino suo non potest. Summonneas etiam, &c. Johannem de W. quòd sit ad sequendum simul cum præd' Richardo versus præd' Henricum de T. de placito præd', & unde idem Richardus in eadem curia nostra dixit, quòd præd' Johannes est dominus quartæ partis ejusdem villæ de C. cujus statum idem R. habet ad terminum vitæ suæ in eadem quarta parte, sine quo non potest verificationem præd' expectare. Et habeas, &c.

Summonneas ad sequendum simul versus dñm, quæ ballivus advocat captionem justam ut in separali solo domini sui. Summonneas etiam ipsum in reversione ad sequendum simul cum tenente ad terminum vitæ quando tenens clamat communiam pasturæ.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm Henricus de B. in curia, &c. tali die, cognovit se debere I. de S. ducentas libras, unde ei reddidisse debuit ad tale festum proximè sequens centum marcas, & illas ei nondum reddidit ut dicitur: Idem C. jam obiit prout justitiariis nostris apud West-

Scire facias versus hæredem, ad ostendendum si quid sciat dicere quare executionem vir-

tute cujusdam
recogni p ante-
cessorem facta,
versus eum ha-
bere non de-
beat.

Venire facias
præmonitores.
ac ipsum qui
tibi responde-
bat quod scire
fecit teñ ad cer-
tificandum, &c.
Ac etiam venire
fac' ipsum qui
primum breve
prosequutus fu-
it, ad respon-
dendum de fal-
sitate & decep-
tione prædictis
quando, &c.

monasterium, &c. mandasti, ac quidam S. fil' & hæc præd' H. est tenens terrarum & teñ quæ fuerunt ipsius H. præd' die & anno in balliva tua, prout ex insinuatione præd' I. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias præd' S. quòd sit, &c. tali die, ostensurus si quid, &c. quinquaginta marcæ de terris & tenementis quæ fuerunt præd' H. prædictis die & anno in balliva tua in seifina ipsius S. existentibus fieri, & præd' Johanni reddi non debeant, si, &c.

¶ Rex, vicecomiti Kanc' salutem. Ostensum est nobis ex parte S. de W. quòd T. F. civis & faber lignarius Londoñ, administrator bonorum cujusdam Johannis de S. defuncti qui obiit testatus ut dicitur, in curia nostra coram, &c. falso & in deceptione ejusdem curiæ nostræ recuperavit executionem versus eum, ut unum tenentium terrarum & tenementorum quæ fuerunt L. fil' L. tali die & anno, &c. recogni se debere præfato I. de S. solvend' ei unam videlicet medietatem ad tale festum proximè futurum, & aliam medietatem ad tale festum tunc proximè sequens per defaultam ipsius S. cum idem S. nunquam præmonitus fuit essendi coram, &c. ad aliquem terminum jam præteritum, ostensur quare denarii præd' de terris & tenementis quæ fuerunt præd' L. filii L. in balliva tua præd' die recognitionis debiti præd' in possessione præd' S. existentibus fieri, & præd' administratori reddi non debent, prout moris est in regno nostro. Virtute cujus recuperationis, medietas unius mesuagii & unius columbar' cum gardino & forstall' & aliis pertinentiis suis in insula B. quæ valent per annum viginti solidos, centum acr' terræ arabilis, quæ valent per annum centum solid', pastura ad ducentas oves quæ valet per annum viginti solidos, & sic de aliis tenementis de terris & teñtis quæ fuerunt præd' L. filii L. præd' die recognitionis debiti præd', & in possessione S. extiterunt, per quoddam breve nostrum de Elegit tibi inde directum, per te liberata nunc existunt. Et quia præd' S. fecit justitios nostros securos, &c. per H. & per W. tibi præcipimus sicut aliàs, &c. quòd venire facias coram, &c. tali die T. F. præmonitores per quos mandasti justitiariis, &c. quòd T. de H. camerarius libertatis Philippi reginæ Angliæ hundredi de M. cui fecisti returnum brevis nostri præd' de scire facias, tibi respond' quòd scire fecit præd' S. essendi coram, &c. tali die ultimo præterito, ostensur in forma præd', ad certificand' præfatos justitios nostros de præmonitione præd', & etiam quòd venire facias, &c. ad præfatum terminum tam præd' camerarium quàm præd' administratorem, prædictum videlicet camerarium ad certificand' præfatis, &c. simul cum prædictis præmonitoribus de præmonitione prædicta, & prædictum administratorem ad respondendum tam nobis quàm præfato S. de falsitate & deceptione prædictis, Et interim medietatem præd', &c. in manum nostram capias, & salvò, &c. ita quòd neuter eorum ad eam manum apponat, &c. & quòd de exitibus ejusdem nobis ad scaccarium nostrum respondeas. Et habeas, &c.

Scire facias
versus virum
& uxorem qui

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Cùm nuper vobis sicut pluriès præcipimus, quòd omnia terras & teñta, quæ fuerunt I. de T. civis

&

& piscionar London, primo die Februarii anno, &c. vel unquam postea ad quorumcunq; manus devenissent, nisi alicui hæredi infra ætatem existenti per descensu hæred' descendant, F. de P. executrici testamenti Johannis de P. civis & mercatoris London sine dilatione liberari faceretis per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum tenentem sibi & assignatis suis juxta formam statuti nostri inde provisi, quousq; centum li. unà cum damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis inde levasset, quas idē I. L. præd' die & anno coram I. de L. tunc majore London, & T. de Colle tunc clerico ad recognitiones debitorum apud London accipiend' deputatis, recognovit se debere eidem I. de P. jam defuncto, & quas eidem Johanni solviffe debuit ad tale festum proximè futurum, & eas eidem Johanni de I. nondum solvit ut dicitur, & qualiter illud præcept' nostrum, &c. scire faceretis, &c. tali die proximè præterito: Vos præfatis justitiariis nostris apud Westm' mandastis ad diem illum quandam extentam omnium terrarum & tenementorum quæ fuerunt præd' Joh' L. in balliva vestra præd' die recogn' debiti præd' per sacramentum probor' & legalium hominum de eadem balliva coram vobis virtute brevis nostri præd' factæ, & returnastis qd' eadem terras & tenita præfato F. liberare non potuistis, eo quòd eadem terræ & tenita diu ante adventum brevis nostri præd' liberata fuerunt per extentam inde factam cuidam H. de B. executori testamenti I. de G. nuper civis & panna London, pro centum libris quas idem Johannes T. decimo die Novembris anno, &c. coram T. L. nuper majore London, & Thoma de Colle clerico ad recogn' debitorum apud London accipiendum deputatis, recogn' se debere eidem I. G. Ac jam ex insinuatione recordi & processus executionis recogn' præd' debiti centum librarum coram præfatis justitiariis habitorum est compert', quòd per extentam prædictam prius factam, major pars debiti illius levatur, & ex parte prædictæ F. nobis ulterius est ostensum quòd de toto residuo ejusdem debiti & ultra satisfactum est prædicto I. G. prout literæ acquietantiæ quas præd' F. in curia, &c. protulit sub nomine Johanni G. plenius testantur, & quidam Johanni L. & M. uxor ejus modo tenent tenita præd' ut de statu præd' Johanni G. quem habuit eisdem virtute executionis prædictæ & ex dimissione cujusdam Henrici de K. qui eadem tenementa quondam habuit de executione testamenti prædicti Johanni G. facta, præfate Margarete, super quo nobis supplicavit de remedio providere in hac parte. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos, &c. scire facias prædictis Johanni de Let & Margarete, quòd sint, &c. ostensuri tali die, &c. quare prædicta ten' cum pertinentiis præfato F. liberari non debeant per extentam prædictam per vos retornatam, tenend' in forma præd' si, &c. Et habeas, &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cum abbas sancti Benedicti de H. in curia, &c. peteret versus magistrū T. de Marle & H. personā eccles. de Melton, advocacy ecclesie de S. ut jus ecclesie suæ sancti Benedicti de H. iidem Thomas & H. postmodum in eadem curia nostra fecerunt defaltam, per

habent stat' ip-
sius qui habuit
executionem
virtute cujusdā
statuti merca-
torii, ad ostend'
quare ten', &c.
sibi qui sequi-
tur virtute cu-
jusdam alterius
statuti merca-
torii liberari
non debeant,
tenend' secund'
extentam prius
factam, &c.

B're de executi-
one pro abbate
de advocacione
eccle' postquam
jus ipsius abba-
tis invent' fuit
per inquisitio-
nem coram, &c.

per quod consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd præd' abbas recuperaret inde seisinam suam versus eos per defaultam, sed executio seisinæ de præd' advocacione cessaret, quia dubitatur de fraude inde inter eos prælocuta contra statut', quo cavetur ne terræ, vel teñta ad manū mortuam devenirent quoquo modo, & ideo tibi præceperimus qd' venire fac' corā, &c. tali die proximè præterito, vel corā dil' & fid' nro R. de K. si priùs die Lunæ in festo sanctæ L. virginis apud N. &c. de visnetu præd' per quos rei veritas meliùs sciri potuisset, & qui præd' A. nulla affinitate attingunt, ad recognoscend' super sacrament' suum, quale jus præd' A. habuit in advocacione ecclesiæ suæ præd', per quam quidè juratam coram præfato Richardo postea præd' die & loco captam compert' fuit, prout præd' R. coram quo præd' jurata capta fuit, coram justitiariis nostris apud Westm' ad præfatum diem recordabatur, quòd quidam R. de T. quondam abbas sancti B. de H. prædec' præd' nunc abbatis, fuit seistus de advocacione præd', ut de jure ecclesiæ suæ sancti Benedicti de H. & ecclesiam illam tenuit in proprios usus, & imperfonata in eadem de advocacione sua propria tempore pacis H. regis filii regis Johannis & ante, & quod quidè S. quondam abbas, &c. prædecessor ipsius R. immediatus fuit seistus de advocacione ecclesiæ præd', & ecclesiam illam tenuit in proprios usus in forma præd' tempore præd' H. regis provia nostri, & qd' præd' Sampson quondam abbas &c. prædecessor ipsius nunc abbatis, tempore præd' Henrici regis proavi nostri, ex assensu Thomæ de B. tunc Norwic' episcopi ejusdem loci ordinarii, & ex assensu capituli N. ecclesiam illam appropriavit, quam quidem appropriationem H. &c. per billam suam ratificavit, & ecclesiam illam eidem S. &c. Et ideo, &c.

Superfedeas de
capiendo ex-
com' eo quod
causa excom-
municationis
non pertinebat
ad curiam chri-
stianitatis, &
ipse qui seque-
batur ea de
causa habuit di-
em in curia re-
gis, & non ob-
stante ulterius
sequebatur in
curia christiani-
tatis donec, &c.
& pone per va-
dium ipsum.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte Johā de P. qd' cum E. de F. in curia, &c. tali die attachiatus esset ad respondendum eidem I. de placito quare cum placita de transgressione contra pacem nostram facta in regno nostro, ad nos & coronam & dignitatem nostram, & non ad alium pertinent in eodem regno, idem E. tenuit placitū in curia Christianitatis de hujusmodi transgressione, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, ad grave damnū ipsius I. & contra prohibitionem ut dicitur, & habuerunt inde diem corā, &c. tali proximè futuro: Idem E. pendente inde inter eos in præfata curia præd' placito, nihilominus placitū illud in præfata curia Christianitatis tenuit, quousq; sententia in ipsum Johā promulgata fuit; & ipsum Johā excommunicari fecit, & postea breve nostrum de ipso Johā capiend' tanquam claves ecclesiæ contemnente jam tibi porrexit, ut sic eum impedire posset quòd minùs placitum attachiamet' præd' coram præfatis, & secund' legem & consuetud' regni nostri consequi potuit ut dicitur, in coronæ & dignitatis nræ læsionem, & præd' Johā damnū non modicum & gravam'. Et quia tantam maliciā si perpetrata fuerit, transire nolumus impunitā: tibi præcipimus quòd capta securitate à præfato Johā de clamore suo prosequendo, ponas per vadium & salvos pleg' prædictum E. quòd sit &c. talidie, ad respondend' tam nobis quam prædicto I. de malicia & con-

Martis proximo post festum sancti Mathiæ apostoli anno regni domini E. nuper regis Angliæ avi nostri xxxiii. vel unquam postea, ad quorumcunq; manus devenissent, nisi alicui hæc infra ætatem existenti iurè hæreditariè descendissent, Margaretæ, quæ fuit uxor Richardi Austriaci de Grantham, sine dilatione deliberari faceres per rationabile pretium & extentam, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti in hujusmodi casu provisi, quousq; xx. li. unà cum damnis & custagiis suis necessariis, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis inde levasset, quas quidem xx. li. præd' Johannes filius R. die & anno supradictis coram Petro B. nuper majore civitatis Lincoln, & Wilhelmo tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Lincoln accipiendas deputatis, recognovit se debere præfato R. & quas ei solvisse debuisset in festo Paschæ tunc proximè sequenti, & eas eidem Richardo in vita sua, sive executori post mortem ejusdem Richardi nondum solvit ut dicitur, & qualiter illud præceptum nostrum fuisset executus, scire faceres justitiariis nostris apud W. in octavis sancti Michaelis proximè præteritis: Tu præfatis justitiariis nostris apud W. ad diem illum mandasti quandam extentam inde coram te factam apud G. die sabbati in crastino Nativitatis beatæ Mariæ a[n]no regni nostri nono, per sacramentum xii. proborum & legalium hominum in balliva tua, per quam compertum est quod prædictus Johannes filius Roberti, habuit apud W. in balliva tua die recognitionis debiti præd' & postea unum mesuagium, tria cotagia & iv. bovas terras cum pertinentiis, quæ valent per annum ultra reprises xxxiii. s. iv. d. & eadem terra & tenementa iurè hæreditariè post mortem præd' Johannis filii R. descenderunt, quibusdam Aliciæ, Beatrici, Margaretæ, & Johannæ, ut filiabus & hæredibus ejusdem Johannis filii R. & quod eadem Alicia, Beatrix, & Margareta fuerunt plenæ ætatis, videlicet viginti & unius annorum & amplius, & quod prædicta Johanna non excedebat ætatem decem & septem annorum. Mandasti etiam præfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium ad præfatum terminum, quod pro eo quod per veredictum juratorum extentæ prædictæ compertum fuit, quod prædicta Johanna una filiarum & hæredum præd' I. filii R. non excedebat ætatem xvii. annorum, ideo de pro parte terrarum & tenementorum prædictorum ipsam I. contingente, de hæreditate prædicta nihil actum fuit, & residuum terrarum & tenementorum prædictorum executoribus prædictis liberari fecisti, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti nostri inde æditi, quousq; debitum prædictum unà cum damnis suis inde levassent. Ac in brevi nostro prædicto prius inde tibi directo expressa fuit mentio, quod omnia terra & tenementa, quæ fuerunt prædicti Johannis filii R. die recognitionis debiti prædicti, præfatis executoribus liberari faceres, nisi alicui hæc, infra ætatem existenti per descensum hæreditariè descendissent juxta formam statuti in hujusmodi casu provisi, & per extentam prædictam ac responsum tunc expresse compertum est, quod eadem terra & tenementa post mortem præd' I. filii R. præfatis A. B. M. & I. ut filiabus & hæc ipsius I. iurè hæreditariè descen-

habenda hæredibus recognitoris in quodam statuto mercatorio de earum tenentibus unde executorio facta fuit virtute statuti prædicti, una earum infra ætatem existente.

descenderunt, & quòd eadē I. est infra ætatē, p̄ qd' nulla liberatio terrarum & ten' præd', quæ eisdem A. B. & I. in forma præd' descenderunt, durante minore ætate ipsius I. præfatis executor' per legem terr' fieri debuisset, unde eadē A. B. M. & I. nobis supplicarunt sibi de remedio congruo in hac parte provideri. Et quia eisdē A. B. M. & I. de præmissis fieri velimus quod est justum: Præcipimus tibi quòd totum & quicquid ten' præd' & quamlibet parcellam eorundem, quæ præfatis executoribus pro executione debiti præd' per extentam præd' liberari fecisti, præfatis A. B. M. & I. unà cum exitibus eorundem à tempore liberationis præd' per executores præd' perceptis, sine dilatione reliberes, & plenam restitutionem inde eisdem A. B. M. & I. extra possessionem executorum præd' habere facias indilatè, tenend' modo & forma, quibus ante præd' extentam captam tenuerunt. Et qualiter, &c. octavis Hill', &c. Et habeas ibi hoc breve, T. &c.

Preve de attachingando quosdam juratores, eò quòd iidem juratores diem suum sibi præfixum coram eodem vicecomite ad regem suum proprium non servaverunt, &c.

¶ Rex, vic' Dorf. salutē. Cùm nup̄ tibi sicut aliàs præceperimus, quòd non ommitteres propter libertatem episcopi Sarum de Schirborn, quin p̄ sacramentum proborum & leg' hominum de com' tuo extendi & apprec' faceres unum mesuagium, unum molendinum, duas acras terræ ix. ac' prati, xii. ac' pasturæ, vi. acras alveti, & v. solidatas redditus cum pertiñ in W. C. juxta B. in præd' com' Dorf. quæ T. B. in curia, &c. peteret versus I. quæ fuit uxor I. de B. & extentam & apprec' quas inde fecisses scire faceres justitiariis nostris apud W. octavis Michaelis proximè præteritis, sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorū sacramentum extentam & apprec' illas feceris: Tu præfatis justitiariis nr̄is apud W. ad diem illum mandasti, quòd virtute brevis præd' I. F. &c. sum' fuerunt effendi coram te apud S. die Jovis proximo post festum sancti Michaelis proximè præteritum, qui venerunt & sacramentum suum præstiterunt ad extendendum & apreciand' omnia terras & tenementa præd', qui allègabant se de tenementis præd' aut de valore eorundem notitiam ad tunc non habuisse, super quo tu præfixisti eis diem super sacramentum suum præd', effendi apud D. coram te die Lunæ proximè sequenti, ad reddendum ibidem eorum verediçtū de præmissis, & interim ad præd' tenita videndum & de valore eorundem per annum inquirendum. Ad quem drem præd' juratoribus in pleno com' ibidem, tento, præd' die Lunæ solemniter exactis, præd' I. F. R. & W. quatuor de eisdem juratoribus comparuerunt, & residui eorum juratorum non venerunt nec venire curaverunt, & ea de causa & propter brevitatem temporis, ad executionem præd' brevis ulterius procedere non potuisti. Et ideo tibi præcipimus quòd non omittas propter aliquam libertatem, quin attachias præd' I. W. &c. & octo juratorum præd', ita quòd habeas corpora eorum coram justitiariis nostris apud W. in crastino Martini ad respondendum nobis de contemptu in præmissis facto, videlicet pro eo quòd ad verediçtum suum dicend', ad diem eis ad rogatum suum proprium præfixum coram te non venerunt, & ulterius ad faciendum & recipiendum omnia & singula quæ curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc b're. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram Venire facias &c. tali die 24. milites de visinetu de M. per quos, &c. & qui nec, &c. 24. in appello de mahemio &c. & capias ipsos qui non comparuerunt, ita quod, &c. ad recognoscendum super sacramentum suum, si præd' A. simul, &c. tali die apud N. ipsam felonice mahemiavit, sicut idem I. dicit, vel non sicut præd' A. dicit, quia tam, &c. Præcipimus etiam tibi quod capias præd' S. &c. ita quod habeas corpora eorum coram nobis ad præfatum terminum, ad respondendum I. de mahemio præd' & pace nostra fracta, unde similiter eos appellat, & unde, &c. Et habeas, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram nobis, &c. Habeas corpora ipsorum qui languidi sunt in prisona. corpora A. & B. ad respondendum L. quæ fuit uxor T. simul cum aliis hominibus de morte præd' T. unde eos appellat, & unde tu ipse retornasti tali die, quod præd' A. & B. capti sunt & in prisona nostra de T. detenti tanta infirmitate, quod ipsos coram nobis ad diem illum absq; mortis periculo habere non potuisti. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Johannes Holt & locii sui justitiarum domini regis, ad inquirendum Ad inquirendum de nativis, &c. qui nativi homines, & terram native tenentes decani & capituli ecclesie sancti Pauli Londoni, apud Thorp Kirby & Walton in comitatu Essex, ad procuracionem quorundam consiliariorum, manutentorum, & abbettatorum suorum, consuetudines & servitia eisdem decano & capitulo ibidem debita à diu est rebellice retraxerunt, & ea facere contradixerunt, & in diversis conventiculis adinvicem confederati, & sacramento interligati, ad resistendum eisdem decano & capitulo & eorum ministris, ne hujusmodi consuetudines & servitia facerent ut deberent sint congregati, contra formam ordinationis de hujusmodi nativis & terram native tenentibus nuper factæ, & ad præmissa omnia & singula, & quædam alia in literis domini regis patentibus nobis directis contenta, tam ad sectam domini regis quam præd' decani & capituli audiendum & terminand', faciendum & explend' assignati, vicecomiti Essex salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus quod venire fac' coram nobis apud C. &c. 24. probos & legales homines de visinetu de Thorp Kirby & Walton, per quos rei veritas de præmissis omnibus & singulis melius sciri poterit & inquire, ad faciendum omnia & singula quæ tunc ibidem eis ex parte domini regis injungentur. Publicè etiam proclamari facias in balliva tua, si præd' decanus & capitulum versus aliquam personam pro domino rege vel pro se ipsis occasione aliquorum præmissorum prosequi voluerint, quod sint coram nobis ad præd' diem & locum querelas illas suas prout justum fuerit prosecuturi. Et habeas ibi nomina juratorum quos sic venire feceris, breve domini regis de intendendo quod tibi inde venit, & hoc mandatum. Datum apud Westm', &c.

¶ Rex, vicecomiti Lincoln salutem. Cum Wilhelmus S. de Spaldynge & Katherina uxor ejus, in curia, &c. summoniti essent ad respondendum Richardo G. & Isabellæ uxori ejus, de placito quare cum iidem Richardus, Isabella, Wilhelmus & Katherina insimul & pro indiviso teneant unum mesuagium, cxliv. acras & tres rodas terræ cum pertinentiis de hæreditate quæ fuit Isabellæ quæ fuit uxor T. de Friskenay, De partitione facienda.

matris præd' I. uxoris præd' Richardi, & K. uxoris præd' Wilhelmi
 cujus hæredes ipsæ sunt in F. iidem Wilhelmus & K. partitioni inde
 inter eos secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fa-
 ciend' contradixerunt, & eam fieri non permisérunt minùs justè. Et
 postea iidem Wilhelmus & K. venerunt in eadem curia nostra & placi-
 tando concesserunt partitionem præd' de tenementis præd' inter ipsos
 & præd' Richardum & Isabellam uxorem ejus secundum legem &
 consuetudinem regni nostri Angliæ fieri. Et ideo tibi præcipimus quòd
 assumptis tecum 12. &c. de visinetu-præd', per quos rei veritas meli-
 us inde sciri poterit, in propria persona tua accedas ad tenementa præd',
 & ibidem per eorum sacramentum in præsentia partium præd' per te
 præmonendarum si interesse voluerint, partitionem inter partes præd'
 de tenementis præd' fieri facias, ita quòd una medietas inde assignetur
 & allocetur præfatis Richardo & Isabellæ uxori ejus, pro parte ejus-
 dem Isabellæ uxoris Richardi, tenenda in separalitate per se, & altera
 medietas eorundem tenementorum assignetur & allocetur præfatis
 Wilhelmo & K. pro proportia ejusdem K. tenenda in separalitate per
 se, ita quòd hinc inde de proportiis tuis se appruaf possint. Et par-
 titionem inde per te distinctè & apertè in forma præd' factam, scire fa-
 cias justitiariis, &c. octavis Michaelis sub sigillo tuo & sigillis eorum
 per quorum sacramentum partitionem illam feceris. Et habeas ibi
 nomina eorum per quorum sacramentum partitionem prædictam feceris
 &c. T. &c.

Breve de at-
 chiado episcopum
 non admittit cler-
 ricum regis
 postquam rex
 præsentationem
 suam versus eum
 recuperasset in
 curia sua.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nos nuper in curia nostra coram justitiariis
 nostris apud Westm', per considerationem ejusdem curiæ recuperave-
 rimus versus R. Coventr' & Lich' episcopum & R. de S. clericum, præ-
 sentationem nostram ad decanatum in ecclesia collegiata sanctæ Ceddæ
 Salop' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, per quod ei-
 dem episcopo mandaverimus quòd non obstante reclamatione sua &
 prædicti Roberti, ad præsentationem nostram ad decanatum prædictum
 idoneam personam admitteret: Idem tamen episcopus magistrum M.
 clericum ad decanatum præd' virtute judicii præd' præsentatum admit-
 tere recusavit in nostri ac mandatorum nostrorum contemptum, & exe-
 cutionis curiæ nostræ præd' retardationem manifestam ut accepimus.
 Et ideo tibi præcipimus quòd ponas per vadium & salvos plegios præd'
 episcopum, quòd sit, &c. tali die, ad respondendum nobis de contemptu
 præd', & ulterius ad faciendum & recipiendum omnia & singula quæ
 curia nostra præd' consideraverit in præmissis. Et habeas ibi nomina
 plegiorum & hoc breve. T. &c.

Breve de dece-
 ptione per covi-
 nam inter que-
 rentem & vice-
 comitem, ubi
 breve fuit rasum
 in dato.

¶ Rex, custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Dorf. salutem.
 Cùm G. de B. & R. C. in curia, &c. per quoddam breve nostrum de de-
 bito vicecomiti nro comitatus prædicti directum returnabile & retur-
 natum coram justitiariis nostris apud W. tali die, implacitassent I. de W.
 de quodam debito C. li. cujus quidem debiti origo & contractus facti
 fuerunt apud W. in comitatu B. & licèt in parlamento nostro apud
 Westm' in octavis sancti Michaelis proximè præteritis tento, inter alia
 concor-

concordatum fuit & ordinatum, quòd illi qui brevia de debito five de aliquibus contractibus ex tunc prosequi voluissent, eadem brevia in eisdem comitatibus ubi hujusmodi contractus facti fuissent prosequerentur, & si aliquod breve originale contra formam statuti præd' in posterum prosequeretur, illud breve pro nullo haberetur, ac breve originale præd', E. F. vic' nostro comitatus præd' de dato decimo die Octobris anno, &c. 6. liberatum fuisset, ad executionem inde faciendam, idem tamen vicecomes per coviniam inter ipsum & alios factam, post receptionem ejusdem brevis pro brevi illo sic manutenendo breve illud rasisit, & loco præd' decimi diei Octobris in eodem brevi inseri fecit decimum diem Septembris ante parliamentum præd' falsò & in deceptionem curiæ nostræ, & præd' I. damnum non modicum & gravamen, prout ex gravi querela ipsius Johannis accepimus. Et ideo vobis præcipimus quòd capta securitate à præfato Johanne de clamore suo prosequendo, venire facias coram justitiariis nostris, &c. præd' E. nunc vicecomitem comitatus præd', ad respondendum tam de falsitate & deceptione præd', quàm præfato I. de damnis quæ idem Johannes sustinuit occasione præmissa, & ulterius ad faciend' & recipiend' quod curia nostra, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, qd' caperes Simonem C. capellanum utlagatum in comitatu B. tali die & anno, &c. ad sectam A. de L. de placito transgressionis si, &c. tali die, &c. ad faciendum, &c. tu prætextu brevis nostri præd' eundem Simonem cepisti, & in gaola nostra de N. detines ut accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd si ita sit, tunc corpus ejusdem S. habeas coram justitiariis nostris apud Westmonasterium hoc instante diè Lunæ proximo, &c. ad faciend' & recipiend' omnia & singula quæ curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Habeas corpus utlagati coram justitiariis apud Westmonasterium.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte G. B. de C. ut cum ipse captus esset per vicecomitem de C. virtute cujusdam brevis nostri effendi coram justitiariis nostris, &c. ad respondendū T. W. de placito &c. ac idem T. ad diem præd' in eadem curia, &c. præfato G. super brevi suo præd' narravit, super quo idem Guilielmus in eadem curia nostra petit licentiam inde loquendi, quæ ei per curiam nostram concessa fuit, ac postea quidam malevoli machinantes eundem Guilielmum pro defectu responsionis præfato Thomæ in damnum, prout idem T. versus eum narravit in curia, condemnari, ex malitia præcogitata eundem Guilielmum infra civitatem nostram Londoni per vos capi, & in prisona nostra de N. detineri fecerunt ut accepimus. Et quia eundem G. sic per malitiam præcogitatum indebitè prægravari, & erga præfatum Thomam indebitè per hujusmodi malitiam condemnari nolumus: Vobis præcipimus quòd si præd' Guilielmus per vos captus & in prisona nra detentus existat, tunc corpus ipsius Guilhelmi habeatis hoc instante die Veneris proximo, &c. apud Westm', ad respondendū præd' Thomæ de præd' placito, & ulterius ad faciend' & recipiend' quod curia nostra, &c.

Habeas corpus capti in prisona.

Aliter ubi vicecomes returnat quod non est inventus, & testatum est in curia quod est in custodia v. cecorin.

¶ Rex, vicecomitibus salutem. Ostensum est nobis ex parte G. S. de comitatu Eborum, ut cum ipse in curia, &c. implacitasset N. D. de debito quadraginta librarum, ac per processum inde in curia nostra factum, sicut pluries vobis præcipimus quod caperetis eundem N. ita quod haberetis corpus, &c. tali die, &c. ad respond' præd' G. de præd' placito: Vos coram justitiariis nostris apud Westmonasterium ad diem illum mandastis, quod idem N. non fuit inventus in balliva tua, cum in eadem curia nostra per præd' G. sit testatum, quod idem N. in gaola nostra de N. sub custodia vestra detineatur. Et ideo vobis præcipimus quod si ita sit, tunc corpuseisdem N. habeatis coram, &c. hoc instante die Lunæ, &c. ad respond' præfato G. de præd' placito, & ulterius ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit. Et habeatis, &c. T. &c.

Aliter ubi utlagatus pro debito veniens versus curiam pro carta perdonationis habenda, captus est & in prisona detentus.

¶ Rex, vicecomitibus salutem. Cum I. S. de W. pro eo quod non venit in curiam nostram coram, &c. ad respondend' I. C. civi Londoni de placito debiti, in comitatu D. utlagatus fuisset, & postmodum versus curiam nostram veniendo pro carta nostra perdonationis utlagariæ præd' stand' recto: Prætextu cujusdam brevis nostri vobis directi de capiendo eundem Johannem S. occasione utlagariæ præd' retornabilis coram, &c. tali die cepistis, & in prisona nostra de N. detinetis ut accepimus. Et ideo vobis præcipimus quod si ita sit, tunc corpus ejusdem Johannis S. habeatis coram, &c. hoc instante die sabbati, &c. ad faciend' & recipiend' omnia & singula quæ curia nostra, &c. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

Venire facias 12. simul cum visoribus terræ, &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram, &c. octavis Michaelis 12. &c. per quos fecisti I. quæ fuit uxor Johannis de F. militis visum de manerio de B. cum pertinentiis, ad sectam I. de H. & K. uxoris ejus & R. B. per quos, &c. ad recogni, &c. simul cum visoribus præd', si duo mesuagia, centum acrae terræ, viginti acrae prati ducentæ acrae bosci, duodecim acrae moræ, & viginti solidati redditus cum pertinentiis in B. quæ iidem I. de H. & K. aliàs in curia B. de B. clamant ut jus ipsius K. per protestationem prosequendi per formam brevis de forma donationis virtute cujusdam parvi brevis nostri de recto ballivis ejusdem curiæ directi, teneantur ad communem legem, prout, iidem R. & Johannes placitando in curia nostra coram, &c. allegarunt, per quod loquela præd' in prædicta curia de E. ulterius deduci non debeat sicut iidem R. & I. dicunt vel non, immò tenementa præd' teneantur secundum consuetudinem manerii præd', sicut præd' I. & K. per prædictum parvum breve nrm de recto supposuerunt, & postmodum in curia nostra coram, &c. in manutationem sectæ suæ præd' allegarunt, quia tam præd' Johannes & K. quàm præd' I. & K. inter quos, &c. Et supervisores præd'. Et habeas ibi juratorum visorum nomina & hoc breve. T. &c.

Idem pitate nominis.

¶ Rex, vic' salutem. Ex parte I. B. de comitatu W. nobis est ostensum, ut cum G. S. nuper implacitasset I. de B. de W. in comitatu Suffex per nomen I. B. tantum, coram justitiariis nostris de banco per breve nrm de quadam transgressione eidem G. S. per præfatum I. B. de W. illata ut, dicitur,

dicitur, virtute cuius brevis & processus inde secuti, præfatus I. B. de W. utlagatus existit ut dicitur, & licet idem I. B. de comitatu W. & dictus I. B. de W. diversæ personæ & non una & eadem persona existant, sicut idem I. B. de comitatu W. viis & modis quibus curia consideraverit paratus est edocere: Idem tamen Johannes B. de comitatu W. occasione utlagariæ præd' & ratione idemptitatis nominis & cognominis præd', per Jacobum G. nuper escactorem n̄rum de comitatu W. multipliciter inquietatur in status sui oppressionem manifestam, super quo nobis est supplicatum de remedio provideri. Et quia eidem Johanni B. de comitatu W. injuriari nolumus: Vobis mandaverimus quòd si aliquo modo legitimè eis constare possit, ipsum Johannem B. de comitatu W. & dictum Johannem B. de W. diversas personas & non unam & eandem personam existere, & processum præd' versus præd' Johannem B. de W. & non versus præfatum Johannem B. de comitatu W. profecutum fuisse, tunc præfato escactori darent in mandatis, quòd præfatum Johannem B. de comitatu W. occasione utlagariæ præd' seu ratione idemptitatis nominis & cognominis præd' non molestaret in aliquo seu gravaret, processum versus Johannem B. de W. occasione utlagariæ præd' facientes prout decet. Et quia nescitur si allegatio præd' Johannis B. de comitatu W. vera sit necne: Tibi præcipimus quòd per sacramentum, &c. in præsentia præd' G. per te præmonendi si interesse voluerit, diligenter inquiras si præd' Johannes B. de comitatu W. sit illa eadem persona quæ per nomen I. B. ad sectam præd' G. utlagata existat vel non, immò I. B. de W. est illa eadem persona quæ per nomen I. B. tantum ad sectam præd' utlagata est, & si Johannes B. de comitatu W. & Johannes B. de W. sint una & eadem persona vel diversæ personæ. Et inquisitionem quam inde feceris, scire facias, &c. Et habeas ibi, &c. Teste, &c.

¶ Rex, vicecomiti & custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Suff. salutem. Cum nuper Henrico Bygot vicecomiti nostro comitatus prædicti per breve nostrum de iudicio præceperimus, quòd caperet in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo, medietatem unius mesuagii & unius carucatæ terræ cum pertinentiis in N. & B. quam Johannes C. & Maria uxor ejus in curia nostra, &c. clamant in dotem ipsius Mariæ versus G. C. & etiam medietatem quinque acrarum terræ cum pertinentiis in M. quam iidem Johannes & Maria in eadem curia nostra clamant in dotem ejusdem Mariæ versus G. G. & qualiter breve nostrum prædictum fuisset executus, scire faceret justitiariis nostris apud Westmonasterium 15. Paschæ, & licet breve nostrum prædictum die ante præfatam 15. diem liberatum fuisset, videlicet apud G. die sabbati, &c. ad executionem inde faciendam ut accepimus: Idem tamen vicecomes coram justitiariis nostris apud Westmonasterium ad eandem quindenam retornavit, quòd breve nostrum prædictum adeo tardè sibi liberatum fuit quòd illud exequi non potuit, in nostri contemptum & prædictorum Johannis & M. grave damnum & retardationem sectæ suæ præd'. Et ideo vobis præ-

Venire facias
vicecomitē sup
retorno tardè.

pimus quòd capta securitate de præfatis I. & M. de clamore suo prosequendo: Venire facias coram præfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis Trinitatis præd' vicecomitem, tam nobis quam præfatis I. & M. super præmissis responsurum, & ulterius factur, &c. omnia & singula quæ curia nostra, &c. Et habeas ibi nomina plegiorum, &c. T. &c.

Capias juxta formam statuti de provisoribus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd non omittas propter, &c. quin capias L. de C. & L. de B. qui extra protectionem nram tam ad sectam nostram quam I. clerici positi sunt, eò quòd idem L. de C. profecutus fuit placitum in aliena curia, videlicet in curia Romana extra regnum nostrum Angliæ, de patronatu ecclesiæ de I. Lincoln dioc', quæ de laicali patronatu I. de B. & L. de P. existit, & præfatus L. de B. manentor ejusdem L. de C. ad præmissa facienda extitit, contra formam ordinationis & provisionis in hujusmodi casu æditarum si, &c. & eum in prisona nra salvò custodiri facias, ita quòd, &c. octavis Hillarii ad respondendum tam nobis de contemptu & præjudicio in præmissis factis, quam præd' I. de B. de damnis sibi in ea parte illatis. Et habeas, &c. T. &c.

Scire fac' quare quoddam scriptum liberari non debeat.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm N. H. in curia, &c. peteret versus I. B. unū mesuagium & unā carucatā terræ cum pertinentiis in F. idem Johannes venit in eadem curia & protulit ibidem quoddam scriptum quietæ clamantiæ sub nomina præd' N. ad excludend' eum ab actione tenementorum præd' versus eum habenda, quòd idem scriptum idem N. tunc dedixit, per quòd scriptum illud in custodia R. de T. clerici ejusdem avi nri de banco custodiend' remansit, & adhuc in custodia ejusdem R. remanet. Ac jam ex insinuatione præd' Johannis accepimus, quòd placitum præd' per mortē præd' avi nri sine die remansit, & adhuc remanet, petend' scriptum præd' sibi liberari. Et quia nescitur si præfatus Nicholas placitum præd' ulterius prosequi voluerit necne: Tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo scire facias eidem N. quòd sit coram, &c. octavis Trinitatis, ostensurus si quid pro se habeat vel dicere sciat quare præd' scriptum præfato I. liberari non debeat si sibi videat expedire. Et habeas ibi nomina eorū per quos ei scire feceris & hoc breve. T. &c.

Præceptum justitiariorum ad quandam assisam novæ disseisinæ in confinio diversorum comitatum, &c.

¶ R. B. & C. justitiarii domini regis ad quandam assisam novæ disseisinæ, quàm A. quæ fuit uxor A. de F. nuper civis London' arrainavit per diversa brevina domini regis nunc versus G. C. & alios in brevibus originalibus assisæ illius contentos, de tenementis in I. in comitatu S. & S. & G. in comitatu K. in confinio comitatuum prædictorum capiendam assignati, vicecomiti S. salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud P. juxta B. in comitatu tuo, & G. in comitatu K. in confinio comitatuum præd' die Jovis, &c. breve originale assisæ prædictæ tibi inde directum, secundum formam, vim & effectum ejusdem in omnibus executum & arraiatum. Proviso semper quòd attachiamentū inde fiat per quindecim dies ante præd' diē Jovis, & insuper facias recognitores assisæ præd' videre tenementa in comitatu

comitatu tuo, & etiam teñtum in comitatu K. in visu per legem terræ in affisa præd' ponenda. Sis etiam in auxilium ad faciend' recognitores affisæ præd' de præd' com' Kanc', habere visum de teñtis in I. in comitatu tuo in visu ponend', Et habeas ibi breve originale præd' plenaf in omnibus ut prædicitur executum, & hoc mandatum. Datum apud Westm', &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm Thomas de G. in curia nostra coram, &c. at- Summoneas in
 tachiatuſ eſſet ad respondend' H. B. de eo quòd ipſe clauſum ipſius H. auxilium.
 apud A. fregit, & blada & herbam ſua ibidem nuper creſcentia ad va-
 lorem viginti librarum cum quibuſdam averiis depaſtus fuit, concul-
 cavit, & conſumpſit: Idem Thomas venit in eadē curia noſtra, & quoad
 fractionem clauſi necnon depaſtum bladorum & herbæ prædictorum,
 dixit quòd locus, quo ſupponitur tranſgreſſionem præd' fieri, eſt qui-
 dam campus vocatus C. dixit etiam qd' ipſe habet & tenet in præd'
 villa de A. ducentas acras terræ jacentes in quodam loco vocato W. quæ
 ſunt parcella manerii abbatis de H. vocati le A. ad firmam ex dimiſſione
 abbatis de H. videlicet ad feſtum Michaelis proximè futurum, & ab
 eodem feſto uſq; ad finem termini decem annorum proximè ſequenti-
 um. Ad quas quidem ducentas acras terræ idem abbas & prædeceſſores
 ſui habuerunt communiam in eodem campo vocato C. videlicet qui-
 buſlibet duobus annis poſt blada meſſa & aſportata quouſq; cam-
 pus ille reſeminetur, & quolibet titulo warecti per totum annum, à
 tempore quo non extat memoria, tanquam pertinentia ad eaſdem du-
 centas acras terræ, & quòd illo anno, quo ſupponitur tranſgreſſionem
 præd' fieri, campus præd' vocatus C. friſcus jacuiſſe debuit, & præſatus
 H. blada diverſa in campo illo ex malitia & cauſa impediendi & ag-
 gravandi eundem Thomam de communia ſua ibidem ſeminari fecit,
 ſuper quo idem Thomas recenter poſt blada illa ſic ſeminata, antequā
 ingravata fuerit herba ex radicibus ſeminis eorundem bladorum pro-
 venienſ utendo communia ſua præd' in eodem campo vocato C. tanquā
 pertinente ad eaſdem ducentas acras terræ, quas ipſe tenet ex dimiſſi-
 one præd' abbatis ut prædicitur, cum averiis ſuis depaſtus fuit prout
 ſibi benè licuit, & hoc per patriam in eadem curia noſtra verificare
 prætendebat. Ad qd' præd' H. in eadem curia noſtra replicando dixit,
 quòd præd' campus vocatus C. ſeparale ipſius H. quolibet tempore anni,
 abſq; hoc qd' præſatus T. habet communia in eodē campo pertinentem
 ad præd' ducentas acras terræ, prout idem T. in præſata curia noſtra
 placitando allegavit, & hoc per patriam verificare prætendebat. Quam
 quidem verificationem præſatus Thomas dixit ſe abſq; præſato abbate
 expectare non poſſe, & petit auxilium de ipſo abbate. Et ideo tibi præ-
 cipimus quòd ſumm' per bonos ſum' præd' abbatem, quòd ſit corā, &c.
 15. Trinitatis, ad manutenend' verificationem præd' ſimul cum præd'
 T. ſi voluerit. Et habeas ibi, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' ſalutem, &c. Cùm G. de M. nuper in gaola noſtra de N. in De reſtituendo
 cuſtodia veſtra detentus, & coram G. nuper majore civitatis noſtræ hominem extra-
 London' & ſociis ſuis nuper juſtitiariis noſtris ad gaolam prædictam de ctū ab eccleſia.
 Y y 4 prisonibus

prisonibus in eadem gaola existentibus deliberand' assignā, per vos ductus allocutus fuisset per appellum D. B. custodis gaolæ præd', de eo quòd ipse cum aliis unanimi assensu & consensu die Lunæ 6. die Julii anno, &c. 13. gaolam nostram de N. in parochia sancti Sepulchri in warda de Faringdoñ London, circa horam nonam mediæ noctis felonice fregit & abinde evasit, & G. & V. servientes dicti D. B. in priso- na præd' cum quodam instrumento vocato H. de ferro pro uno ostio, uno bolt', & aliis instrumentis de ferro vocatis P. felonice intersecit, & etiam diversa bona & catalla ipsius D. videlicet duos balderos, precii 4.s. & novem paria compedum vocata fetters de ferro precii 20 s. ibidē tunc felonice furatus fuit & asportavit: Idem G. M. in eadem curia co- ram præfatis nuper justitiariis nostris dixit, qd' post tempus q. o sup- ponitur felonias præd' fuisse, videlicet die dominico proximo, &c. añ, &c. ipse fuit in ecclesia de B. & qd' ipse eodem die dñico per quosdam emulos suos ab eadē ecclesia vi & armis extractus fuit, petendo jurisdic- tionem ecclesiasticam, & ipsum ad ecclesiam præd' reduci, quæ quidem suggestio per juratam patriæ de visinetu de B. in præd' com' B. inde sum', & postmodum coram A. L. nuper majore, &c. & sociis suis tunc justitiariis nostris ad gaolam præd' deliberand' assignatis apud N. cap- tam compert' est verum, per quod consideratum fuit in eadem curia nostra coram præfato, &c. quòd præd' G. ad præd' ecclesiam de B. juxta ecclesiasticam libertatem reduceretur. Et ideo vobis præcipimus quòd, capta à I. B. commissario episcopi London sufficiente securitate, quòd ipse præfatum G. M. ad ecclesiam de B. præd' salvò & secure re- duci faciat: Ipsum G. M. eidem commissario à gaola nostra præd' sine dilatione liberetis, ut idem commissarius ipsum G. M. ad ecclesiam ean- dem de B. in forma præd' juxta sacrosanctā ecclesiæ libertatem reducere possit. Et qualiter, &c. scire facias, &c. octavis Michaelis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De carta procla-
manda de qua-
dam foresta dif-
aforestata.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nos considerantes qualiter quamplures ho- mines & ligei subditi nostri de com' C. qui jam ad manum nostram per mortem charissimi primogeniti nostri E. nuper principis Wall' & comitis Cestr' devenit, damna, gravamina & jacturas quamplurima oc- casione forestæ cujusdam placeæ sive loci infra comitatum prædictum vocati W. multipliciter sustinuerunt, ac proinde & pro salute animæ nostræ & animæ ipsius fil' nostri, qui dictorum hominum quietem & relevationem maxime affectabat, & in fine dierum suor' nobis intime recommendabat, volentes quòd ipsis hominibus in emendationem sta- tus eorum gratiā feliciter impertiri, concesserimus & carta nostra con- firmaverimus pro nobis & hæf nris, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, liberis ho- minibus & tenentibus, & omnibus aliis tam clericis quā laicis qui terras & tenēta infra metas dictæ placeæ seu loci de Whirhale habent seu ha- bebunt in futuro, qd' dicta placea sive locus de Whirhale & quicquid infra metas continetur, sit omnino deaforestata imperpetuum, tam de venatione quā de omnibus aliis quæ ad forestā & ad forestarios ptinent, ita

ita scilicet quòd omnes præd' & eorum hæredes sive eorum successores omnem immunitatem infra metas præd' habeant, infra quas nullus forestarius noster vel hæf nostroꝝ vel justitiarius aut alius minister noster forestæ nostræ vel hæf nostrorum, de terris, &c.

¶ Rex, vic' Londoꝝ salutem. Cùm clerici nostri & progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ de banco, ad respondeñdum coram aliquibus justitiariis nostris seu ministris, aut aliis iudicibus secularibus quibuscunq; præterquam coram justitiariis nostris de banco, super aliquibus placitis, querelis, seu demandis quæ nos non tangunt, in locis illis ubi placea illa esse contigerit emergentibus, placitis de libero teñto, felonis & appellis duntaxat exceptis, juxta consuetudinem hæctenus usitatam & approbatam, citra voluntatem suam trahi vel compelli non debeant, nec aliquibus temporibus retroactis consueverunt, ac jam ex gravi querela G. H. clerici nostri de banco accepimus, quòd quidam R. T. ipsum G. per nomen Guilhelmi de H. in comitatu W. coram vobis in curia vestra, de quodam debito viginti quatuor libras quod idem Richardus de præfato Guilhelmo exigit, ac de aliis fictis querelis implacitat, quod si permetteretur, in jurisdictionem curiæ nostræ prædictæ & libertatis & privilegii clericorum nostrorum de banco prædicto, ac dictæ consuetudinis enervationem & derogationem cederet manifestè, & quia jurisdictionem, privilegium, & consuetudinem prædicta à tam longo tempore obtenta & approbata, volumus illæsa observare: Vobis præcipimus quòd omnibus placitis & querelis versus præd' Guilhelmum per præfatum Richardum coram vobis in curia vestra motis vel movendis, placitis de libero teñto, felonis, & appellis duntaxat exceptis, ulterius tenend' superfl. omnino, dicentes eidem Richardo ex parte nostra, quod querelas suas prædictas coram justitiariis nostris de banco prædicto prosequatur si sibi viderit expedire. T. &c.

Superfedeas p
clericis de ban-
co.

¶ Rex senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Ex parte Thomæ P. de L. nobis est ostensum, ut cùm ipse communis attornatus in communi banco nostro existat & diversa negotia plurimorum ligeorum nostroꝝ in eodem banco nostro prosequentium ut eorum attornatus prosequatur idemq; Thomas & omnes alii attornati in banco præd', dum fiscaliqua negotia in eodem banco prosequantur, secund' legem & consuetudinem regni nostri Angliæ sub protectione nostra in veniendo versus curiã nram, ibidem morando, & exinde versus propria redeundo existant, & de jure esse debeant: Quidam tamen Johannes E. de N. machinans ipsum Thomam & magistrorum suos, quorum negotia idem Thomas in banco nostro prædicto ut eorum attorn' prosequitur, multipliciter prægravare, ipsum Thomam in veniendo versus curiam nostram prædictam ad negotia magistrorum suorum, quorum attornatus idem Thomas existit, in eadem curia prosequenda & defendenda, per ministros vestros arrestari, & prisonæ marescalciæ nostræ prædictæ mancipari, & in eadem detineri malitiosè procuravit, in nostri & curiæ nostræ præd' contemptum, ac prædicti Thomæ & magistrorum suorum

Superfedeas pro
attorn'.

suorum prædictorum damnum non modicum & gravamen ut accepimus. Et ideo vobis mandamus, quòd corpus ejusdem T. habeatis coram, &c. hoc instanti die sabbati, ad negotia magistrorum suorum, quos idem T. attorney existit, in eadem curia nostra secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ prosequend' & defendend'. Et habeatis, &c. T. &c.

Mandat' justitiarior' directum vic', ad faciend' venire, 24.

¶ Robertus de W. & socii sui justitiiarii dñi regis ad inquirend' per sacram' tam militum quam alior' probor' & legalium hominum de metis, bundis & divisis in partibus Holand' & Kesteven, ab antiquo habitis, factis, positis, sive fixis, videlicet in quodam marisco qui se extendit inter aquas de Weland' & Withim in confinio partium præd', ac infra dictam aquam de Weland', ac de locis & placeis ubi hujusmodi metæ, bundæ, & devisæ olim positæ fuerunt sive factæ, & ad metas, bundas, & devisas inter partes præd' per palos & fossata, cruces lapideas seu alia signa sufficientia in locis & placeis prædictis, per quæ hujusmodi bundæ, metæ, & devisæ, sicut fuerunt temporibus retroactis, in certo scire valeant & cognosci, erigend', limitand', & assignand', ita quòd homines utriusq; partium præd' metas, bundas, & devisas illas, per hujusmodi signa clarè & apertè scire valeant & cognoscere in futurum, & ad præmissa ac omnia & singula negotium illud tangentia faciend' & explend' assignand', vicecomiti Linc' salutem, Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd non omittas propter aliquam libertatem partium præd' quin venire facias coram nobis apud crucem lapideam super le Brygdyk in confinio partium præd' de Holand' & Kesteven, inter Donygton in partibus Holand' & seint Saviours in partibus de Kesteven, die Veneris proximo post festum Corporis Christi, viginti quatuor tam milites quàm alios liberos & legales homines de utraq; partium præd', per quos metæ, bundæ, & devisæ præd' fidelius & securius fieri, ac rei veritas in præmissis melius sciri poterit & inquire. Et interim juratores de utraq; partium præd' de Holand' & Kesteven, quos sic venire feceris, metas bundas, & devisas in partes supradictas videre cum diligentia facias, ut per eorundem sacramentum præmissa omnia & singula securius fieri valeant & expleri. Et publicè proclamari facias tam infra libertatem quam extra in locis partium præd' de Holand' & Kesteven ubi melius videris expedire, quòd omnes illi, quos præmissa aliquo modo concernunt, assignationi, positioni, & limitationi metarum, bundarum, & devisarum hujusmodi, coram nobis ad præd' diem & locum personaliter intersint, si sibi viderint expedire. Et habeas ibi nomina juratorum de utraq; partium præd' quos sic venire feceris, breve dñi regis clausum quod tibi inde venit, & hoc mandatum in omnibus secundum formam vim & effectum eorundem arraiata & executum. Datum, &c.

Superfedeas pro clerico de baco curia aperta existente.

¶ Rex majori civitatis suæ London' salutem. Cùm clerici nostri & progenitor' nostro' quondam regum Angliæ de banco, sedente curia nostra ibidem, sub protectione nra in veniendo versus curiam nram præd', ibid' morando & exinde versus loca consueta, pro negotiis curiæ nostræ præd'

prædictæ tam pro nobis quam pro aliis ligeis nostris quibuscunq; in eadem curia prosequentibus & defendentibus exercend', & prout ad officium eorund' clericor' pertinet ad faciend' existant, & à tempore quo non extat memoria fuer', & ad respond' coram aliquibus justitiariis seu ministris nostris seu aliis iudicibus secularibus, præterquam justitiar' nostris de banco præd' super aliquibus placitis, querelis, seu demandis, quæ nos non tangunt, in locis illis ubi placita illa esse contigerit emergentibus, placitis de libero teñto, feloniis & appellis duntaxat exceptis, trahi non debeant, nec temporibus retroactis consueverunt, curia nostra de banco præd' aperta existente: Quidam tamen Johannes Dyer ex malitia præcogitata, quendam Thomam Gaiford' unum clericorum nostrorum de banco præd', in ecclesia sancti Bartholomei London' ubi brevia nostra de banco præd' sigillantur, tam in servitio nostro quam aliorum ligeor' nostror' in curia nostra præd' prosequentium & defendentium, in faciendo officium suum existentem, per ministros vestros arrestari fecit, & ipsum Thomam curia nostra de banco præd' aperta existente, coram vobis de quibusdam debatis & querelis traxit in placitum & implacitat, in nostri & curiæ nostræ præjudicium, & ipsius Thomæ grave damnum, & plurimorum in eadem curia nostra prosequentium & defendentium exhæredationis periculum manifestum prout ex gravi querela ipsius Thomæ accepimus. Et quia curiam nostram præd' servare volumus illæsam, eo quod curia illa absq; clericis ad diversa officia in banco prædicto facienda deputatis, quorum unus præfatus Thomas existit, servari non potest: Vobis mandamus qd' de omnibus placitis & querelis versus ipsum T. per præfatum Johā coram vobis in curia vestra motis vel movendis, curia nostra de banco præd' aperta existente, ulterius tenend' supersedeas omnino, placitis de libero teñto, feloniis, & appellis duntaxat exceptis, præfato I. ex parte nostra dicentes, quod ipse querelas suas præd' versus præd' Thomam coram justitiariis nostris de banco præd' prosequatur, si sibi viderit expedire, &c. T. &c.

¶ Rex, vic' Norf. salutem. Scias quod cum Johā Elys señ, in curia nostra, &c. attachiatus esset per breve nostrum de secunda deliberatione, ad respond' Johā Boketon' de magna Jermuth', de placito quare cepit averia ipsius Johannis B. & ea injustè detinuit contra vad' & plegios: Idem Johannes B. in eadem curia nostra postea fecit defaltam, ita quod tunc consideratum fuit in eadem curia nostra quod prædictus I. B. & plegii sui de prosequendo essent in misericordia, & quod prædictus Johannes Elys haberet retornum averiorum prædictorum irreplegiabile. Et ideo, &c. quod eidem Johā Elys averia prædicta irreplegiabilia sine dilatione retornari fac', T. &c. 20. die Octobris anno 28. Deliberatio irreplegiabilis.

¶ Rex majori stapulæ Westm' salutem. Ostensum est nobis ex parte N. Charwode unius attornator' de communi banco, ut cum ipse communis attornatus in banco prædicto existat, & diversa negotia plurimorum ligeorum nostror' in eodem banco prosequentium & defendentium, Supersedeas pro attorni de communi banco.
ut

ut eorum attornatus prosequatur, idemq; Nicolaus & omnes alii attornati in banco præd' prosequentes, ad respondendum coram aliquibus iudicibus secularibus de aliquibus placitis, curia nostra de banco præd', aperta existente, præterquam coram iustitiariis nostris de banco præd' felonii & appellis ac placitis de libero tenito duntaxat exceptis, trahi non debeant, nec à tempore quo non extat memoria consueverunt: Quædam tamen Cecilia quæ fuit uxor Galfridi Walderii mercatoris stapulæ Westm' & Wilhelmus fil' & hæres præd' Galfridi executores testamenti ejusdem G. super demanda 17. li. ipsum Nicholaum coram vobis traxerunt in placitum, & per ministros vestros arrestari & in prisona nostra in custodia vestra detineri, curia nostra de banco præd' aperta existente procurarunt, in ipsius Nicholai grave damnum, & plurimorum leg' nostrorum in curia nostra præd' prosequen' & defend', quorum attornatus idem Nicolaus existit, periculum manifestum, unde nobis supplicavit sibi de remedio congruo in hac parte provideri. Ac nos volentes fieri quod est justum, vobis præcipimus quòd si corpus ejusdem Nicholai in prisona nostra in custodia vestra occasione præmissa & non alia existit: Tunc ipsum Nicholaum à prisona nostra præd' sine dilatione deliberari faciatis, & placito præd' per prædictos Cecilium & Wilhelmum in forma præd' coram vobis versus prædict' N. Charwod habito, curia nostra de banco aperta existente, ulterius tenend' supersedeatis omnino, præfatis Cecilix & Wilhelmo, ex parte nostra dicentes, quòd ipsi querelam suam prædictam in curia nostra de banco præd' versus præd' N. prosequantur, si sibi viderint expedire, &c. Teste, &c.

F I N I S.

THis Book Intituled,
Brevia Originalia, &c.
I allow to be Printed.

R. Wright.

Appendix

DIVERSA

BREVIARIA

TAM

VETERA

TAM

RECENTIORA

IN

Officijs Clerici *Coronæ in Cancellaria*, Clericorum
de *Cursu*, & *Aliorum Clericorum Cancellariæ* usitata,
(quæ in *Registro Brevium* non extant,) continens.

L O N D O N,

Printed by the Assigns of *Richard* and *Edward*
Atkins Esquires.

For *Thomas Bassett* at the *George* in *Fleet-Street*,
Samuel Heyrick at *Grays-Inn-Gate*, *John Place*
at *Furnivalls-Inn-Gate*, *Israel Harrison* at *Lin-*
colns-Inn-Gate, and *Richard Sare* at *Grays-Inn*
Gate in *Holborne*, 1687.

Appendix.

Brevia Originalia quæ non extant in Registro Brevium, &c.

REX, &c. E. C. Militi Salutem. Sciatis quod constituimus vos Justitiarium nostrum capitalem ad placita coram nobis tenenda durante beneplacito nostro. Teste, &c.

Breve quod
constituit ca-
pitalem Justit-
tiarium de
Banco Regis.
4 Inst. 75.
Breve Summo-
nitionis delin-
quenti & rectori
ejusdem, 4 Inst.
38.

Dominus Rex mandavit Vic. quod Assumpt' secum quatuor de discretioribus & leg' Militibus Com. sui in propria persona sua accederet ad Nicholaum de Segrave & ipsum in presentia predictorum Militum summon' & ex parte Domini Regis firmiter ei injungeret quod esset coram Domino Rege in proximo Parlamento suo apud Westm. in primo adventu Domini Regis ibid' ad audiendam voluntatem ipsius Domini Regis super hijs que tunc ibid' proponere intenderet versus eum & ad faciend' & recipiend' ulterius quod Curia Domini Regis consideraret in premissis. Et Vic. modo mandavit quod assumptis secum Thoma Wale Waltero filio Roberti de Daventry Roberto de Gray de Wollaston & Radulpho de Normavil quatuor Milit', &c. in propria persona sua accessit apud Stow ad manerium prædict. Nicholai, & in presentia eorundem Militum summon' prædict. Nicholaum ei firmiter injunxit quod esset coram Domino Rege in isto Parlamento nunc juxta formam & tenorem mandati præd. &c.

Dominus Rex mandavit breve suum Roberto de Burgherth in hæc verba Edwardus Dei gratia dilecto & fideli suo R. de Burgherth Constabular' Castri sui Dover & Custod' suo quinque Portuum Salutem quia dilectus nobis in Christo Abbas de Feverham & Robertus de Gurne ballivus suus ejusdem Villæ coram consilio nostro apud Ebor' existentes de diversis injurijs, gravaminibus & molestationibus eis per vos voluntar' & absq; causa rationabili multipliciter illatis graves querimonias deposuerunt petentes instanter ut eis super hoc fieri faceremus remedium opportunum propter quod dedimus eis diem coram nobis & consilio nostro a die Pasch. in quindecim dies &c. Ad querelas suas prædictas tunc ostendend' & ad faciend' super hoc ulterius & recipiend' quod justitia suaderet: vobis mandamus quod in propria persona vestra sitis coram nobis & consilio nostro ad diem prædict. præfatis Abbati & Ballivis suis super præmissis respons' factur' & receptur' quod Curia nostra consideraverit in hac parte & ab injurijs gravaminibus molestationibus & distractionibus indebitis præfatis Abbati & Ballivis suis interim inferendis penitus desistatis & habeatis ibi hoc breve. Teste me ipso apud Linliscu xxx die Januarij Anno Regni nostri xxx.

Aliter direct' personæ ostendit, 4 Inst. 39.

Edwardus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Vicecomiti Eborum, Salutem. Ponè per vadium & salvos pleg. Walterum le Flemming de Eborum, Richardum de Duffeld, Willielmum del Abbeye & Simonem le Clerk de Eborum quod sint coram nobis a die Paschæ in tres septimanas, ubicunq; tunc fuerimus in Angl'. Ostens. quare, cum ad Parliamenta in quibus tam nostri quam Regni nostri negotia debent tractari Prælatos, Comites, Barones, & alios tam Clericos quam Laicos per quorum industriam super negotio hujusmodi Consilium salubrius poterit adhiberi ad mandata nostra vocatos & comparentes, in veniendo ad eadem Parliamenta, ibidem morand', &

Pro contempto pro arrest' le Abbot de Malton p' cattalia sua in redeundo à Parlamento.

[b]

exinde

exinde redeundo, ab omnimodis injurijs, oppressionibus, & gravaminibus nos oportet protegere & tueri, præfati Walterus, Richardus, Willielmus & Simon dilectum nobis in Christo Priorem de Malton nuper de Parlamento nostro quod apud Lincoln in quindena S. Hillarij prox. preterita ~~summon~~ fec' ad propria redeuntem in Civitate nostra Eborū per equos & heresia sua quo minus idem Prior quasdam cartas & quædam munimenta hereditatem Willielmi de Vesci jam defuncti contingentia & in custodia ejusdem Prioris apud Malton residentia prout sibi per nos in Parlamento prædicto plenius fuerat injunctum deferre potuisset, arrestarunt, & sub arresto diu detinuerunt, in nostri contemptum, & Coronæ nostræ præjudicium & dampnum ipsius Prioris ducentas libr' & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina pleg & hoc breve. Teste meipso apud Lincoln 22 die Febr Regni nostri nono.

Per Consilium.

Commissio
Archiepiscopo
Ebor' ad pro-
rogand' Parli-
amentum.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod cum Parliamentum nostrum apud Westm. nuper inchoatum usque vicimum diem Februarij ultimo preteritum apud Civitat' nostram Ebor' tunc ibidem tenend' prorogatum fuerat & adjournat' necnon ab eodem vicimo die Februar' usque quintum diem Maij prox. futur' apud Civitatem prædictam tunc ibidem tenend' similiter prorogatum existat. Nosq; ad dictam Civitatem nostram ad dictum quintum diem Maij ob certas urgentes causas nos impediens personaliter interesse non possumus, ac de provida circumspessione & industria venerabilis Patris Willielmi Archiepiscopi Eborum plenam fiduciam optinentes; assignavimus & ordinavimus, ac per præsentis assignamus & ordinamus eundem Archiepiscopum ad interessend' loco nostro ad civitat' prædictam prædicto quinto die Maij & idem Parliamentum nostrum tunc ibidem tenend' & ab eodem quinto die usque vicimum sextum diem Novembr' prox. futur' apud eandem Civitatem nostram tunc tenend' prorogand' in cujus, &c. T. R. apud Westm' 26 die Aprilis.

Per breve de privato figill' & de dat. &c.

Breve direct' Vic. ad procla-
mand' quod
quidam male-
factor' compa-
reant coram
Rege & Consi-
lio suo.

